BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
34 C
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III. 14. e

III
10
A
III
10

1H-18-c-27

P. RAMI DIALECTICÆ LIBRI DUO AUDOMARI TALÆI PRÆLECtionibus illuſtrati.

Nunc veró recéns emendati per Joannem Piſcatorem Argent.

CUM INDICE COPIOSO.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



FRANCOFURTI
Apud hæredes Andreæ Wecheli,
M. D. LXXXIII.

P. RAMUS LECTORI S.

ARCHIMEDES (Lector) ſphęræ & cylindri rationem (in cujus inventione vehementiús elaboraſſet) ſepulchro ſuo incidi voluit. Et quidem ſi me de vigiliis ſtudiiſq; meis interroges, ſepulchri mei columnam é logicæ artis inſtitutione deſiderē. De cauſſa voti reſpondebunt primó ad artis accurationem libri de inventione argumentorum & eorum diſpoſitione ad judicandum non ſolúm ab Ariſtotele organici, rhetorici, phyſici, ſed á Cicerone & Quintiliano tam multi oratorii: in quibus univerſis in duorum libellorum pugnum ratione viaque contrahendis omni ſtudio diligentiaque contendimus, ne qua particulæ cujuſquam vel umbra illic confuſa eſſet, cujus veritas non híc expreſſa teneretur. Atq; hęc prima problematis Archimedei conſcientia erit. Reſpondebūt deinde ad logicæ uſum, elegantiam, dignitatem, partibus omnibus explicandum, excitatæ logicis meditationibus cúm po-

pulares poetarum, oratorum, hiſtoricorum laudes, tum liberales & ingenuæ artes novi corporis nova ſpecie ſui ſtudioſis adoleſcentiores, præclariſque dotibus ornatiores & locupletiores factæ: ac ne qua agreſtium procorũ protervia timeretur, ſuarum quæq; ſcholarum tanquam liberali cuſtodia ſeptæ & comitatæ: Hæc ſecũda problematis Archimedei conſcientia erit. Teſtes igitur iſti logicam & veritatem & utilitatem tot dierum noctiumq; vigiliis exquiſitam teſtati de voti noſtri cauſſa reſpõdebunt, teq; (Lector) ut ſpero, commonefacient inſanam neſcio quam in pleriſque omnibus Europæ academiis altercandi de ſuis præceptis ſophiſticam, logicæ & veritatis & utilitatis longé diſſimilem eſſe, teque ad veriora & utiliora præſtantiſſimæ facultatis ſtudia præmiaque inflammabunt. Ecquid veró interea turbæ tam graves objectæ, theatra ſcenicis probris extructa, tribunalia judicũ pœnis minacia, damnatio tãdem fœdis ignorantiæ calumniæque notis infamis, é toto philoſophię regno manibus & lingua velut amputatis inaudita proſcriptio, an exiguam voti noſtri cauſſam perhibebunt?

Quid

Quid conſecuta per Henricũ regem á judicii tam dementis invidia liberatio, & in ſolidam ſanctioris judicii laudẽ regia profeſſio? Quid poſtea cũ logicus hic ardor in religionis cauſſam invaſiſſet, longé graviſſima offenſio? vitæ ſalutiſq; propterea tribus jam bellis civilibus jactatio nullamne voti noſtri cauſſam indicabunt? imó veró etiam admonebũt, ut Deo optimo & maximo gratias habeamus, quód ſtudiorum noſtrorum curſum his fluctibus exerceri, neque tamen obrui voluerit: obteſterque ut logicum lumen in bonis & veri percipiendi ſtudioſis ingeniis accendat, cúmque ad ingenuas artes exornandum, tum ad cæleſtia ſacræ doctrinæ myſteria illuſtrandum magis ac magis augeat: perficiatque ut iſto in nominis ſui gloriam epigrammate logici epitaphii tabula concludatur.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

CAP.		PAG.
1	*Quid Dialectica*	1
2	*De partibus Dialecticæ & inventionis*	15
3	*De Cauſſa Efficiente procreante & conſervante*	24
4	*De Efficiente ſola aut cum aliis*	29
5	*De Efficiente per ſe & per accidens*	32
6	*De Materia*	36
7	*De Forma*	38
8	*De Fine*	42
9	*De Effectis,*	46
10	*De Subjectis*	52
11	*De Adjunctis*	58
12	*De Diverſis*	63
13	*De Oppoſitis*	67
14	*De Relatis*	70
15	*De Adverſis*	74
16	*De Contradicentibus*	76
17	*De Privantibus*	81
18	*De Paribus*	84
19	*De Majoribus*	97
20	*De Minoribus*	102
21	*De Similibus*	107
22	*De Diſſimilibus*	118

23 De

23 De Conjugatis 126
24 De Notatione 129
25 De Diſtributione 132
26 De Diſtributione ex cauſsis 140
27 De Diſtributione ex effectis: Vbi de genere & ſpecie 145
28 De Diſtributione é ſubjectis 163
29 De Diſtributione ex adjunctis 165
30 De Definitione 167
31 De Deſcriptione 175
32 De Teſtimonio divino 180
33 De Teſtimonio humano 186

LIBER II.

CAP. PAG.
1 Quid Judicium 196
2 De axiomatis affirmatione ac negatione 200
3 De differentiis veri & falſi 204
4 De enuntiato ſimplici 221
5 De enuntiato copulato 230
6 De enuntiato connexo 235
7 De enuntiato diſcreto 238
8 De enuntiato disjuncto 239
9 De Syllogiſmo 246
10 De prima ſpecie primi generis 260

11 De ſecunda ſpecie primi generis 276
12 De ſecundo genere ſyllogiſmi ſimplicis 285
13 De ſyllogiſmo connexo primo 305
14 De connexo ſecundo 313
15 De disjuncto primo 321
16 De disjuncto ſecundo 325
17 De Methodo ſecundum Ariſtotelem unica 331
18 De prima Methodi illuſtratione per exempla artium 383
19 De ſecunda Methodi illuſtratione per exempla poetarum, oratorum, hiſtoricorum 397

P. RAMI DIALECTICÆ LIBER PRIMVS, DE INVENTIONE.

CAP. I. Quid Dialectica.

DIALECTICA eſt ars bene diſſerendi: eodemque ſenſu Logica dicta eſt.

Fundamentũ P. Rami in reſtituenda & reformanda Dialectica, duplex erit; primum in artis præceptis, ſecundum in artis exemplis & uſu: in quo utroque Ariſtotelem præcipué authorem ſecutus eſt. Enimvero Dialecticam Ariſtoteles in libris & antiquorum, & ætatis ſuæ philoſophorum varié diſperſam diſſipatamque, magna cura collegit; libroſque de argumentis & argumentorum diſpoſitione & judicio, id eſt de Logica, centum & quinquaginta minimúm compoſuit; ut P. Ramus docuit primo Scholarum dialecticarum libro: é quibus libris adhuc ſuperſunt tres & quadraginta. ſeptẽdecim ſunt in Organo; quibus Porphyrius adjici ſolet: ut ſint numero octodecim. Rhetorici, ſunt quatuor; Phyſicæ, octo primi; Philoſophię, quatuordecim: in quibus, pauculis exceptis, omnia ſunt de argumentis, deque argumentorum judicio, id eſt, (ut dixi) de Logica. Ergo hic ager fertiliſſimus quidem eſt, & ab Ariſtotele (ſi ad veteres, unde conduxit, reſpiciatur) multis ſpinis ac ſentibus expurgatus: Sed tamen adhuc obſitus multis reliquis, & arandi, & colendi difficultatibus:

quas ſine dubio ipſe ſuſtuliſſet Ariſtoteles, ſi diutius vixiſ-
ſet, arareque ruſus & iterare ac tertiare, modiſque omni-
bus excolere potuiſſet. Sed poſt reditum ab Alexandro,
tredecim duntaxat anni, quotidianis duarum prælectio-
num curis, & tam multorum voluminum commentatio-
nibus occupati, non multum otij ad relegendum & retra-
ctandum habuere. Veruntamẽ hîc etiam Ariſtoteles, tan-
quam bonus paterfamiliâs liberis, ita diſcipulis, falcem,
ſecurim, aratrum, cylindrum, cæteraq; excolendi agri in-
ſtrumenta, luculenta admodum reliquit & unicé com-
mendavit. Ea autẽ ſunt axiomata illa & principia de ma-
teria formaque artis; ut præcepta omnia ſint primó κατὰ
παντὸς, de omni, id eſt neceſſarió omninoquę vera: ſecun-
dó καθ' αὐτὸ, per ſe, id eſt homogenea & cognata: tertió
καθόλου πρῶτα, univerſaliter prima, id eſt propria: ita ut ge-
neralia generaliter & ſemel doceantur; unde ſpecialia per
ſingulas ſpecies concludantur. hæc de materia artis præ-
cepta ſunt: quę ſi quis arbitretur aliorſum ab Ariſtotele re-
ferri; jam miſſo Ariſtotelis nomine, exiſtimet á P. Ramo
fieri artium omniũ communia; ut tantúm conſideretur,
quám veré quámq; commodé. De forma autem artis, res
eſt breuior: ut generalia præcedant, ſpecialia ſequantur:
naturaque primum, primo loco ſit, ſecundũ, ſecundo; ter-
tium, tertio; & ita deinceps: ut ab unitate per media gene-
ra ad individuam multitudinem deſcendatur: ut Plato lo-
quitur. vel γενικώτατον, generaliſſimum, primo loco: ὑπάλ-
ληλα, ſubalterna, intermedio: εἰδικώτατα, ſpecialiſſima,
infimo loco ſint; ut Peripatetici loquuntur. quę omnia ſe-
cundo Dialecticę libro pleniús exponentur. hæc (inquam)
ab Ariſtotele inſtrumenta componendæ artis Logicæ ſin-
gularia tradita ſunt: non ſolúm ſeges ampla & copioſa re-
licta eſt. Primum igitur hoc ſtudium P. Rami conſideran-
dum nobis erit in hac Logicę agricultura: ut Ariſtoteli ob-
ſecundarit: ut tam multis libris involutam Logicam, ex
Ariſtotelis legibus & principiis explicarit. Pulrima ſunt in
logicis Ariſtotelis libris Logica κατὰ παντὸς, καθ' αὐτὸ,
καθόλου πρῶτα, id eſt, abſolutiſſima perfectiſſimaque do-
cumenta: ea omnia, tanquam pretioſiſſimæ logici patri-
monii opes, á P. Ramo retinentur & exornantur: falſa
non

non multa ſunt; aliena ſunt complura; ſed multó plurima impropria; cúm generalia ſpecialiter & frequenter iterantur; eaque plaga eſt omnium longé longéque graviſſima: methoduſque propterea confuſior; & in Organo, ut vulgó diſpoſitum eſt ab interpretibus, hyſterologiã mirabilem complexa, uſuique (quod caput mali eſt) vehementer ac valde repugnantem, ſicuti poſtea declaratis partibus explicabo. Ergo non ſolúm commodum, ſed etiam jucundum nobis erit recordari; quomodo P. Ramus vera á falſis, homogenea ab alienis, propria ab impropriis ſejunxerit; ut etiam quæ deeſſent, undique conquiſierit & addiderit: ut tam diſſipatam tot tantarumque rerum confuſionem, luce methodi atque ordinis illuſtrarit: ad eamque rem, breviter comparare ſingulis locis, ſummatimque ſubducere inſtitui, quæcunque a P. Ramo variis variarũ Scholarum libris diſperſa ſunt; diſputata etiam, neq; támen ab eo deſcripta: imó veró quæcunque pro aſſidua & fraterna conſuetudine ex eo audivi ac didici. Atque id P. Ramo primum reſtituendæ & reformandæ Dialecticæ fundamentum propoſitum erit: ſecundum autem erit in exemplis & artis, & artificioſæ commentationis, id eſt, in uſu artis & fructu demonſtrando. Exempla veró poëtarum & oratorum, á P. Ramo multorum annorum profeſſione & labore obſervata & animadverſa, equidem plurimi facio; quia demonſtrant artis & veritatem & utilitatem. Hippocrates, Leo, Theudius, Hermotimus, Euclides, mathematicorum elementorum authores perhibentur: non quia elementa ipſa inveniſſe, ſed quia faciliús demonſtraſſe exiſtimantur. Atqui demonſtratio logicorum theorematum vera & germana, fit per exempla præſtantiũ Logicorum. Tota Logica legitimé deſcripta, definitionibus & partitionibus componitur: quæ quia principia ſunt, aliã quám inſignium exemplorum demonſtrationem non recipiũt: Et ſic ἐμπειρία, ἱστορία, αἴσθησις, ἐπαγωγὴ, experientia, obſervatio, ſenſus, inductio (ut Ariſtot. 14. cap. 1. Poſt. & in Philoſophia 1. cap. 1. libri profitetur) omnium artiũ theoremata pepererunt. Quamobrem nobilibus exemplis, variis præſertim ac diſparibus, variaſque præſtantium ingeniorum dotes in unam doctrinæ gloriam veluti

conſpirantium demonſtrantibus tantum tribuo, quantum accuratiſſimæ demonſtrationi logicæ artis tribui poſſit. Exempla veró poëtica & oratoria P. Ramus ad illuſtrandum & demonſtrandum logicæ artis uſum, quám illuſtriſſima Ariſtotele authore ſelegit. Sic enim nominatim jubet Ariſtot. octavo Topico, exemplis (quod poſtea pleniús dicam) Homericis utendum eſſe: Demoſthenëis pariter utendum dixiſſet, ſi Demoſthenis ſcripta tum perinde celebrata fuiſſent. Et Ariſtotelëi præcepti ratio magna prorſus eſt. Primúm, puero á grammaticis & rhetoricis artib. ad logicam venienti, poëtę & oratores jam noti erunt; artium conſequentium ſcriptores adhuc ignoti. Deinde, exempla hæc poëtica & oratoria, uſum artis Dialecticæ talem demonſtrant, qualis nempe apud principes civitatum & populorum doctores fuit. ſic uſus hic é politica illa Socraticæ & Ariſtoteleæ logicæ dignitate ac præſtantia deprometur: prætereaque fructum grammaticæ puritatis & ornatus rhetorici duplicem gratis afferent: ut licet in iis dialecticum tantúm artificium diſcipulus meditetur, interea tamen fructus artificii & grammatici & rhetorici, ſponte & ſine labore conſequatur: ut qui conſueſcet politicorum eiuſmodi & popularium logicorum more diſſerere; conſueſcat interea, etiam non cogitans, tamen eorum more & loqui & dicere. His igitur Ariſtotelëis de cauſſis, P. Ramus exemplis illuſtrib. & luculentis uſus eſt: & illi ſecundi fundamenti prima pars fuit in exemplis magnorum logicorum; in quibus logicus artis ſuæ ueritatem agnoſceret, poſteaque in perpetuis poëmatum & orationum operibus eaſdem logicas laudes ſibi retexeret. hæc analyſis eſt Ariſtoteli. Secunda pars eſt in uberiore quodam artis uſu: neque ampliús in cognoſcendis alienis exemplis; ſed in imitandis, & ſimilibus confingendis & commentandis: idque rurſus Ariſtotele magiſtro & authore. Ariſtoteles enim in theſi (ait Tullius in Oratore) adoleſcentes non ad philoſophorum morem, tenuiter diſſerendi; ſed ad copiam rhetorum, in utramque partem, ut ornatiús & uberiús dici poſſet, exercuit. Itaque P. Ramus perpetuó monuit, ut Ariſtotelea logicarum declamationum exercitatio teneretur; utque Grammatica

gramma-

grammaticis, ſic Dialectica dialecticis magnorū authorum laudibus æmulandis, conſimilibus etiam confingendis exerceretur; eademque quamplurimæ quamque accuratiſſimæ imitationis & commentationis diligentia, perinde ut grammaticos, ita dialecticos fore. Hæc geneſis eſt operis logici. Itaque ſecundum P. Rami fundamentum in conformanda Logica, eſt in uſu artis, exemplis retexendis & confingendis. Jam conferantur hæc cum logicis & libris & ſcholis: Exempla artis & artificioſæ exercitationis, in logicis & libris & ſcholis longé diſſimilia reperientur. In totis enim quadraginta quatuor libris illis, & præcipué in Organo, longé ſecus factum eſt. Nam exempla illa Homerica nulla ſunt admodū, ſed conficta & feré duntaxat abecedaria: ut, Omne b eſt a: Omne c eſt b: Ergo omne c eſt a: quę non modó logicum humanitatis uſum nullum prorſus oſtendunt; ſed mentem auditoris excruciant, ſi mutas illas notas ad certi generis ſignificationem velit referre. Et tamen hæc abecedaria figmenta, tanquam mathematica defendūntur etiam in Organo, & glorioſæ artis ſpecie etiam laudantur. Enimvero (ajebat híc P. Ramus) mathematici res objectas oculis & demonſtratas, appellant literis, tanquā vocabulis: ut, Eſto linea a———b: Eſto circulus (c) quadratú [d] At totis Analyticis lōgé ſecus eſt: nec enim vel oculis, vel auribus argumentum vel argumentatio propoſita Homeri & Demoſthenis, appellatur á Logico literis, ut lineę & circuli á Geometra; ſed literis ipſis, id eſt, mutis & nihil ſignificantibus notis, veluti phantaſmata quædam offūnduntur, quę mentem auditoris (ut dixi) mirandum in modum torqueant. Quare hæc exemplorum figmenta, non ſunt mathematica; & ſi maximé eſſent, ut ſunt in Organo quædā de trianguli tribus angulis, de diametro aſymmetro: attamen poſterioris eſſent artis, nequedum Logicæ diſcipulo perceptæ: ideoque vitioſa, quia ignota. Fingendi autem in artis explicatione licentia, jam olim in ſcholis agitata eſt: & Cornificius, antiquus rhetor, (cujus Quintilianus meminit) quarto ad Herennium libro, in noſtram hanc exemplorum per varios & diverſos authores inductionem invectus eſt, argu-

mentis quatuor: primó, quia exempla (ait) adhibentur gratia demonſtrandi, nõ confirmandi neque teſtificandi. Atqui (inquam) nihil demonſtrarent, niſi confirmarent & teſtificarentur; nec omnino argumenta eſſent, niſi arguerent. Deinde, exempla hæc obſervata (ait) plerunque ſunt eorum, qui artem neſcierunt. Quid tum? inquã: uſum ſcierunt, artis parentem & magiſtrũ. Tertió, quód exemplorum per varios authores diſperſorum inductione deterretur auditor artis. Ecquid (inquam) potiús, quám vel apis in conficiendo melle, florum per varias arbores collectione; vel Zeuxis in Helenæ pictura, é tot virginibus excipienda venuſtate? Et tamen non auditoris & diſcipuli, ſed artem conſtituentis doctoris terror hic eſſet. Poſtremó, quód qui alienis quamlibet egregiorum authorum exemplis illuſtrat artem á ſe compoſitam, ſimilis mercatori purpuram publicanti, cujus copiam domi non habeat: ſed é vicinis officinis precario petat. Enimvero mercator hic noſter, doctrinæ tam præcepta, á præſtantibus & variis authoribus obſervatione uſus & animadverſione, quám præceptorum exempla mutuatur. Quare tota Cornificii diſputatio pro fictis exemplis adverſus animadverſa in magnis authoribus exempla, eſt illa quidem verbis & ſpecie ſubtilis & ingenioſa; ſed reipſa inanis & irridenda. Sed multó magis irridenda eſt pervulgata in Logicorũ ſcholis opinio, Veritatem in exemplis nõ requiri. Ecquid igitur? quomodo Ariſtotelis principiis, hiſtoriæ & experientiæ, non modó ficta, ſed etiã falſa convenient? quomodo legi κατὰ παντὸς congruent? Hæc erat P. Rami diſputatio adverſus ficta & falſa exempla. é quibus fundi logici prima calamitas extitit; quód exemplis non ſolúm fictis, ſed aliquando falſis, certé ignotis ac prępoſteris, pręcepta quęlibet in Logicam inducta ſint; quę exemplis, & tanquam vadimoniis Homericis induci nunquam potuiſſent: quæ Ariſtotelis ἱςορία καὶ ἐμπειρία nunquam permiſiſſent. Et tamen iſta calamitas, fœcunditate Ariſtotelearum declamationum, ſi continuatæ eſſent, facilé compenſata; quin etiam plané vindicata jampridem eſſet: Docuiſſet enim uſus, quæ quibus theorematis exempla convenirent. At logicæ neſcio quot anté ſeculorum ſcholæ, longé pernicioſiorem arti-

ficioſæ

ſcioſæ exercitationis calamitatem ſibi pepererunt; dum edictis & pœnis publicis poëtas & oratores, quod in P. Rami judicio, etiam ab obtrectatoribus (ne qua gratiæ ſuſpicio ſubeſſet) publicé teſtato & publicato legitur, exterminant: dum pro Ariſtotelea uberioris & ornatioris declamationis Logica, incredibilem de præceptis duntaxat altercando ſophiſticam exercent. Enimvero Socrates execrari ſolebat eum, qui primus utilitatem ab honeſtate ſejunxiſſet: Ecquid facturum cenſemus, ſi logicorum magiſtrorum opera, á dialecticæ virtutis honeſtate ſejunctã utilitatem illam Ariſtoteleam cerneret? Equidem commemini, quám frequenter quámque graviter noſtros homines hac de re P. Ramus admonuerit: ut de præſtantiſſimæ artis dignitate pauló attentiús cogitarent; neque ex Ariſtotelea & Peripatetica ſchola Eubulideam & ſophiſticam diutius efficerent. Uſum, uſum (inquam) perſæpe dicere ſolitus eſt, ſolum correctorem tanti abuſus & emendatorem futurum. Sapientia antiquorū philoſophorum, oratorum, poëtarum, cenſuit de mundi partibus tres inhabitabiles eſſe; mediam æſtu, duas extremas glacie & frigore: at nautarum & mercatorum vulgus, libros & literas ignorantium, totam illam ſapientiam oculis corporis & navigationum ſuarum periculis, id eſt experientia refutavit. Quandiu diſceptabitur de Logica, argumenta cupidis altercandi hominibus ad errores ſuos defendendū nunquam deerunt; at experientia, exercitatio, uſus, captionibus eludi non poteſt; quin protinus error appareat. Sed hac de re Scholæ P. Rami variorum generum, item Prooemium reformandæ Pariſienſis Academiæ loquitur; & loquetur ampliús, ſolam de præceptis artis altercationem, meram inertiam eſſe. Ergo hoc fundamentū de arte, deq; artis uſu, duplex P. Ramo ad conſtituendã & conformandam Logicam propoſitum deinceps erit.

Dialectica] Principió igitur Dialectica definitur Ars bene diſſerendi. hæc definitio, ut loco & ordine, ſic gravitate & pondere prima eſt; & diligenter accuratéque conſtituta, integrum totius artis ſtatum conſtituit: perverſé autem atque imperité confuſa, totam artem pervertit: ea igitur attentiſſimé nobis conſideranda,

Generalis eſt res ipſa definita: generalia definitæ rei vocabula; ideoque generaliter ad legem καθόλȣ πρῶτον definienda. Enimvero quanto ſtudio in hāc confirmationem P. Ramus incubuerit, teſtis eſt ſecundus liber Scholarum dialecticarū. Sed gradatim agamus. Dialectica primùm eſt ars, id eſt comprehenſio præceptorum in rebus æternis propriorum, & ordine diſpoſitorum, ad utilem vitæ finem ſpectantiū; ut ampliùs intelligetur ſecundo libro. Quamvis enim natura plerique faciant, quod præceptis inſtituitur: ars tamen (ait Cicero 4. de Finibus, & 1. de Oratore) eſt dux certior, quàm natura: habet enim quædam quaſi ad commonendum, quó quidque referas: & quó intuens, ab eo quod tibi propoſueris, minùs aberres.

Differendi] Id eſt diſputandi, diſceptandi, ratiocinandi, ratione denique utendi: ſic enim generaliter ars eſt definienda; ut tam laté pateat definitio hæc, quàm laté patet uſus humanæ rationis. Nam ſi requiras, unde ars dialectica ſumi debeat; utrùm é ſecta & opinione philoſophi hujus, an illius; utrùm é ſchola præcipua aliqua, quales primo libro Scholarum Dialecticarum quatuor inſignes á P. Ramo expoſitæ ſunt: reſpondeo, ex eodem fonte hauriendā eſſe, unde philoſophi omnes, quicunq, recté ulla unquam in ſchola ratiocinati ſunt, haurire debuerunt, é naturali nempe rationis uſu: qui in bibliotheca Ariſtotelis multiplex, & é variis authoribus collectùs eſt: ſed apparet idem uſus etiam multó magis in exemplis magnorum & excellentium poëtarum, oratorum, philoſophorum, jureconſultorum, omnis denique generis hominum. In uno non omnis generis exempla fortaſſe reperientur: obſervatione igitur & animadverſione, adeóque inductione, tota res exploranda & probanda eſt. Naturalis enim Dialectica, vis eſt rationis, mentibus noſtris inſita, per quam diſputamus & ratiocinamur; per quam movemur & excitamur ad inquiſitionem & inveſtigationem rerum: per quam, ut per ſolē mundus, ſic animus partibus omnibus ad ratiocinandū illuminatur: per quā multis ſeculis, antequā ulla de differendo litera eſſet, innumerabiles homines prudenter & acuté diſputarūt, diſſeruerūt, ratiocinati ſunt. Sic ab Ariſt. dicitur & in Ethicis, Virtutes homini naturales eſſe: & in

Topi-

Topicis, Nativam ingenii indolem in diſſerendo plurimũ poſſe:& in Elenchis denique, Idiotas uti Dialectica,& ſine arte facere,quod artis præceptis continetur.In deſcribendis igitur dialecticis præceptis, propoſita P. Ramo fuit naturalis bene diſſerentium conſuetudo;ut accommodatam naturæ faceret artem; vel potiús artem faceret naturæ velut effigiem quandam & imaginem. Hic enim doctor artis logicæ,pictor quidam eſſe debet naturalis logicæ:neque quicquam in præceptis pingere, quod non anté in illa naturalis uſus idea atque veritate perſpexerit. Quamobrem dialectica iſta vis generalis & rerum omnium communis, generaliter & communiter definitur á P.Ramo.

Logica] Dialecticæ autem & Logicæ vocabula,pro eodem generaliter accipienda;ut διαλέγεσθαι καὶ λογίζεσθαι, diſſerere & ratiocinari accipitur:utrunque enim eſt idem quod ratione uti:Sic Plato in Alcibiade primo ait, διαλέγεσθαι καὶ τῷ λόγῳ χρῆσθαι, diſſerere & ratione uti,idem eſſe.Dialecticam veró Plato primus appellavit hanc artem, ait Laërtius in ejus vita.& generaliter eo nomine complectitur totam rationis vim & facultatem in Sophiſta,Phædro,ſeptimo de Republica. Sic Dialectici nomen generaliter uſurpat in Cratylo,Phædro,in eodem ſeptimo de Repub. Xenophon 4. comment.ait διαλέγεσθαι dici ἐκ τοῦ συνιόντας κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα: ex eo quód convenientes ad deliberandum in commune, res per capita diſcernerent. Ariſtoteles autem etiam διαλέγεσθαι generaliter accipit primo Elenchorum, pro quovis uſu rationis:ſic in Philoſophia, Dialecticæ nomẽ pro tota rationis arte: & in Rhetoricis, τὰ διαλεκτικὰ, communi iſto ſenſu & generali ſumit. Logicam veró primus Ariſtoteles (ſi Vallæ credimus) appellavit,& quidem verbum hoc tam generale eſt Ariſtoteli, quám Dialecticæ. Sic in Philoſophia, λογικὰς δυσχερείας, logicas arguitas dicit:in Topicis, πρότασιν λογικήν: in Phyſicis, ἀπορίαν λογικήν. & hac eadem generali ſignificatione, Tullius & Quintilianus Dialecticam & Logicam dixerunt. Quare Græci pariter & Latini, vocabula Dialecticæ & Logicæ generaliter acceperunt: λογίζεσθαι, magis ad numerum

refertur:unde λογισμὸς & συλλογισμός pro computatione & calculo; ſicut etiam λόγος, unde utrunque verbum factum eſt. & quidem Dialectica, Logica, διαλέγεσθαι, λογίζεσθαι, præcipué ex ſyllogiſmi & argumentationis parte nominata ſunt: quomodo feré & latina vocabula. Diſſerendi enim nomen ab agricolis & olitoribus traductum eſſe, Varro docet: Ut enim (ait) olitor diſſerit in areas ſui cujuſcunque generis res: ſic in oratione qui facit, diſſerere dicitur. Diſputare, (ut ait idē Varro) eſt quaſi purū facere; & per metaphorā ratione uti, conſiderare, meditari; quód virtus rationis humanæ vera á falſis, utilia ab inutilibus, bona á malis diſcernit. Diſceptare item ſumitur ex veteri conſuetudine Dialecticorum, quæſtionem in varias partes diſtrahentium; cúm alius partem unam, alius contrariam, gymnaſticæ exercitationis gratia in ſcholis arriperet. Quare latina vocabula, diſſerere, diſputare, diſceptare, etiam ſi originem tropi conſideres, proprié ad judicandi partem, ut græca referuntur. Attamèn doctrinæ conſtituendæ gratia, generaliter modó intelligantur; ad totam & generalem artis facultatem & Inventionis & Judicii ſignificandum. Atque Dialecticæ ſeu Logicæ nomen Latini tentarunt latiné reddere: ſed tamen græcis uti etiam maluerunt. Cicero in Lucullo: Dialecticam inventam eſſe dicitis, veri & falſi quaſi diſceptatricem. Quintilianus libri ſecundi capite vigeſimo, Etiam (ait) diſputatrix virtus erit. & capite ſecundo libri 12. Itaque hæc pars Dialecticæ, ſive illam diſputatricem dicere malimus. Cicero libro tertio de Finibus, Quanquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum utimur pro latinis (ut ipſa Philoſophia, Dialectica, Rhetorica, Grammatica, Geometria, Muſica) latiné dici poterant: tamen quia uſu percepta ſunt, noſtra ducamus. Et Academico primo, Enitar ut latiné loquar: niſi in hujuſmodi verbis, ut Philoſophiam, aut Rhetoricam, aut Phyſicam, aut Dialecticam appellem. quibus ut aliis multis, jam utimur pro latinis. hæc ille. Quare ut quod inſtitui, concludam; cúm definita ratio ſit generalis; cúm vocabula definitæ rationis, generalia ſint: definitio generalis facta eſt á P. Ramo, quæ

totam

totam & univerſam diſſerendi rationem complecteretur: Sic enim decet ex Ariſtotelis lege καθόλυ πρῶτον, generalia generaliter explicari. Verumenimvero interpretes Ariſtotelis occurrent, Alexander, Porphyrius, Ammonius, eorumque ſectatores & ęmuli; qui nequaquam logicas illas Ariſtotelis leges, ad Ariſtotelis Organum interpretandum & conſtituendum ſibi propoſuerunt. protinus enim confecta res eſſet; neque jam P. Rami diligentiam deſideraret. ſed falſæ opinionis ac perſuaſionis errorem tantúm attulerunt: ut non verecundiús ac timidiús de divinis oraculis, quám de quibuſcunque ſcriptis Ariſtotelis cogitarent: omniaque in Ariſtoteleo agro reperta, in eodem veritatis & utilitatis loco conſtituerent. Interpretes igitur hi, tali Logica inſtructi, huic generali definitioni reclamabunt; neque rationis uſum illum generalem eſſe dicent: nominatimque ex Ariſtotele primi Topici capite quinto proferent, hanc generalem Logicam inveniri non poſſe: & ſi inventa ſit, omnino tamen obſcuram & moleſtam fore. hæc enim verba ſunt in eo Organi loco. quin triplicem diſſerẽdi doctrinam; apodicticam, topicam, ſophiſticam; pro illa una generali, ab Ariſtotele factã eſſe dicẽt. Quæ omnia dici & agi in Organo, P. Ramus cõfitetur: Sed Ariſtotelis legibus demonſtrat eſſe contraria. Etenim ars illa cõmunis, quæ negatur inveniri poſſe, non ſolúm inventa eſt, ſed in Organo ipſo tradita: imó laudata & celebrata. Adeſſent enim, (ut optabat hîc P. Ramus) Alexander & Porphyrius; Organumq; ipſum corám proferrent: & oculis pené corporis tam craſſum errorem agnoſcerent. Nam Categoremata, Categoriæ, ἑρμηνεία, Analytica priora tota, cõmuñia ſunt & generalia; neque ullis earum trium artium propria: & in his communis doctrina eſt inveniendi medii & argumenti: ut nominatim primo Analytico, & re ipſa in Categorematis & Categoriis cõprehenditur. Judicii autẽ doctrinam in enuntiato ἑρμηνεία: in ſyllogiſmo, priora Analytica inſtituũt. Itaq; P. Ramus his interpretibus ante oculos ſubjiceret; primis & præcipuis Organi libris communem & generalem doctrinam contineri; ideoque aſſertionem illam Topici primi (quód ars diſſerendi com-

munis inveniri non poſſit)eſſe falſam, legique Ariſtotelis κατὰ παντὸς contrariam. In poſterioribus autem Analyticis, ἀπόδειξις (quæ tanta duorum magnorum librorum pompa promittitur)tanquam concluſio propriæ affectionis de ſubjecto per cauſſam propriam, in liberalium artium doctrina nulla prorſus eſt: imó in rerum natura eſſe omnino non poteſt;ut in ipſis poſterioribus Analyticis P. Ramus evidentiſſimé docuit. Et tamen totis illis Analyticis,ſicut in Topicis, nullum omnino eſt documentum logicum, niſi generale. Illic de cauſſis, factis,ſubjectis,adjunctis:quæ eadem cum cæteris argumentis, in totis octo libris Topicis trecenties decies ſepties repetuntur: Tantam enim in Topicis logicorum locorum tautologiam P.Ramus collegit:quin(quod etiam propoſueram) in iiſdem Topicis,primo,tertio,ſeptimo,Ariſtoteles commendat & celebrat quám maximé univerſales locos;quia ſint (ait)ad plurima utiliſſimi.Et tamen tautologia iſta tã hebes craſſaque, non eſt univerſæ Logicæ,ſed inventionis tantúm:nec enim vel ἑρμηνεία,vel Analyſis, in Topicis iteratur toties. Quare & hîc rurſus á P. Ramo concluditur adverſus iſtos interpretes,non duas Logicas in Poſterioribus & Topicis inſtitui; ſed unam & eandem Logicæ partem ſæpius iterari & laudari: tautologiamque tam moleſtam & odioſam, falſa duplicis doctrinæ ſpecie prætextam, corrigendam eſſe ad legem Ariſtotelis; doctrinamque generalem,generalitér ac ſemel explicandam. Sed occurritur rurſus ab his interpretibus, aliam logicam eſſe neceſſariorum, aliam probabilium ſeu contingentium: ideoque apodicticam de neceſſariis, & topicam de probabilibus,eſſe diſtinguendam.At hîc P.Ramus,hominum quorundam pertinaciam & ſtuporem admirabatur; manumque quinque digitis expaſſis oſtentans,ajebat; non clariús palmam illam corporis oculis demonſtrari;quám veritas hæc logicæ generalis oſtenderetur.Etenim quamvis Dialectica præceptis conſtet omnino neceſſariis: (ſecus enim ars non eſſet, neque κατὰ παντὸς eſſet) attamen una communis ſufficit & neceſſariis & contingentibus rebus edifferendis, ut patet in iis ipſis libris Apodicticis & Topicis;in quibus per eandem doctrinam cauſſarum, effectorum,

fectorum, generis, ſpeciei, & reliquorum ſæpius iteratam & cõnfuſam, neceſſaria & probabilia inſtitui, vel ab his interpretibus affirmantur. Quare Dialectica unica generalis, ſpecialibus hiſce neceſſitatis & probabilitatis differentiis abunde, vel interpretum confeſſione, ſufficit. Atque in iſto neceſſitatis & probabilitatis elencho, valde ſimpliciter Alexander, Porphyrius, Ammonius, & interpretes reliqui ſeducti ſunt, ad duas Logicas ſpeciales pro una generali conſtituendum: Sophiſtica autem vitiorum (quę tertia differendi ars ab interpretib. efficitur) per Ariſtotelis legẽ καθ᾽ αὐτὸ, locũ in arte virtutũ dialecticarũ non poteſt habere: Vitia ęnim differẽdi virtutib. differẽdi ſunt heterogenea. Et tamen hæc tertia ſophiſmatum Logica valde duas illas ſuperiores, Apodicticam & Topicam, refellit: Eſt enim illa tota generalis & communis: nec alia facta eſt apodicticæ, alia topicæ ſophiſtica: quamvis ſint é falſis alia impoſſibilia, alia contingentia; ut é veris, alia neceſſaria, alia tantúm probabilia. Itaque ut Sophiſtica duorum generum impoſſibilium & contingentium: ſic Dialectica, duorum generum, neceſſariorum & probabilium, eadem & communis interpretibus videri debuit. Quamobrem Ariſtotelẽi Organi profeſſores & lectores, qui uſquam gentium eſſent, P. Ramus ad ſanctas illas & ſacras Ariſtotelis leges revocabat; & familiariter admonebat, ut aliquando diligentiús de tam turpi fœdoque ſophiſmate cogitarent; neque ſe diſcipuloſque ſuos diutius falli decipique paterentur: ſed Ariſtotelis Organum perſpicerent tam confuſé triplicatum, ad perſpicuam generis unitatem & ſimplicitatem eſſe revocandum; unamque Dialecticam generalem, pro triplici, docendam ac definiendam eſſe. De vocabulis autem Dialecticæ & Logicæ, res eſt expeditior: utrumque enim interdum ſpecialiter accipitur, non pro arte ulla ſpeciali, ſed pro artis opere probabili. ſic Ariſtoteli dicitur Dialectica & interrogatio & propoſitio, ſic Logica & quæſtio & argumentatio & demonſtratio; ut ſecundo libro Scholarum dialecticarum declaratur á P. Ramo: quomodo videlicet erant loquuti authores quidam, quorum libros Ariſtoteles collegerat. Nec ſermo hic alienus ſit, ſi attenté conſideretur. Quamo-

vis enim diſputandi doctrina tota, & una & neceſſaria ſit: diſputatio tamen multiplex eſſe poteſt; alia neceſſaria, alia probabilis: neque de verbis laborandum fuerit, intellecta re. Probabilis diſputatio appelletur Dialectica & Logica: ſed tamen ut antea in definitione, ita nunc in nomine rei, P. Ramus ad Ariſtotelem é ſua lege judicem recurrit; & rogat quomodo contractionis hujus ſpina ſit evellenda. Vocabula Dialecticæ & Logicæ, modó generalia, modó non generalia ſunt. Generalia (dicet Ariſtoteles) generalibus verbis, & generaliter explicanda: hęc enim lex eſt illa καθόλε πρῶτον. Quare P. Ramus vocabulis Dialecticæ & Logicæ, in ipſa doctrina & arte declaranda, tantúm generaliter utitur. Ex hac igitur generali definitione, duo præterea P. Ramus deducit: primó, artis finem eſſe generalem, bene diſſerere; non autem ἀπόδειξιν, ut interpretes ſomniarunt: cúm ipſa (ut jam dixi) commentum ſit, in natura rerum impoſſibile. Sic Ariſtoteles 2. cap. 1. Topici, docet, diſciplinam τελέως ἔχειν, tanquam diceres, finaliter habere, quando præſtatur, quod artis viribus continetur. Grammatica, eſt ars bene loquendi: Rhetorica, bene dicendi: Ergo (dices) finis Grammaticæ, eſt bene loqui: finis item Rhetoricæ, bene dicere: Sic Dialectica, eſt ars bene diſſerendi: Ergo Dialecticæ finis, eſt bene diſſerere. Deinde ex eadem generali definitione, P. Ramus concludit; ſubjectum artis eſſe generale, de omni ente & non ente, ut Ariſtoteles nominatim profitetur: non autem de ſola quæſtione: cúm logicæ artis vis appareat in cogitandis argumentis, in enuntiatis per ſe manifeſtis, in methodo: Non autem in ſolis enuntiatis dubiis, ſyllogiſmo aliquo concludendis. unde ſophiſticam quæſtionum in Logica doctrinam eſſe convincitur; neq; magis ad Logicam, quám ad Grammaticam attinere, quæ quæſtionis genera ſint: cúm ſit ars utraque tota, communis omnium & dubiarum & non dubiarum rerum. Grammaticus, de omni re bene loquitur: ſic, ac multó magis, Dialecticus ſeu Logicus, de omni re bene diſſerit. Sed de fine, deque ſubjecto Logicæ artis, P. Ramus ſecundo libro dialecticarum Scholarum copioſiſſimé diſſeruit; quo in libro perſpicitur, uti totū agrum

logicum

logicum ſine terminis ac finibus infinité diſperſum, & in tot illis voluminibus diſſipatum, definitione in primis neceſſaria terminarit ac definierit: ut Ariſtoteli gratiſſimum opus ac optatiſſimum fecerit. In totis enim libris illis quatuor & quadraginta, definitio illa perſpicué propoſita nuſquam eſt: quæ tamen ex Ariſtotelis legibus debuit & eſſe (quia eſſet omnino neceſſarióque vera, & homogenea, & propria) & primo loco eſſe, quia generaliſſima & natura eſſet prima. Ergo lætaretur Ariſtoteles, cúm logicum agrum foſſa valloque definitionis legitimæ ita concluſum & definitum cerneret.

CAP. 2. De partibus Dialecticæ & inventionis.

Dialecticæ partes duæ ſunt, Inventio & Judicium.

"Inventio, eſt pars Dialecticæ de inveniendis argumentis. "Argumentum, eſt quod ad aliquid arguendum affectum eſt: quales ſunt ſingulę rationes, ſolæ & per ſe conſideratę. Argumentum, eſt artificiale aut inartificiale. Artificiale, quod ex ſeſe arguit. eſt autem "primum vel á primo ortum. Primum, quod eſt "ſuæ originis: eſtque "ſimplex aut comparatum. Simplex, quod ſimpliciter & abſoluté conſideratur: Eſtque conſentaneum aut diſſentaneum. Conſentaneum eſt, quod conſentit cum re quam arguit: eſtque cōſentaneum abſoluté aut modo quodam. Abſoluté, ut cauſſa & effectum.

Dialecticæ partes] Magna P. Rami diligētia nobis apparuit in generali artis definitione confirmanda, contra τιoque ſpecialium Logicarum ſophiſmate refellendo:

unde etiam confirmatio generalis partitionis, & refutatio cōtrarii ſophiſmatis deducetur. Primúm igitur Dialecticæ artis partitio in Inventionē & Judicium, cum legibus Ariſtotelis congruit: Eſt enim κατὰ παντὸς, καθ' αὐτὸ, καθόλου πρῶτον. congruit cum naturalis rationis uſu: Argumenta enim quærimus, deinde certa via & ratione diſponimus ad judicandum: tertium munus rationis in diſſerendo præterea nullū eſt. Itaq; concludere jam licet, duas hujus doctrinæ partes eſſe, Inventionē & Judicium: quod etiam diſpoſitio dicitur: quia res, certo genere diſpoſitæ judicantur, ut ſecundo libro patebit. Atque harum partiū uſus, licet in diſſerendo conjunctus ſit, præcepta tamen de inveniendo argumento, déque diſponendo & judicando (per enuntiatum, ſyllogiſmum & methodum) ſeparanda ſunt: ut in Grammatica arte, ſeorſum de vocabulis & eorum Syntaxi præcipitur: quamvis earum rerum uſus, in eadem oratione confuſus ac permiſtus ſit. hæc prima partitionis demonſtratio eſt, é fundamentis illis Ariſtoteleis de arte, deque artis uſu: altera demonſtratio, eſt é teſtimoniis Ariſtotelis, Ciceronis, Quintiliani. Quicquid ab Ariſtotele logicum præcipitur in toto Organo, præcipitur de argumentis & argumentorum judicio. Sed hic agitur non de quacunque comprehenſione artis, ſed de partitione corporis integri in ſua prima membra: quæ ipſa duo, Inventio nempe & Judiciū, tribus ab Ariſtotele locis obſcuriús dividuntur: Primó in Prioribus Analyticis, totius hypotheſis Logicæ tres fiunt partes; εὕρεσι, γένεσις, ἀνάλυσις, invētio, compoſitio, reſolutio: Deinde octavi Topici capite primo, locus eſt alter, ſed obſcurior; quód neceſſe ſit primó locum invenire, ſecundó interrogare & diſponere, tum dicere ad alterum. At tertia pars redundat in utraq; partitione. Reſolututio enim illa, cōmunis eſt & inventionis & judicii meditatio; neq; novam artem continet: Et, hæc ad alterum dictio, Grammaticæ eſt; ſi puritas ſermonis ſpectetur: vel Rhetoricę, ſi ornatus orationis. Tertius eſt Ariſtotelis locus primo cap. 3. Rhetorici, ubi Rhetoricæ quatuor fiunt partes; πίστις, τάξις, λέξις, ὑπόκρισις, probatio, diſpoſitio, elocutio, actio. ſed ibidem etiam veré dicitur, probationem & diſpoſitionem, ſolas ad probandum

bandum & docendum neceſſarias eſſe:reliquas, propter auditoris perverſitatem inventas. hic Ariſtotelis locus etiam demonſtrat; in arte probandi & docendi, id eſt, in Dialectica & Logica, duas illas inveniendi & diſponendi partes, ſolas eſſe neceſſarias & primarias. Ergo revera ac veritate Ariſtoteles, quamvis in Organo diſtinctè non ſequitur: attamen probat partitionem Dialecticæ in Inventionem ac Judicium. Ciceronis autem & Quintiliani ſententia preſſior & accuratior híc eſt: Diligens diſſerendi ratio, duas habet partes, unam inveniendi, alteram judicandi; ait initio Topicorum Tullius. Quintilianus item circa finem libri quinti, Dialectici (ait) ſibi & inveniendi & judicandi partes vendicant. Ergo teſtimonia hæc Ariſtotelis, Ciceronis, Quintiliani, partitionem dialecticæ artis in Inventionem & Judicium confirmant. Sed tamen hi omnes rhetoricæ arti has eaſdem partes inventionis & diſpoſitionis etiam ſubjiciunt: in quo ſunt ad καθ' αὑτὸ revocandi: & logica illa juſtitiæ lege admonendi; præcepta artis unius propria, alterius artis aliena & impropria eſſe: doctrinam veró de argumentis & inveniendis & judicandis, logicæ artis eſſe propriam, omnes iidem authores confitentur: fateantur igitur, neceſſe eſt, in Rhetoricis alienam & impropriam eſſe, planéque ſophiſticam: & quidem tam alienam, tamque ſophiſticam, quám de tropis & figuris elocutionis, deque voce & geſtu actionis doctrina, ſophiſtica & aliena eſſet in Logicis. hanc P. Ramus ἀπόδειξιν ex Ariſtotelis lege ſanciebat: afferebatque præterea: primos Ariſtotelis interpretes, partitionis hujus bipartitæ adſtipulatores & approbatores fuiſſe: atque in primis Adraſtum illum, Simplicii teſtimonio Peripateticorum nobiliſſimum: qui ideo Categorias Topicis præpoſitas, τὰ πρὸ τοπικῶν nominabat: tum ad judicii partes, ἑρμηνείαν & ἀνάλυσιν, utramq; componebat: Elenchos reſervabat ad utriuſque partis vitia. his igitur & legum argumentis, & hominum teſtimoniis, P. Ramus partitionem Dialecticæ in Inventionem & Judicium approbabat. Sed Alexander, & ab eo cæteri interpretes, Ariſtotelis Logicam é ſcriptis potiús quomodocunque libris, quám é principiis Ariſtotelis & legibus interpretati, illam

partitionem legitimam repudiarunt: & idem argumentum contra partitionem generalem, quod adverſus definitionem generalem oppoſuerunt: quód differendi ratio tripartita ſit; apodictica, dialectica, ſophiſtica. At enim (diſſerebat hîc P. Ramus, adverſus eundem morbum idem remedium repetens) hæc tripartita diſtributio, eſt omnibus Ariſtoteleorum principiorum legibus contraria. Enimvero ſi puerum interrogem, Utrum Deus ſanctas, ſit oratio latina: iratus, opinor, reſpondebit; omnibus latinitatis legibus eſſe contrariam: quia iſta duo nomina, neq; numeró, neque genere, neque caſu conveniant. At (inquam) partitio iſta Organica, conſimilibus ſophiſmatum ſordibus ſordidata eſt. Primó tripartita hæc diſtributio, non eſt κατὰ παντὸς: Nam falſum dicit, affirmando; totam Organi logici doctrinam, in tribus illis differentiis & partibus contineri; cúm primi ſex libri in Organo logico (κατηγορήματα Porphyrii, Ariſtotelis κατηγορίαι, tum libri duo de Interpretatione, denique duo de Analyſi priore; id eſt, pars Dialecticæ præſtantior & excellentior, de argumento, enuntiato & ſyllogiſmo) in illa partitione non contineantur: cúm etiam ἀπόδειξις illa, quæ tantopere jactatur, nulla uſquam ſit, neque per naturam eſſe poſſit. Itaque qui primus partitus eſt Logicam in tres illas partes, ſophiſticé & vitioſé eſt partitus; & in arte poſuit, quod per legem κατὰ παντὸς in arte eſſe non potuit: hoc primum ſophiſma partitionis hujus eſt, contra primam legem. Secundo, partitio hæc non eſt καθ' ἀυτὸ in arte logica; quia ſophiſtica vitiorum doctrina, non eſt homogenea virtutum doctrinæ: ſed explicatis virtutibus, vitia inde contraria percipiuntur: imó (ait Ariſtoteles in Analyticis) vitioſa eſt definitio veri, niſi inde falſi cognitio ſit manifeſta. Quare cúm partitio hæc membrum corporis faciat, quod corporis nihil eſt; ſophiſma ſuperiore gravius oſtendit. Tertió, partitio hæc peccat contra legem καθόλου πρῶτον: quia generalia inveniendi præcepta, per ſpeciales quæſtiones, apodicticam, dialecticam, ſophiſticã, ſpecialiter & ſæpius repetit: quæ tautologia per legem illam valde damnata eſt. Quare tertium partitionis hujus ſophiſma, graviſſimum eſt omnium. Denique logici

Organi

Organi partitio prima, primo poſt definitionem primam loco, ex methodi lege conſtitui debuit. Atqui tripartita hæc partitio, tandem in Analyticis proditur; ac ne proditur quidem: nec enim tota logica uſquam ab Ariſtotele nominatim ita diviſa eſt; ſed propoſitio dividitur in apodicticam, dialecticam, ſophiſticam: & ſyllogiſmus, é ratione propoſitionis, in apodicticum, dialecticum, ſophiſticum. Quare partitio Logicæ trifariam facta in Apodicticam, Dialecticam, Sophiſticam, facta eſt contra omnes Ariſtoteleorum principiorum leges: nec oratio illa, Deus ſanctas, magis eſt barbara, quàm hæc tripartita Logicæ diſtributio ſophiſtica. hæc igitur P. Ramus, de partitione logicæ artis ita diſſerebat: docebatque; uſum artis, partibus ita confuſæ ac perturbatæ, obſcuriſſimum ac difficillimum eſſe factum. idque in primis ex altero illo uſus fundamento, quod ſibi propoſuerat. animadvertendum & conſiderandum admonebat: quia feré nulla logicæ artis utilitas in authoribus vel explicandis, vel imitandis, per hanc partitionem percipi poſſet. Diſputatio ſuperior de artis definitione, morſus doloris acres, patronis erroris hujus attulit: hæc autem, mortis eſt inſtar; cúm Organi tanquam corporis membra, diſcerpi divellique partitione inventionis & judicii ſentiant: Nam ſi, ut neceſſe eſt, inventionis judiciique partes ſingulæ, ac ſpecies, ſeparatim in ſuum quæque ordinem legibus Ariſtotelis redigantur; falſa protinus & aliena, ſed in primis iterata ſæpius apparebunt: & vix ac ne vix quidem, pro ſingulis libris ſinguli verſus relinquentur. Itaque tanta rerum commutatio, tamque inſolita μεταμόρφωσις, imperitis legum Ariſtotelearum & ignaris, acerba & gravis fuit: & inde judiciorum ac theatrorum turbæ. Sed tamen nobiliſſimæ artis & utilitas & dignitas, tandem aliquando animos hominum capiet: amoreſque ſui tam mirabiles excitabit, quám diras contumelias adhuc perpeſſa eſt. Quapropter ſi Ariſtoteles logicum agrum, tam tortuoſé antea & confragoſé præruptum, nunc tandem viis tam planis & apertis diſtributum ex ſuis legibus & mandatis aſpiceret: magnam certé animo lætitiam caperet: tot poſtea ſeculis extitiſſe, á quo fieret.

quod ipſe tantopere factum deſideravit. Sed de hac agricultura P. Rami dialecticæ Scholæ ſecundo libro pleniús loquuntur.

Inventio] Adhuc duo prima artis lumina, definitio & partitio, defuetunt Organo logico, ſicuti ſequentia quædam, quæ præcipué adnotabimus. definitur autem á P. Ramo Invẽtio, é rebus quas interpretatur. Ei autem videbatur, εὑρέσεως vocabulum, (ut alia deinceps pleraque) á Mathematicis ad Logicam veniſſe, apud quos εὕρεσις proprié dicitur in numeris & magnitudinibus: ut datis duobus aut tribus numeris, invenire tertium vel quartum proportionalem: ſic in lineis duabus vel tribus datis, ſic invenire quadrati vel cubi latus. In Logica autem non item eſt: é Topicis enim non potiús invenis argumenta, quám ex Etymologia vocum invenis voces: ſed genera habes argumentorum deſcripta; quibus adjutus, exempla in bonis authorib. recognoſcas; vel parta uſu, tibi tanquam é tuo penu depromas.

Argumentum] Definitur item argumentum, definitione generali, quod affectum ſit ad aliquid arguendum, id eſt, explicandum. quomodo dicit poëta.

Degeneres animos timor arguit.——

id eſt oſtendit, declarat. Argumentum autem id eſt in Logica, quod vocabulum in Grammatica: ſola videlicet ratio: nam vocabula, ſunt ſymbola categorematum, ut Ariſtoteles capite 1. libri 1. de Interpretatione veriſſimé docet, utque é nominibus & verbis fit oratio; ſic ex argumẽtis per nomina & verba ſignificatis, efficitur enũtiatio. Argumentũ igitur, ſola eſt illa & ſeparata ratio; ſive per ſe ſententiã nullã conſtituit, ſive conſtituit aliquã: Plerumq; enim argumentum uno verbo comprehenditur: aliquando tota eſt enũtiatio; ut in comparatis ἀκολουθικῶς tractatis videbimus. Neque veró argumentum tantummodo in ſyllogiſmo intelligendum, ut á Rhetoribus & Logicis vulgó intelligitur; cúm enuntiatio dubia concluditur per aliquid tertium: ſed omnis ſententiæ partes argumenta ſunt: ut cúm dico, Homo eſt animal: hic duo argumenta ſunt; ſpecies homo, & genus animal. Multis veró nominibus ab Ariſtotele res eadem nuncupatur:

tur: ac ne quis temere erret, hæc auditori explicanda ſunt Græcé igitur dicitur, primó κατηγόρημα, id eſt argumentum; quia κατηγορεῖν, proprié eſt accuſare, arguere: Dici autem poteſt latina ſaltem forma, categorema: unde κατηγορία, doctrina categorematum apud Ariſtotelem. hoc autem verbum ſcholaſticis quibuſdam Logicis, vel potiús ignaris uſus logici, confuſionem attulit; cúm nihil arbitrarentur κατηγορεῖσθαι, niſi vocem ſimplicem de re aliqua affirmatam: cúm tamen, ut P. Ramus 3. dialect. Scholarum docuit, Ariſtoteles id omne categorema faciat, quod aliquid arguit: ſive una ſit vox, ſive multiplex; ſive affirmata, ſive negata. Argumenti præceptum dicitur ab Ariſtotele in Top. τόπος, id eſt locus, per metaphoram; quód certis præceptis, tanquam locis, commonſtret, unde argumenta petenda ſint. quod Cicero & Quintilianus oſtendunt. Cicero in Topicis: Inveniendi veró artem, quæ Topice dicitur, totam reliquerunt: & pars Dialecticæ de argumentis, τοπικὴ dicta; ut Quintilianus 14. capite 5. libri ait, de Dialecticis, qui ſibi & inveniendi & judicandi vendicent partes: quarum alteram τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant. Sed hac loci metaphora, artis cujuſque præcepta, loci poſſint appellari: & ſic Orat. 3. Tullius præcepta de ornatu, locos appellat: ideoque tropi nihil proprié ſignificantis ambiguitatem P. Ramus evitavit. Secundó dicitur ἀρχὴ, principium; quód ſit in Dialectica primum, unde poſtea enuntiationes exiſtant. At hoc nimis commune P. Ramo viſum eſt: & quamvis argumenta, principia ſint in Logicis: attamen quia verbum hoc erat magis uſitatum in enuntiatis per ſe manifeſtis, ideo prætermiſit. Tertió dicitur στοιχεῖον, id eſt elementum; quód ſit ſimpliciſſimum & minimum: ut literæ, dicuntur elementa in Grammaticis: ignis, aër, aqua, terra, elementa in Phyſicis: ideoque hoc verbum ut in Logicis improprium, præteritum eſt. Quartó dicitur μέσον, id eſt medium, quód velut intermedium diſponatur cum partibus quæſtionis in ſyllogiſmo, ad concludendum quod volumus, quæ metaphora eſt á Mathematicis ut 2 ad 4, ſic 4 ad 8: hîc 4, eſt medium. ſed metaphora hæc in enuntiato ſolo (u-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bi tamen eſt uſus dialectici judicii primus) non convenit; quia duo tantùm ſunt argumenta, neque ullum eſt medium. Itaque metaphora obſcura hîc eſt; & confuſionem, etiam Græcis interpretibus attulit; quærentibus in poſteriore Analyſi, quomodo definitio ſit medium, quando ſola cum ſolo definito adhibetur. Tropi igitur improprii tanta obſcuritas, conſultò fugienda fuit. Quintò dicitur ὅρος terminus; quòd propoſitionem terminet: nam cùm dico, Homo eſt animal, homo & animal, ſunt termini enuntiationis: & argumenta duo, ſpecies & genus. quomodo terminus dicitur à Mathematicis: ut 1. & 2. ſunt termini rationis duplæ: quod in omni argumenti conſideratione item verum eſt. Sed tamen mathematicum hoc verbum minùs in uſu veræ & politicæ Logicæ tritum eſt, & ideo prætermiſſum. Sextò dicitur λόγος, id eſt ratio; quòd ſit cogitatio mentis. Sed hoc verbum nimis generale videri poſſit; & totam artem complecti potiùs, quàm artis partem. Septimò dicitur πίστις, id eſt probatio ſeu fides; quia facit ut rei credamus & aſſentiamur. quod in uſu magis quàm ſuperiora omnia, verſatum eſt; ſed ad ſyllogiſmum ferè reſpicit, & probationem enuntiationis dubiæ. Latinè argumentum propriè ab artis hujus doctoribus eſt appellatum, quia arguit: ideoque ad docendum artem inventionis, magis aptum P. Ramo & idoneum viſum eſt. Eſt autem in omnibus argumentis mutua quædam duorum inter ſe affectio; ut cauſſarum cum effectis, ſubjectorum cum adjunctis, & in reliquis ſimiliter, ſicut é definitionibus ſingulorum percipietur: neq; unquam adhibetur argumentũ, niſi ad arguendum ſuum affectum: ut cauſſæ tantùm arguunt effecta; & ab effectis, ſolæ cauſſæ arguuntur. & ſic in cæteris ſimiliter.

Artificiale] Sic igitur argumentum definitum eſt; deinceps dividitur dupliciter; ut ſit artificiale vel inartificiale, quam partitionẽ Ariſtoteles oſtendit cap. 2. primi Rhetoricorum, quæ falſò quidem ad Theodecten, ſed tamen ad Theodecten inſcribuntur: τῶν δὲ πίστεων, αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν, αἱ δὲ ἔντεχνοι. ἔντεχνα δὲ ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατόν. Probationes aliæ ſunt inartificiales, aliæ artificiales: Artificiales, quæ per ar-

tem

tem & nos ipſos comparari poſſunt. hîc Ariſtoteles artificiale definit, quod per artem & per nos ipſos comparari poteſt: neque tamen ſatis explicat Ariſtotelis definitio veritatem illam artificialis argumenti; cúm artificiale argumentum poſſit etiam nobis afferri. quin ipſum inartificiale, poteſt per artem & nos ipſos pleriſque in rebus comparari; ut poſtea é præcepto intelligetur. Sed é forenſi Rhetorica id natum eſt; ubi orator ſæpe accipit á litigatore inartificiales probationes. P. Ramus hîc Logicam legitimam & generalem inſtituit: Itaque non fori tantúm, ſed omnis & loci & temporis & perſonæ & rei rationem habere debuit: & artificiale definire, quod per ſe argueret, & tanquam plus artis ex ſeſe haberet. Eadẽ partitio eſt etiam Ariſtoteli 8.cap. ad Alexandrum: εἰσὶ δὲ δύο τρόποι τῶν πίστεων. γίγνονται γὰρ αἱ μὲν ἐξ, αὐτῶν τῶν λόγων καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἀνθρώπων; αἱ δ' ἐπίθετοι τοῖς λεγομένοις καὶ τοῖς πραττομένοις. Sunt autem duo modi probationum: ſunt enim aliæ ex ipſis negotiis & actionibus & hominibus; aliæ autem adjunctæ ſunt iis quæ dicuntur & aguntur. hîc verba ſunt diverſa, res eadem. hanc Ariſtotelis partitionẽ Cicero & Quintilianus ſecuti ſunt. Cicero in Oratoriis dialogis, in Partitionibus, in Topicis. Quintilianus lib.5.cap.1. hoc etiam addit: Ac prima quidẽ illa partitio ab Ariſtotele tradita, conſenſum feré omnium meruit; alias eſſe probationes, quas extra dicendi rationem acciperet orator; alias quas ex cauſſa traheret ipſe, & quodammodo gigneret: ideoque illas ἀτέχνους, id eſt inartificiales, has ἐντέχνους, id eſt artificiales vocaverunt. Hæc Quintilianus. ubi illud (feré) aliquid excipit: attamen niſi quód privatione facta eſt, partitio ſatis elegans & apta videatur. Sed tamen Ariſtoteles, & Ariſtotelem ſecuti, logicam inventionis doctrinam civilibus controverſiis non ſatis logicé ſubjecerunt. Itaque P. Ramus judicia illa ſumma Ariſtotelis, ut logica logicé proponeret, ſequi debuit. Artificiale igitur definitur accuratiús, quod per ſe & ſua natura fidem facit: nam cauſſis, factis, ſubjectis & reliquis artificialibus per ſe credimus: inartificialibus autem, id eſt teſtimoniis, non credimus, niſi ratione cauſſæ, facti, ſubjecti, & aliorum artificialium.

Primum] Deinceps ne unitas Platonis in extremam multitudinem; vel γενικώτατον Ariſtotelis, in ultima individua repente præceps iret; partitiones á P. Ramo intermediæ factæ ſunt, ut methodus gradatim & pedetentim deſcenderet: Igitur argumentum artificiale dividitur in primum & á primo ortum: quomodo Grammatici partiuntur vocabula in primitiva & derivativa: Eſt enim cauſſarum, effectorum, ſubjectorum, adjunctorũ, diſſentaneorum, comparatorum dialectica cõſideratio, prima; tum ex his tanquam primis fontibus, nominis, diviſionis, definitionis conſideratio & doctrina derivatur; ut poſtea planius intelligetur.

Suæ originis] Primum eſt, quod eſt ſuæ originis, id eſt cujus conſideratio prima eſt, nec ex ſequentibus dependet: nam doctrina quidem cauſſarum (verbi gratia) poteſt intelligi ſine doctrina definitionis: doctrina veró definitionis, dependet ex doctrina cauſſarum vel aliorum primorum argumentorum.

Simplex] Dividitur argumentum primum in ſimplex & comparatum: Simplex veró, quod abſolutæ conſiderationis eſt; quód neque par, neque impar, neque ſimile, neque diſſimile conſideretur. Simplex deinde dividitur in conſentanëum & diſſentanëum: Diſſentanëum autem in oppoſitis jam erat ab Ariſtotele ſignificatum: conſentanëum é regione facile fuit animadvertere, quod cum re conveniret: ut ex affirmato conſentaneo, conſentanëum affirmaretur, é negato negaretur. Primi conſentanëi differentiæ ſunt é 7. cap. 1. Poſteriorum, ubi Ariſtoteles facit homogenea ἁπλῶς ἢ πῆ, abſoluté aut quodam modo.

CAP. 3. De Efficiente procreante & conſervante.

CAuſſa, eſt "cujus vi res eſt. Itaque primus hic locus Inventionis, fons eſt omnis ſcientiæ, ſcitique demum creditur, cujus cauſſa teneatur. ut meritó dicatur á Poëta,

*Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas.

Cauſſa

ᵛCauſſa, eſt efficiens & materia, aut forma & finis. Efficiens, eſt cauſſa à qua res eſt: cujus etſi vera genera nulla nobis appareant, ubertas tamen permagna modis quibuſdam diſtinguitur: ᵛPrimó, quód procreet aut tueatur. Ovid. 1. de Remed.

Ergo ubi viſus eris noſtra medicabilis arte,
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc ut ames, faciunt, hæc quæ fecere, tuentur:
Hæc ſunt jucundi cauſſa cibuſque mali.

Sic pater & mater procreant, nutrix tuetur. 4. Æneid.

ᵛNon tibi diva parens generis, nec Dardanus author,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

ᵛSic Romulus conditor Romanæ urbis: Reges deinde reliqui, Conſules, Imperatores, tutores, conſervatores fuere.

Cujus vi] Cauſſa definitur generaliter, cujus vi res eſt: αἰτία καὶ αἴτιον Græcé dicitur: & aliquando generaliter quodvis argumentũ, cauſſæ nomine ſignificatur, propriè veró & ſpecialiter hæc probatio. Significatur autem cauſſa frequenter nominibus ἀρχῆς, ϛοιχείου, φύσεως, οὐσίας: principii, elementi, naturæ, eſſentiæ: ſed duobus poſtremis etiam res tota ſuis cauſſis conſtitua ſignificatur, ut docetur quinto Philoſophiæ: ſed ἀρχῆς καὶ αἰτίου eadem & una ſignificatio eſt; quia ſe invicẽ conſequantur; ut eſt 2. cap. 4. Philoſophiæ. Cauſſa veró, primus dialecticæ Inventionis locus eſt, unde omnis ſcientiæ humanæ ſolida conſtanſq; cognitio demonſtratioque depromitur: tum enim veré propriéque ſcire judicamur, cúm rei cauſſam, propter quã res eſt, propriam ſcimus: Sic Ariſtoteles τοῦ ἐπίϛασθαι καὶ ἐπιϛήμης nomen definit in Poſterioribus 2. cap. lib. 1. & infinité cæteris deinde libris repetivit: tametſi ſcientia,

cujuſcunq; rei ſit, æternę an caducæ, nihil ad logicam cauſſarum Topicam, communem rerum omnium & generalem, intereſt: tum enim vera rei ſcientia tenetur, cùm ejus cauſſæ tenentur: ideoque quacunq; in arte vel genere verſeris, præcipuum inventionis finem adeptus ſis, cùm cauſſas pervideris: tamen quia præſtantior æternarum rerum ſcientia ſit, quàm caducarum; ſcientiæ quoq; nomen illic habetur præcipuum. Ergo memineris, ab Ariſtotele ſcientiam definiri ex cauſſis æternis ac propriis, propter quas res ſit: eamque ſcientiam dici ab eo διότι καὶ διὰ τί, quamobrem & propter quid: ſecus è cęteris cauſſis, vel quibuſvis aliis argumentis, ſcientiam quandam ſecundariam gigni; eamque dici ὅτι, quia. Una veró cauſſarum categoria, ut princeps eſt in argumentis; ſic per univerſam Ariſtotelis bibliothecam tautologias profuſiſſimas habuit: ut hic Ariſtoteleæ agriculturæ ſtudio ſingulari ſit opus: eſt enim cauſſarum velut oceanus in omnes partes effuſus; in analytica, topica, phyſica, philoſophica; nec ulla omnino in parte Logicæ, graviús in legem καθόλυ πρῶτον peccatum eſt. Doctrina generalis tractatur totis feré Poſterioribus Analyticis, ſed præcipuè 11.12.13.17. capitibus: eadem tractatur in totis Topicis; eademque totis duobus primis libris Phyſicæ; eadem primis primorum de Animalium ortu & partibus librorum capitibus; eadē totis duobus primis Philoſophiæ libris; ut ferme ſex libri, in unius cauſſæ argumento toties iterato ſint conſumpti. Tot librorū materies P. Ramo in hoc cauſſarū capite redigenda, & ad leges Ariſtotelis dirigenda & conformanda proponitur: itaque deinceps apparebit, quomodo falce & ſecuri, cæteriſque georgicis illis Ariſtotelis organis uſus ſit.

Felix] Locus eſt 2. Georgicōn, de cauſſis phyſicis: hic autem ad logicam laudem cauſſarum generaliter intelligitur. quale eſt illud Perſii;

Diſcite nunc miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum.

Cauſſa, eſt efficiens] Partitio cauſſarum in Ariſtotelis philoſophia varia eſt: nunc in genera quatuor, efficientē, materiam, formam, finem: nunc in modos varios; ſingularem, univerſalem; ſimplicem, compoſitam; actu, potentia; priorem, poſteriorem; propinquiorem, remotiorem;

per

per ſe, per accidens; ut videbis 2. Phyſico & in Philoſophia 2. cap. 5. lib. Sed harum minutiorum partitionũ nulla valde Ariſtoteli placuit: quatuor genera, efficientem, materiam, formam, finem præcipué probavit; & eadem P. Ramus eſt amplexatus, naturaq; priora præpoſuit, poſtpoſuit poſteriora. Nam ſi efficiens ſit, & materia, non protinus erit forma & finis: ſed contrá, ſi forma ſit & finis, & cæteras cauſſas neceſſe eſt anteceſſiſſe. ac cúm dicitur, primó cogitari finem; ſané dicitur, primó rem cogitari, fine quippe definitam: neque argumentum, id eſt, finem eſſe natura priorem cæteris cauſſis. Definitio Ariſtotelis de natura priore, alia eſt in Categoriis. Ariſtoteles in Phil. 3. cap. 1. & 2. cap. 3. lib. recté ait, de cauſſis efficientem fini oppoſitam eſſe; quia efficiens ſit prima, finis ultima. Ergo hæc de ordine cauſſarum; quas P. Ramus bifariam nominibus quatuor in genera duo partitur: quomodo Ariſtoteles interdum genus unum exprimit per ſpecies duas, ut in Categoriis ἕξις καὶ διάθεσις, δύναμις καὶ ἀδυναμία: habitus & diſpoſitio, potentia & impotentia. Hoc autem commune feré eſt efficienti & materiæ, quód tempore antecedant effectum: neque tamen id eſt perpetuum: ignis enim ſemper urit, neq; ideo hic efficiens antecedit effectum. Quicquid ſit, hæ duæ cauſſæ omnino commune neſcio quid habent. Cicero in Topicis, cauſſarum genera duo facit; unum, quod vi ſua efficit: ut, ignis accendit: alterum, ſine quo effici non poteſt; ut locus, tempus, materia, ferramenta. Eandem partitionem ſequitur in Partitionibus: & conficientes alias fecit abſolutas, alias adjuvantes: addit etiam conficientes, quæ propter principium aut propter exitum agant: in quibus finem complectitur. Ita uno efficientis nomine cauſſas omnes complectitur; ſicut uno effecti nomine, quicquid é cauſſis exiſtit. Sed genera meliús diſtinguentur in efficiente, materia, forma, fine.

Primó, quód] De hac cauſſa, Platonis locus in Philebo his verbis eſt: Socr. Sed vide, an tibi neceſſariũ eſſe videatur; omnia quę fiũt, ꝑ aliquã cauſſam fieri. Pro. Mihi quidẽ. quomodo. n. abſq; ea fierent? Sic in Hippia majore: Soc. Atqui (ait) cauſſa ô Hippia, & id cujus cauſſa, ipſa cauſſa eſt, nonne aliud eſt? nec utique cauſſæ cauſſa fuerit: Sic veró

» conſidera,nonne cauſſam, id quod aliquid efficeret, eſſe
» conſtitit?Hipp.Conſtitit.Soc.Ab efficiente veró non aliud
» fit,quám quod efficitur,non autẽ efficiens.hæc ille. Cauſſa
efficiens ab Ariſtotele definitur tertio capite primi Philo-
ſophiæ ἀρχὴ κινήσεως, principium motus: & 3.cap. ſecundi
Phyſici, ἀρχὴ κινήσεως καὶ στάσεως ἢ ἠρεμίσεως, principium
motus & ſtatus ſeu quietis: appellaturque αἴτιον, τὸ ποιοῦν
καὶ ποιητικὸν καὶ γεννητικόν. Atque hujus cauſſæ topicum
Ariſtoteles in primis ſibi contra veteres aſſumpſit; á qui-
bus impolitiús & horridiús expoſitum; & quidem magis
á veritate ipſa coactis, quám ductis ulla arte: Itaque ait in
» Philoſophia 4.cap. primi libri: Obſcuré tamen, nec quic-
» quam aperté: ſed ut in pugnis inexercitati pugiles faciunt:
» Etenim illi huc & illuc impulſi, egregias plagas frequenter
» imponunt, ſed neque hi arte, neque illi omnino videntur
» ſentire, quæ dicant. Sic igitur Ariſtoteles de efficiente ve-
terum philoſophorum in Logicis inſcientiam coarguit;
laudemque doctrinæ hujus ſibi attribuit, ut intelligamus
ex iſto laudis amore, quanti Ariſtoteles Topicum generis
hujus fecerit. Et certé efficientis ubertatem variis nomini-
bus in Philoſophia propoſuit; quæ P. Ramus non ideo ſub-
duxit, quód híc ulla vera genera efficiendi ſtatueret; ſed,
quód uſum doctrinæ ſperaret hinc illuſtriorem futurum.
Efficientem veró, ſi tempore præcedat, cenſet Ariſtoteles
ἀσυλλόγιστον: ut eſt 12.cap.2.Poſt. Poteſt tamen aliquo ſyl-
logiſmi genere nõ tantúm ex efficiente, ſed ex argumen-
to quolibet concludi. Efficientis autem partitio eſt prima
illa quædam, quód efficiens alia procreet, alia tueatur &
conſervet: quam Ariſtoteles obſcuriús attigit in Philoſo-
» phia 1.cap.5.libri. Principium aliud quidem unde fit pri-
» múm, cúm tamen non inſit; & inde primúm motus ſolet
» inchoari, aut mutatio: ut liberi á patre & matre, & pugna á
» convitio: Aliud veró, cujus conſilio moventur ea quæ mo-
» ventur, & mutantur ea quæ mutantur; ut ſunt civitatum
» magiſtratus & potentiæ & regna & tyrannides. Híc Ari-
ſtoteles notat cauſſas primó procreantes, ut patres ſunt &
matres: deinde conſervantes, ut magiſtratus & principes,
ſunt cõſervatores imperiorum, regnorum, civitatum: ſed
addit, illas cauſſas exteriores, & has cõſilio agere: quæ duæ

efficiendi

efficiendi differētiæ diverſæ ſunt & diſſimilis generis, nec bene oppoſitæ: exteriores autem cauſſæ ſunt, efficiens & finis: interiores autē & cōſtituentes rē, materia & forma: item aliæ agunt conſilio & deliberatione, aliæ minimé. Sed hæc utraque partitio non valde logica eſt, neq; enim entis & non entis, ut omnia logica eſſe debent: ideoque de loco Ariſtotelis illo, quod erat communius & λογικώτερον P. Ramus aſſumpſit. Conſervare veró, eſt efficere, ſed adjuvando addendoque toti particulam aliquam; ut in Officiis Cicero docet, gloriam in Repub. comparari amore, gratia, favore civium & opinione virtutis, eandemque rebus iiſdem conſervari: ut hinc appareat, procreare & conſervare, non eſſe vera genera efficiendi: ſed hoc ipſum, conſervare, eſſe quoque quoddam procreare: ſed in aliqua totius particula. Tribus exemplis declaratur prima differentia efficientis: Primum eſt Ovidii de Remedio amoris; quod primum eſt, præoccupare, ne amor adveniat: ſecundum eſt, admiſſi amoris cauſſas efficientes exppellere, quę in otio præcipué ſunt, & procreantes & conſervantes: Itaque poëta demonſtrationem problematis tāquam geometricam híc adhibet: Tolle cauſſas, ait, ſuſtuleris effectum. itaq; etiam mox ſubdit,

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus;
Contemptæq; jacent & ſine luce faces.

Non tibi] Cúm Dido Æneam neque religione conjugalis fidei, neque precibus ullis movere ac retinere poſſet; iis probris eum inſectatur: primúm removendo cauſſas procreantes, tanquam falſas; quód neque Venus ſit ejus mater, neque Anchiſes pater: deinde tanquam veras ſubjiciendo; quód Caucaſus ſit ei pater, duræ cautes pro matre, nutrix tigris Hyrcana.

Romulus] Romulus primus Romam condidit; deinde ſex Reges, tum varii Conſules auxere; deniq; Imperatores, aliquot ſæcula retinuere.

CAP. 4. De efficiente ſola & cum aliis.

SEcundó, cauſſa efficiens ſola efficit, aut cum aliis: earumq; omnium ſæpe alia principalis,

alia adjuvans & miniſtra. 9. Æneid. Niſus avocat ab Euryalo in ſe factæ cædis & culpā & pœnam, quia ſolus author fuerit.

"Me me adſum, qui feci: in me cōvertite ferrū,
O Rutuli: mea fraus omnis: nihil iſte nec auſus,
Nec potuit. ---

Solitaria cauſſa cum pleriſq; & principalibus, » & ſociis, pro Marcello varié adhibetur: Nā" bel- » licas (ait orator) laudes ſolent quidā extenuare » verbis, eaſq; detrahere ducibus, communicare » cum militibus multis, ne propriæ ſint imperato- » rum. Et certé in armis, militum virtus, locorum » opportunitas, ſociorū auxilia, claſſes, commea- » tus multum juvant: maximam veró partē, quaſi » ſuo jure, fortuna ſibi vendicat, & quicquid eſt » proſpere geſtum, id pené omne ducit ſuum. At » veró hujus gloriæ, Cęſar, quā es pauló anté ade- » ptus, ſocium habes neminem. totum hoc quan- » tumcunq; eſt, (quod certé maximum eſt) totum, » inquam, eſt tuum: nihil tibi ex iſta laude centu- » rio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma de- » cerpit: quinetiam illa ipſa rerum humanarum » domina fortuna, in iſtius ſe ſocietatem glorię nō » offert, tibi cedit, tuam eſſe totam ac propriā fa- » tetur. Inſtrumenta etiam in cauſſis adjuvantibus connumerātur. quo argumento impius Epicurēus diſputat mundum nunquam eſſe factum, » 1. de Nat." Quibus enim (ait) oculis animi intueri » potuit veſter Plato fabricā illam tāti operis, qua » conſtrui á Deo atq; ædificari mundum facit? quę » molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ ma- » chinæ? qui miniſtri tanti operis fuerunt?

Secundò cauſſa] Partitio altera efficientis, in ſolam & conficientem: quarum una plerunque ſit principalis, reli-
quæ ſint adjuvantes; ut eſt in Platone & Ariſtotele. In pri- «
mis (ait hoſes in Politico) duas artes in omnibus quæ fiũt, «
cõſideremus. Soc. Quas? Hoſp. τὴν μὲν γενέσεως συναίτιον, «
τὴν δ' αὐτὴν αἰτίαν: unam quidem generationis concauſ- «
ſam, alteram veró cauſſam. Soc. Quomodo? Hoſp. Quæ- «
cunque rem ipſam non efficiunt, ſed efficientibus adju- «
menta ſuppeditant: quibuſque abſentibus, nunquam ea- «
rum unica opus inſtitutum perficeretur, has ξυναιτίους, id «
eſt adjuvantes: opus autẽ ipſum perficientes, αἰτίας, cauſ- «
ſas appellamus. Soc. Conſentanëum id quidem: hæc Plato. «
Cauſſa igitur hujuſmodi, Græcis eſt συναίτιον. quo verbo 5. cap. 5. Philoſ. Ariſtoteles etiam utitur. Et cap. 2. libri 2. Phyſicorum, facit artium alias ἀρχιτεκτονικὰς, id eſt principes & imperantes; alias ποιητικὰς, id eſt effectrices & miniſtras: ut gubernator, princẽps eſt cauſſa navigationis: nautæ & remiges, miniſtri. Sic in Fato Tullius appellat cauſſas principales & adjuvantes. Illà autem cauſſa principalis, plerumque pro abſoluta uſurpatur: ut cúm dicimus, ab Alexandro Magno victos eſſe Perſas, á Scipione Carthaginenſes, á Cęſare Gallos: Hæc autem partitio ſecunda, tribus exemplis illuſtratur.

Me me] Primum exemplum, eſt cauſſæ ſolius efficientis. Me me, interficite, intelligitur: ut ſit vox incredibili dolore propter amicum affecti: Cúm autẽ Niſus & Eurialus multis Rutulis cæſis & ſpoliatis, á Volſcẽte hoſte in ſylva premerẽtur; Niſus elapſus, ut Euryalum captum & deprehenſum animadvertit; rediit ad hoſtẽ, & ſe ſolum authorem factæ cædis confirmavit, ut pro amico moreretur.

Bellicas] Exemplum ſecundum eſt de utroque genere efficientis. Continet autem diſſimilitudinem rerum bellicarum & clementiæ Cæſaris: cujus utraque pars ex cauſſis efficientibus illuſtratur: In priore, quæ protaſis appellatur, ſex ſunt adjuvantes cauſſæ; miles, locus, ſocius, claſſis, commeatus, fortuna; quæ Cæſari victoriam comparant: in poſteriore, unica eſt cauſſa abſoluta. quod Cæſar ſolus author ſit ſuæ clementiæ: eaque amplificatur ex remotione aliarum cauſſarum adjuvantium,

numero quinque; centurionis, præfecti, cohortis, turmæ, fortunæ.

Quibus enim] Tertium exemplum, eſt de inſtrumentis, cauſſis nempe adjuvantibus. Vellejus Epicurëus irridet deum Platonis, á quo negat mundum eſſe conſtructũ & ædificatum: Argumentum Velleji, eſt ex remotione cauſſarum adjuvantium, ad elevandam divinam mundi fabricam: Deus non adhibuit ferramenta, vectes, machinas, miniſtros: non potuit igitur hunc mundum ædificare. Quæ concluſio falſa & impia eſt, quia Deus non eguit his: ſolo enim nutu & verbo mundum condidit.

CAP. 5. De efficiente per ſe & per accidens.

"Tertió, cauſſa efficiens per ſe efficit, aut per accidens. Per ſe, quæ ſua facultate efficit, ut quæ natura vel conſilio faciunt. Ventorum naturalis efficientia eſt 1. Æneid.

"*Incubuere mari, totumq́ á ſedibus imis,*
Uná Eurusq́, Notusq́ ruunt, creberq́ procellis
Africus, & vaſtos tollunt ad littora fluctus.

Conſilii exemplum eſt Ciceronis de ſe con-
» feſſio:" Suſcepto bello, Cæſar, geſto etiã magna
» ex parte, nulla vi coactus, judicio meo ac volun-
» tate ad ea arma profectus ſum, quæ erãt ſumpta
» contra te." Per accidens efficit cauſſa, quæ externa facultate efficit, ut in his quæ fiunt" neceſſitate vel fortuna. Neceſſitate, cúm efficiens vi cogitúr ad effectum: qualis eſt" Pompejanorum ex-
» cuſatio: At mihi quidem (ait) ſi proprium & ve-
» rum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædã
» calamitas incidiſſe videtur, & improvidas homi-
» num mentes occupaviſſe, ut nemo mirari debeat,

beat, humana conſilia, divina neceſſitate eſſe ſuperata. "Fortuna, eſt cauſſa per accidẽs, quando præter efficientis ſcopum, aliquid accidit. Sic caſu fortuito, ait Tullius 3. de Nat. Deor. "Pheræo Jaſoni profuit hoſtis, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non poterant. In hoc genere cauſſarum, imprudentia connumerari ſolet. Ovid. 2. Triſt.

"Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam:
Præda ſuis canibus nec minùs ille fuit.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt:
Nec veniam, læſo numine, caſus habet.

Hinc ſumitur deprecatio: qualis eſt pro Ligario: "Ignoſce, pater, erravit, lapſus eſt, non putavit: ſi unquam poſthac. Et pauló póſt: Erravi, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoſcas, oro. "Fortunæ autem nomen, ignoratio cauſſarum cõnfinxit: cùm enim aliquid pręter conſilium ſpemque contigerit, Fortuna vulgó dicitur. nec inſcité Juvenalis,

"Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te
Nos facimus fortuna, deam, cæloque locamus.

Tertió cauſſa] Partitio iſta tertia, minús multó logica eſt, quám ſuperiores; & altero membro adjunctũ aperté ſignificat: ut potiús adjunctum, quám efficiens, dicenda videatur: tamen appellatur efficiens, & á philoſophis ita proponitur: & quædam vis efficiendi permiſta eſt: Itaque ad uſum, P. Ramus retinuit, dum accuratius aliquid occurreret. Ariſtoteles autem 11. cap. 2. Poſteriorum, vocat illud per ſe, καθ' αὑτὸ: aliquando, ut 7. cap. 1. Phyſ. κατὰ τὴν

ὑσίαν: & 5.cap.2. Phyſici, efficientis per ſe, facit φύσιν καὶ ὁρμὴν ἢ προαίρεσιν, Naturam & appetitũ vel conſiliũ. Idem in Ethicis ad Nicom.3.lib. Cauſſæ enim videntur eſſe, natura & neceſſitas & fortuna & mens. In efficiente veró per ſe, P. Ramus comprehendit τὸν νοῦν καὶ τὴν φύσιν: at ἀνάγκην καὶ τύχην, comprehendit in efficiente per accidens.

Incubuere] Æolus oratione & precibus Junonis adductus, ventos ex antro emittit in mare, ad vexandas naves Trojanorum. hæc igitur eſt ſubitæ tempeſtatis deſcriptio ex ventis, cauſſis efficientibus: ubi ad incredibilem quandam tempeſtatem explicandum, finxit poëta, quod natura non ferebat, ventos contrarios ſimul flare: ut Seneca ait in Naturalibus quæſtionibus, quod figmentum ex Homeri lib.5.Odyſſ. imitatus eſt Virgilius.

Suſcepto] Ad augendam Cæſarianæ clementiæ laudem, & ad cauſſæ utilitatem, confitetur orator, ſeſe conſultó ac libere arma contra Cæſarem ſuſcepiſſe.

Per accidens] Verbum συμβεβηκὸς, accidens, Ariſtoteli in Philoſ.3.cap.5.lib.& 2.cap.6.lib.& 7.cap.11.lib. ſignificat quiddam αὐτόματον, ἀόριστον, ἄπειρον, ἄτακτον, fortuitũ, incertũ, infinitũ, inordinatum. Itaq; & id propriè ad locum adjunctorum pertinet, quatenus illam ſignificat accidentiam: ſed tamen efficientia hîc etiam quædam exprimitur.

Neceſſitate] 11.cap.2. Poſter. appellatur ἀνάγκη βιαία, neceſſitas violenta: ea veró, ut eſt in Phil.5.cap.5. παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ προαίρεσιν, contra voluntatem & conſilium, impedit & prohibet: Sic enim hîc accipitur, non pro eo quod perpetuum ſit atq; æternum, ſed pro violentia: ut neceſſitas & violentia jam ſit hîc idem: Violentũm ſiquidem, neceſſarium dicitur: & ideo moleſtum; quemadmodum & Evenus inquit:

πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον, πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ.

Omne namque neceſſarium, res violenta eſt.

Et violentia, neceſſitas eſt quædam; quemadmodum & Sophocles ait:

ἀλλ' ἡ βία με ταῦτ' ἀναγκάζει ποιεῖν.

Sed violentia me neceſſarió hæc cogit facere.

Ac videtur neceſſitas ἀμετάπειστόν τι εἶναι, ὀρθῶς, indiſſuaſibile quiddam eſſe, & rectè: id enim contrarium eſt

τῇ κατὰ

τῇ κατὰ τὴν προαίρεσιν κινήσει καὶ κατὰ τὸν λογισμὸν, conſilii & rationis affectioni. Hæc illic Ariſtoteles.

Pompejanorum] Excuſat orator Pompejanos, ad bellum civile contra Cæſarem, veluti neceſſitate fatali impulſos. hæc Græcis εἱμαρμένη dicitur, cúm res aliter fieri non poteſt, atque á Deo conſtitutum eſt † intra fatalem continuationem ordinis ſempiterni. † inter.

Fortuna] Ariſt.5.& 6.cap.2.Phyſici, τύχην καὶ αὐτόματον, fortunam & caſum, in efficientibus comprehendit. tametſi & ibidem, & in Philoſ.7.cap.11. τύχην ſtatuit in iis quę conſilio aguntur: αὐτόματον, in omnibus: Ideoq; in pueris, beſtiis, lapidibus, non dici εὐτυχίαν καὶ δυστυχίαν, bonam aut malam fortunam, niſi καθ' ὁμοιότητα, ſecundum ſimilitudinem: ut Protarchus dicebat λίθους εὐτυχεῖς, lapides fortunatos eſſe, unde fiebant altaria; quia colerentur: αὐτόματον, veluti τὸ αὐτὸ μάτην, ipſum fruſtra, dicitur. At Ariſtoteles, & fortunam & caſum pro eodem promiſcué ſæpe aliás accipit, quomodo & P. Ramus accepit. Athenienſis apud Platonem diſputat, res hominum in caſu poſitas eſſe: & τύχην ſic generaliter accipit lib. 4. de Legibus: At veró licet hoc quoq; recté affirmare in his ipſis. Clin. Quídnam? Athen. Quód Deus quidem omnia; ſecundũ autẽ Deum, τύχη καὶ καιρὸς, fortuna & occaſio res hominũ gubernent.

Pheræo] Phalereo vulnus, ſalutaris curatio fuit; qui ut Plin. lib. 7. author eſt, jam deploratus á medicis vomicæ morbo, cúm mortem in acie quęreret vulnerato pectore, medicinam invenit ex hoſte. hoſtis igitur, curationis fortuita cauſſa fuit: non enim ſanare inimicum volebat, ſed necare: Cicero lib. 3. de Nat. Deor. non Phalereüm, ut Plin. ſed Pheræum Jaſonem nominat. Tale eſt de piſcatoribus Mileſiis exemplum: qui cúm piſcium capiendorum cauſſa, retia in mare demiſiſſent; aureum tripodem ceperunt. piſcatio ipſa fuit cauſſa capti tripodis, ſed fortuita; quia talis eventus, neque præpoſitus, neque proviſus fuerat.

Cur aliquid] Excuſat Ovid. culpã ſuã, ob cauſſam, quód aliquid fortuitó viderit, quo Auguſtus Cæſar iratus eſt illi: cõmemoratq; similẽ caſum Actæonis; qui cũ in mõte Gargaphię, feras perſequẽs, nudã in fonte Dianã aſpexiſſet; ſubitó ab ea in cervũ cõverſus, & á ſuis canibus dilaniatus eſt.

Primum] Deinceps ne unitas Platonis in extremam multitudinem; vel γενικώτατον Ariſtotelis, in ultima individua repente præceps iret; partitiones á P. Ramo intermediæ factæ ſunt, ut methodus gradatim & pedetentim deſcenderet: Igitur argumentum artificiale dividitur in primum & á primo ortum: quomodo Grammatici partiuntur vocabula in primitiva & derivativa: Eſt enim cauſſarum, effectorum, ſubjectorum, adjunctorũ, diſſentaneorum, comparatorum dialectica cõſideratio, prima; tum ex his tanquam primis fontibus, nominis, diviſionis, definitionis conſideratio & doctrina derivatur; ut poſtea planius intelligetur.

Suæ originis] Primum eſt, quod eſt ſuæ originis, id eſt cujus conſideratio prima eſt, nec ex ſequentibus dependet: nam doctrina quidem cauſſarum (verbi gratia) poteſt intelligi ſine doctrina definitionis: doctrina veró definitionis, dependet ex doctrina cauſſarum vel aliorum primorum argumentorum.

Simplex] Dividitur argumentum primum in ſimplex & comparatum: Simplex veró, quod abſolutæ conſiderationis eſt; quód neque par, neque impar, neque ſimile, neque diſſimile conſideretur. Simplex deinde dividitur in conſentanëum & diſſentanëum: Diſſentanëum autem in oppoſitis jam erat ab Ariſtotele ſignificatum: conſentanëum é regione facile fuit animadvertere, quod cum re conveniret: ut ex affirmato conſentaneo, conſentanëum affirmaretur, é negato negaretur. Primi conſentanëi differentiæ ſunt é 7. cap. 1. Poſteriorum, ubi Ariſtoteles facit homogenea ἁπλῶς ἢ πῆ, abſoluté aut quodam modo.

CAP. 3. De Efficiente procreante & conſervante.

CAuſſa, eſt "cujus vi res eſt. Itaque primus hic locus Inventionis, fons eſt omnis ſcientiæ, ſcitique demum creditur, cujus cauſſa teneatur. ut meritó dicatur á Poëta,

"Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas.

Cauſſa

ʻCauſſa, eſt efficiens & materia, aut forma & finis. Efficiens, eſt cauſſa à qua res eſt: cujus etſi vera genera nulla nobis appareant, ubertas tamen permagna modis quibuſdam diſtinguitur: ʻPrimó, quód procreet aut tueatur. Ovid. 1. de Remed.

Ergo ubi viſus eris noſtra medicabilis arte,
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc ut ames, faciunt, hæc quæ fecere, tuentur:
Hæc ſunt jucundi cauſſa cibuſque mali.

Sic pater & mater procreant, nutrix tuetur. 4. Æneid.

ʻ*Non tibi diva parens generis, nec Dardanus author,*
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.

ʻSic Romulus conditor Romanæ urbis: Reges deinde reliqui, Conſules, Imperatores, tutores, conſervatores fuere.

Cujus vi] Cauſſa definitur generaliter, cujus vi res eſt: αἰτία καὶ αἴτιον Græcé dicitur: & aliquando generaliter quodvis argumentũ, cauſſæ nomine ſignificatur, proprié veró & ſpecialiter hæc probatio. Significatur autem cauſſa frequenter nominibus ἀρχῆς, ϛοιχείου, φύσεως, οὐσίας: principii, elementi, naturæ, eſſentiæ: ſed duobus poſtremis etiam res tota ſuis cauſſis conſtitua ſignificatur, ut docetur quinto Philoſophiæ: ſed ἀρχῆς καὶ αἰτίου eadem & una ſignificatio eſt; quia ſe invicẽ conſequantur; ut eſt 2. cap. 4. Philoſophiæ. Cauſſa veró, primus dialecticæ Inventionis locus eſt, unde omnis ſcientiæ humanæ ſolida conſtanſq; cognitio demonſtratioque depromitur: tum enim veré propriéque ſcire judicamur, cúm rei cauſſam, propter quã res eſt, propriam ſcimus: Sic Ariſtoteles τοῦ ἐπίϛασθαι καὶ ἐπιϛήμης nomen definit in Poſterioribus 2. cap. lib. 1. & infinité cæteris deinde libris repetivit: tametſi ſcientia,

cujuſcunq; rei ſit,æternę an caducæ,nihil ad logicam cauſſarum Topicam,communem rerum omnium & generalem,intereſt: tum enim vera rei ſcientia tenetur, cùm ejus cauſſæ tenentur: ideoque quacunq; in arte vel genere verſeris,præcipuum inventionis finem adeptus ſis, cúm cauſſas pervideris: tamen quia præſtantior æternarum rerum ſcientia ſit,quàm caducarum; ſcientiæ quoq; nomen illic habetur præcipuum.Ergo memineris,ab Ariſtotele ſcientiam definiri ex cauſſis æternis ac propriis, propter quas res ſit: eamque ſcientiam dici ab eo διότι καὶ διὰ τί,quamobrem & propter quid:ſecus é cęteris cauſſis, vel quibuſvis aliis argumentis,ſcientiam quandam ſecundariam gigni; eamque dici ὅτι, quia. Una veró cauſſarum categoria, ut princeps eſt in argumentis;ſic per univerſam Ariſtotelis bibliothecam tautologias profuſiſſimas habuit: ut híc Ariſtoteleæ agriculturæ ſtudio ſingulari ſit opus : eſt enim cauſſarum velut oceanus in omnes partes effuſus ; in analytica, topica, phyſica, philoſophica ; nec ulla omnino in parte Logicæ,graviús in legem καθόλε πρῶτον peccatum eſt.Doctrina generalis tractatur totis feré Poſterioribus Analyticis, ſed præcipué 11.12.13.17.capitibus: eadem tractatur in totis Topicis; eademque totis duobus primis libris Phyſicæ; eadem primis primorum de Animalium ortu & partibus librorum capitibus; eadẽ totis duobus primis Philoſophiæ libris; ut ferme ſex libri, in unius cauſſæ argumento toties iterato ſint conſumpti. Tot librorũ materies P.Ramo in hoc cauſſarũ capite redigenda, & ad leges Ariſtotelis dirigenda & conformanda proponitur: itaque deinceps apparebit,quomodo falce & ſecuri, cæteriſque georgicis illis Ariſtotelis organis uſus ſit.

Felix] Locus eſt 2.Georgicῶn, de cauſſis phyſicis: híc autem ad logicam laudem cauſſarum generaliter intelligitur. quale eſt illud Perſii;

Diſcite nunc miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum.

Cauſſa,eſt efficiens] Partitio cauſſarum in Ariſtotelis philoſophia varia eſt: nunc in genera quatuor;efficientẽ, materiam,formam,finem: nunc in modos varios; ſingularem,univerſalem; ſimplicem,compoſitam; actu,potentia; priorem, poſteriorem; propinquiorem, remotiorem;

per

per ſe, per accidens; ut videbis 2. Phyſico & in Philoſophia 2. cap. 5. lib. Sed harum minutiorum partitionũ nulla valde Ariſtoteli placuit: quatuor genera, efficientem, materiam, formam, finem præcipué probavit; & eadem P. Ramus eſt amplexatus, naturaq; priora præpoſuit, poſtpoſuit poſteriora. Nam ſi efficiens ſit, & materia, non protinus erit forma & finis: ſed contrá, ſi forma ſit & finis, & cæteras cauſſas neceſſe eſt anteceſſiſſe. ac cúm dicitur, primó cogitari finem; ſané dicitur, primó rem cogitari, fine quippe definitam: neque argumentum, id eſt, finem eſſe natura priorem cæteris cauſſis. Definitio Ariſtotelis de natura priore, alia eſt in Categoriis. Ariſtoteles in Phil. 3. cap. 1. & 2. cap. 3. lib. recté ait, de cauſſis efficientem fini oppoſitam eſſe; quia efficiens ſit prima, finis ultima. Ergo hæc de ordine cauſſarum; quas P. Ramus bifariam nominibus quatuor in genera duo partitur: quomodo Ariſtoteles interdum genus unum exprimit per ſpecies duas, ut in Categoriis ἕξις καὶ διάθεσις, δύναμις καὶ ἀδυναμία: habitus & diſpoſitio, potentia & impotentia. Hoc autem commune feré eſt efficienti & materiæ, quód tempore antecedant effectum: neque tamen id eſt perpetuum: ignis enim ſemper urit, neq; ideo hîc efficiens antecedit effectum. Quicquid ſit, hæ duæ cauſſæ omnino commune neſcio quid habent. Cicero in Topicis, cauſſarum genera duo facit; unum, quod vi ſua efficit; ut, ignis accendit: alterum, ſine quo effici non poteſt; ut locus, tempus, materia, ferramenta. Eandem partitionem ſequitur in Partitionibus: & conficientes alias fecit abſolutas, alias adjuvantes: addit etiam conficientes, quæ propter principium aut propter exitum agant: in quibus finem complectitur. Ita uno efficientis nomine cauſſas omnes complectitur; ſicut uno effecti nomine, quicquid é cauſſis exiſtit. Sed genera meliús diſtinguentur in efficiente, materia, forma, fine.

Primò, quod] De hac cauſſa, Platonis locus in Philebo
his verbis eſt: Socr. Sed vide, an tibi neceſſariũ eſſe videa- «
tur; omniaquę fiũt, ꝑ aliquã cauſſam fieri. Pro. Mihi quidẽ. «
quomodo. n. abſq; ea fierent? Sic in Hippia majore: Soc. At- «
qui (ait) cauſſa ô Hippia, & id cujus cauſſa, ipſa cauſſa eſt, «
nonne aliud eſt? nec utique cauſſæ cauſſa fuerit: Sic veró «

» conſidera, nonne cauſſam, id quod aliquid efficeret, eſſe
» conſtitit? Hipp. Conſtitit. Soc. Ab efficiente veró non aliud
» fit, quám quod efficitur, non autẽ efficiens. hæc ille. Cauſſa efficiens ab Ariſtotele definitur tertio capite primi Philoſophiæ ἀρχὴ κινήσεως, principium motus: & 3. cap. ſecundi Phyſici, ἀρχὴ κινήσεως καὶ στάσεως ἢ ἠρεμίσεως, principium motus & ſtatus ſeu quietis: appellaturque αἴτιον, τὸ ποιοῦν καὶ ποιητικὸν καὶ γεννητικόν. Atque hujus cauſſæ topicum Ariſtoteles in primis ſibi contra veteres aſſumpſit; á quibus impolitiús & horridiús expoſitum; & quidem magis á veritate ipſa coactis, quám ductis ulla arte: Itaque ait in
» Philoſophia 4. cap. primi libri: Obſcuré tamen, nec quic-
» quam aperté: ſed ut in pugnis inexercitati pugiles faciunt:
» Etenim illi huc & illuc impulſi, egregias plagas frequenter
» imponunt, ſed neque hi arte, neque illi omnino videntur
» ſentire, quæ dicant. Sic igitur Ariſtoteles de efficiente veterum philoſophorum in Logicis inſcientiam coarguit; laudemque doctrinæ hujus ſibi attribuit, ut intelligamus ex iſto laudis amore, quanti Ariſtoteles Topicum generis hujus fecerit. Et certé efficientis ubertatem variis nominibus in Philoſophia propoſuit; quæ P. Ramus non ideo ſubduxit, quód hîc ulla vera genera efficiendi ſtatueret; ſed, quód uſum doctrinæ ſperaret hinc illuſtriorem futurum. Efficientem veró, ſi tempore præcedat, cenſet Ariſtoteles ἀσυλλόγιστον: ut eſt 12. cap. 2. Poſt. Poteſt tamen aliquo ſyllogiſmi genere nõ tantúm ex efficiente, ſed ex argumento quolibet concludi. Efficientis autem partitio eſt prima illa quædam, quód efficiens alia procreet, alia tueatur & conſervet: quam Ariſtoteles obſcuriús attigit in Philoſo-
» phia 1. cap. 5. libri. Principium aliud quidem unde fit pri-
» múm, cúm tamen non inſit; & inde primúm motus ſolet
» inchoari, aut mutatio: ut liberi á patre & matre, & pugna á
» convitio: Aliud veró, cujus conſilio moventur ea quæ mo-
» ventur, & mutantur ea quæ mutantur; ut ſunt civitatum
» magiſtratus & potentiæ & regna & tyrannides. Hîc Ariſtoteles notat cauſſas primó procreantes, ut patres ſunt & matres: deinde conſervantes, ut magiſtratus & principes, ſunt cõſervatores imperiorum, regnorum, civitatum: ſed addit, illas cauſſas exteriores, & has cõſilio agere: quæ duæ

efficiendi

efficiendi differētiæ diverſæ ſunt & diſſimilis generis, nec bene oppoſitæ: exteriores autem cauſſæ ſunt, efficiens & finis: interiores autē & cōſtituentes rē, materia & forma: item aliæ agunt conſilio & deliberatione, aliæ minimé. Sed hæc utraque partitio non valde logica eſt, neq; enim entis & non entis, ut omnia logica eſſe debent: ideoque de loco Ariſtotelis illo, quod erat communius & λογικώτερον P. Ramus aſſumpſit. Conſervare veró, eſt efficere, ſed adjuvando addendoque toti particulam aliquam; ut in Officiis Cicero docet, gloriam in Repub. comparari amore, gratia, favore civium & opinione virtutis, eandemque rebus iiſdem conſervari: ut hinc appareat, procreare & conſervare, non eſſe vera genera efficiendi: ſed hoc ipſum, conſervare, eſſe quoque quoddam procreare: ſed in aliqua totius particula. Tribus exemplis declaratur prima differentia efficientis: Primum eſt Ovidii de Remedio amoris; quod primum eſt, præoccupare, ne amor adveniat: ſecundum eſt, admiſſi amoris cauſſas efficientes exppellere, quę in otio præcipué ſunt, & procreantes & conſervantes: Itaque poëta demonſtrationem problematis tāquam geometricam híc adhibet: Tolle cauſſas, ait, ſuſtuleris effectum. itaq; etiam mox ſubdit,

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus;
Contemptaq; jacent & ſine luce faces.

Non tibi] Cúm Dido Æneam neque religione conjugalis fidei, neque precibus ullis movere ac retinere poſſet; iis probris eum inſectatur: primúm removendo cauſſas procreantes, tanquam falſas; quód neque Venus ſit ejus mater, neque Anchiſes pater: deinde tanquam veras ſubjiciendo; quód Caucaſus ſit ei pater, duræ cautes pro matre, nutrix tigris Hyrcana.

Romulus] Romulus primus Romam condidit; deinde ſex Reges, tum varii Conſules auxere; deniq; Imperatores, aliquot ſæcula retinuere.

CAP. 4. *De efficiente ſola & cum aliis.*

SEcundó, cauſſa efficiens ſola efficit, aut cum aliis: earumq; omnium ſæpe alia principalis,

alia adjuvans & miniſtra. 9. Æneid. Niſus avocat ab Euryalo in ſe factæ cædis & culpã & pœnam, quia ſolus author fuerit.

"Me me adſum, qui feci: in me cõvertite ferrũ,
O Rutuli: mea fraus omnis: nihil iſte nec auſus,
Nec potuit. ---

Solitaria cauſſa cum pleriſq; & principalibus, » & ſociis, pro Marcello varié adhibetur: Nã" bel- » licas (ait orator) laudes ſolent quidã extenuare » verbis, eaſq; detrahere ducibus, communicare » cum militibus multis, ne propriæ ſint imperato- » rum. Et certé in armis, militum virtus, locorum » opportunitas, ſociorũ auxilia, claſſes, commea- » tus multum juvant: maximam veró partẽ, quaſi » ſuo jure, fortuna ſibi vendicat, & quicquid eſt » proſpere geſtum, id pené omne ducit ſuum. At » veró hujus gloriæ, Cęſar, quã es pauló anté ade- » ptus, ſocium habes neminem. totum hoc quan- » tumcunq; eſt, (quod certé maximum eſt) totum, » inquam, eſt tuum: nihil tibi ex iſta laude centu- » rio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma de- » cerpit: quinetiam illa ipſa rerum humanarum » domina fortuna, in iſtius ſe ſocietatem glorię nõ » offert, tibi cedit, tuam eſſe totam ac propriã fa- » tetur. Inſtrumenta etiam in cauſſis adjuvantibus connumerãtur. quo argumento impius Epicurēus diſputat mundum nunquam eſſe factum, » 1. de Nat." Quibus enim (ait) oculis animi intueri » potuit veſter Plato fabricã illam tãti operis, qua » conſtrui á Deo atq; ædificari mundum facit? quę » molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ ma- » chinæ? qui miniſtri tanti operis fuerunt?

Secundæ cauſſæ]Partitio altera efficientis, in ſolam & conficientem: quarum una plerunque ſit principalis, reli-
quæ ſint adjuvantes; ut eſt in Platone & Ariſtotele. In pri- “
mis(ait hoſes in Politico)duas artes in omnibus quæ fiũt, “
cõſideremus.Soc.Quas? Hoſp. τὴν τῆς γενέσεως συναίτιον, “
τὴν δ' αὐτὴν αἰτίαν:unam quidem generationis concauſ- “
ſam, alteram veró cauſſam. Soc. Quomodo?Hoſp. Quæ- “
cunque rem ipſam non efficiunt, ſed efficientibus adju- “
menta ſuppeditant: quibuſque abſentibus, nunquam ea- “
rum unica opus inſtitutum perficeretur, has ξυναιτίους, id “
eſt adjuvantes:opus autẽ ipſum perficientes, αἰτίας, cauſ- “
ſas appellamus.Soc.Conſentanẽum id quidem.hæc Plato. “
Cauſſa igitur hujuſmodi, Græcis eſt συναίτιον. quo verbo 5. cap. 5. Philoſ. Ariſtoteles etiam utitur. Et cap. 2. libri 2. Phyſicorum, facit artium alias ἀρχιτεκτονικὰς, id eſt principes & imperantes; alias ποιητικὰς, id eſt effectrices & miniſtras:ut gubernator, princẽps eſt cauſſa navigationis: nautæ & remiges, miniſtri. Sic in Fato Tullius appellat cauſſas principales & adjuvantes. Illà autem cauſſa principalis, plerumque pro abſoluta uſurpatur: ut cúm dicimus, ab Alexandro Magno victos eſſe Perſas, á Scipione Carthaginenſes, á Cæſare Gallos:Hæc autem partitio ſecunda, tribus exemplis illuſtratur.

Me me]Primum exemplum, eſt cauſſæ ſolius efficientis. Me me, interficite, intelligitur: ut ſit vox incredili dolore propter amicum affecti: Cúm autẽ Niſus & Eurialus multis Rutulis cæſis & ſpoliatis, á Volſcẽte hoſte in ſylva premerẽtur;Niſus elapſus, ut Euryalum captum & deprehenſum animadvertit; rediit ad hoſtẽ, & ſe ſolum authorem factæ cædis confirmavit, ut pro amico moreretur.

Bellicas] Exemplum ſecundum eſt de utroque genere efficientis. Continet autem diſſimilitudinem rerum bellicarum & clementiæ Cæſaris: cujus utraque pars ex cauſſis efficientibus illuſtratur: In priore, quæ protaſis appellatur, ſex ſunt adjuvantes cauſſæ; miles, locus, ſocius, claſſis, commeatus, fortuna; quæ Cæſari victoriam comparant: in poſteriore, unica eſt cauſſa abſoluta. quod Cæſar ſolus author ſit ſuæ clementiæ: eaque amplificatur ex remotione aliarum cauſſarum adjuvantium,

numero quinque, centurionis, præfecti, cohortis, turmæ, fortunæ.

Quibus enim] Tertium exemplum, eſt de inſtrumentis, cauſſis nempe adjuvantibus. Vellejus Epicurëus irridet deum Platonis, á quo negat mundum eſſe constructũ & ædificatum: Argumentum Velleji, eſt ex remotione cauſſarum adjuvantium, ad elevandam divinam mundi fabricam: Deus non adhibuit ferramenta, vectes, machinas, miniſtros: non potuit igitur hunc mundum ædificare. Quæ concluſio falſa & impia eſt, quia Deus non eguit his: ſolo enim nutu & verbo mundum condidit.

CAP. 5. De efficiente per ſe & per accidens.

"TErtió, cauſſa efficiens per ſe efficit, aut per accidens. Per ſe, quæ ſua facultate efficit, ut quæ natura vel conſilio faciunt. Ventorum naturalis efficientia eſt 1. Æneid.

"*Incubuere mari, totumq; á ſedibus imis,*
Uná Eurusq;, Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & vaſtos tollunt ad littora fluctus.

Conſilii exemplum eſt Ciceronis de ſe confeſſio:" Suſcepto bello, Cæſar, geſto etiã magna
» ex parte, nulla vi coactus, judicio meo ac volun-
» tate ad ea arma profectus ſum, quæ erãt ſumpta
» contra te." Per accidens efficit cauſſa, quæ externa facultate efficit, ut in his quæ fiunt" neceſſitate vel fortuna. Neceſſitate, cúm efficiens vi cogitúr ad effectum: qualis eſt" Pompejanorum ex-
» cuſatio: At mihi quidem (ait) ſi proprium & ve-
» rum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædã
» calamitas incidiſſe videtur, & improvidas homi-
» num mentes occupaviſſe, ut nemo mirari debeat,

beat, humana conſilia, divina neceſſitate eſſe ſuperata. "Fortuna, eſt cauſſa per accidẽs, quando præter efficientis ſcopum, aliquid accidit. Sic caſu fortuito, ait Tullius 3. de Nat. Deor. "Pheræo Jaſoni profuit hoſtis, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non poterant. In hoc genere cauſſarum, imprudentia connumerari ſolet. Ovid. 2. Triſt.

"Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam:
Præda ſuis canibus nec minús ille fuit.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt:
Nec veniam, læſo numine, caſus habet.

Hinc ſumitur deprecatio: qualis eſt pro Ligario: "Ignoſce, pater, erravit, lapſus eſt, non putavit: ſi unquam poſthac. Et pauló póſt: Erravi, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, ut ignoſcas, oro. "Fortunæ autem nomen, ignoratio cauſſarum cõnfinxit: cúm enim aliquid prẹter conſilium ſpemque contigerit, Fortuna vulgó dicitur. nec inſcité Juvenalis,

"Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te
Nos facimus fortuna, deam, cœloque locamus.

Tertió cauſſa] Partitio iſta tertia, minús multó logica eſt, quám ſuperiores; & altero membro adjunctũ aperté ſignificat: ut potiús adjunctum, quám efficiens, dicenda videatur: tamen appellatur efficiens, & á philoſophis ita proponitur: & quædam vis efficiendi permiſta eſt: Itaque ad uſum, P. Ramus retinuit, dum accuratius aliquid occurreret. Ariſtoteles autem 11. cap. 2. Poſteriorum, vocat illud per ſe, καθ' αὑτὸ: aliquando, ut 7. cap. 1. Phyſ. κατὰ τὴν

τῇ κατὰ τὴν προαίρεσιν κινήσει καὶ κατὰ τὸν λογισμὸν, conſilii & rationis affectioni. Hæc illic Ariſtoteles.

Pompejanorum] Excuſat orator Pompejanos, ad bellum civile contra Cæſarem, veluti neceſſitate fatali impulſos. hæc Græcis εἱμαρμένη dicitur, cúm res aliter fieri non poteſt, atque á Deo conſtitutum eſt † intra fatalem continuationem ordinis ſempiterni. † inter.

Fortuna] Ariſt. 5. & 6. cap. 2. Phyſici, τύχην καὶ αὐτόματον, fortunam & caſum, in efficientibus comprehendit. tametſi & ibidem, & in Philoſ. 7. cap. 11. τύχην ſtatuit in iis quę conſilio aguntur: αὐτόματον, in omnibus: Ideoq; in pueris, beſtiis, lapidibus, non dici εὐτυχίαν καὶ δυστυχίαν, bonam aut malam fortunam, niſi καθ᾽ ὁμοιότητα, ſecundum ſimilitudinem: ut Protarchus dicebat λίθους εὐτυχεῖς, lapides fortunatos eſſe, unde fiebant altaria; quia colerentur: αὐτόματον, veluti τὸ αὐτὸ μάτην, ipſum fruſtra, dicitur. At Ariſtoteles, & fortunam & caſum pro eodem promiſcué ſæpe aliás accipit, quomodo & P. Ramus accepit. Athenienſis apud Platonem diſputat, res hominum in caſu poſitas eſſe: & τύχην ſic generaliter accipit lib. 4. de Legibus: At veró licet hoc quoq; rećté affirmare in his ipſis. Clin. Quídnam? Athen. Quód Deus quidem omnia; ſecundũ autẽ Deum, τύχην καὶ καιρὸς, fortuna & occaſio res hominũ gubernent. « « « «

Pheræo] Phalereo vulnus, ſalutaris curatio fuit; qui ut Plin. lib. 7. author eſt, jam deploratus á medicis vomicæ morbo, cúm mortem in acie quęreret vulnerato pectore, medicinam invenit ex hoſte. hoſtis igitur, curationis fortuita cauſſa fuit: non enim ſanare inimicum volebat, ſed necare: Cicero lib. 3. de Nat. Deor. non Phalereüm, ut Plin. ſed Pheræum Jaſonem nominat. Tale eſt de piſcatoribus Mileſiis exemplum: qui cúm piſcium capiendorum cauſſa, retia in mare demiſiſſent; aureum tripodem ceperunt. piſcatio ipſa fuit cauſſa capti tripodis, ſed fortuita; quia talis eventus, neque præpoſitus, neque proviſus fuerat.

Cur aliquid] Excuſat Ovid. culpã ſuã, ob cauſſam, quód aliquid fortuitó viderit, quo Auguſtus Cæſar iratus eſt illi: cõmemoratq; ſimilẽ caſum Actæonis; qui cũ in mõte Gargaphię, feras perſequẽs, nudã in fonte Dianã aſpexiſſet: ſubitó ab ea in cervũ cõverſus, & á ſuis canibus dilaniatus eſt.

Ignoſce] Cicero fingit per proſopopœiam, filium aliquem imprudentia lapſum, & iccirco veniam facti ſui á patre deprecantem, tanquam non ſponte, ſed fortuito aliquo caſu deliquerit.

Fortuna] Fortuna, eſt ibidem Ariſtoteli quiddam παράλογον, ἀόριστον, ἀβέβαιον, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἄδηλον, improvidum, incertum, dubiũ, humano judicio ambiguum: ejuſque efficientiam ignoratio cauſſarum confinxit. Fortuna enim, nullius per ſe cauſſa eſt: ſed eventus, quem fortuitum dicimus, cauſſa quædam certa eſt, licet humanæ menti ignota: ὡς θεῖόν τι οὖσα καὶ δαιμονιώτερον, ut divinum quiddam & beatum; ut eſt 4.cap.2.Phyſici.

Nullum numen] Hoc eſt, Si intelligimus rerum cauſſas; videmus, omnia divino cõſilio & prudentia regi & gubernari; ſed quia eas frequenter ignoramus, ideo fortunę locum tribuimus, deamque vocamus. Sic Academici interdum Deum appellant, Fortunam; quód multa efficiat improviſa & inopinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſſarum; ut ait Cicero 1.Acad.

CAP. 6. De Materia.

MAteria, eſt cauſſa "ex qua res eſt. hoc argumento ficto apud Ovidium 2.Metamorph. Solis domus auro, pyropo, ebore, argento componitur:

"Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara, micãte auro, flammaſq; imitãte pyropo.
Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat:
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.

» Cæſ.1.Bell. civil."Imperat militibus Cæſar, ut
» naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus
» annis uſus Britanniæ docuerat: carinæ primúm
» ac ſtatumina ex levi materia fiebant, reliquum
» corpus navium viminibus contextum coriis in-
» tegebatur.

Ex qua] Materia ſic definitur ab Ariſt.3.cap. 2. Phyſic. ἐξ οὗ γίγνεταί τι ἐνυπάρχοντος, ex quo fit aliquid, cúm inſit. appellatur proprié ab Ariſtotele ὕλη, materia: aliquando ἀνάγκη, neceſſitas; quód ea neceſſarió concludatur; non abſoluta quidam neceſſitate, ſed ἐξ ὑποθέσεως. quia ſi res ſit, materiam eſſe neceſſe eſt: appellatur etiam interdum ὑποκείμενον, ſubjectum; ſed minús proprié. Ut autem tota Dialectica eſt entis & non entis; ſic locus materiæ dialecticæ intelligendus eſt; non ſolúm de materia phyſica & ſenſili. Nam artium mente conceptarum materiam, præcepta dicimus: at in animo corporeum & ſenſile nihil eſt, quomodo Ariſtoteles ait in Philoſ. 5. & 6. capitibus lib.1. á primis philoſophis ὕλην σωματικὴν, materiam corpoream; á Pythagora & Platone ἀσώματον, incorporeã conſtitui: & rurſus ibidem decimo ſeptimi, item ſexto octavi, duplicem eſſe ὕλην, τὴν μὲν αἰσθητὴν, τὴν δὲ νοητὴν: materiam aliam quidem ſenſilem, aliam intelligibilem. Et omnino ait ſecũdo quarti & tertio undecimi Philoſophiæ, αἴτια (ſicut oppoſita & comparata) eſſe τοῦ ὄντος πρώτας διαφορὰς, εἴδη καὶ καθ' αὑτὰ πάθη, entis primas differentias & ſpecies & affectiones per ſe: idemque de omnibus Dialecticæ locis omnino dicendum, ut eſt octavo capite primi Elenchorum: οὗτοι γὰρ κοινοὶ πρὸς ἅπασαν τέχνην καὶ δύναμιν. hi namque communes ſunt ad omnem artem & facultatem. Ergo materiæ conſideratio phyſicis artibus multó communior & generalior eſt. quod pauló diligentiús admonendum P. Ramus cenſuit; ne quis hujus loci ſenſum ad res corporeas ſolúm, & manibus tractabiles, attinere exiſtimaret. Atque híc ad laudem præſentis de materia topici, judicium Ariſtotelis animadvertendum eſt: qui majore ſtudio poſſeſſionem hujus doctrinæ affectavit, quám avarus quiſquam pecuniã ullam concupivit. Antea in doctrina efficientis cauſſæ, veteres philoſophos inexercitatis pugilibus & apalæſtris comparavit: in conſtituenda autem materiæ doctrina appellat ἀγροικοτέρους, id eſt agreſtiores, & puerorum in cunis balbutientium perſimiles. Materies veró efficientem ſequi debet: ab hac enim ſæpe efficitur, aut certé dolatur ac præparatur, ut eſt 2.cap.2. Phyſici. ἐπεὶ καὶ ποιοῦσιν αἱ τέχναι τὴν ὕλην: αἱ μὲν

ἁπλῶς, αἱ δὲ εὐεργόν. quoniam etiam faciunt artes materiam: aliæ quidem omnino; aliæ veró aptiorem.ut ſecunda hęc cauſſa,ſit velut effectus quidam primæ.Atque hanc ſpeciem cauſſæ Ariſt.12.cap.2. Poſt. multó juſtiús ἀσυλλόγιστον facit,quám efficientem: Attamen per materiam de effecto poteſt aliquid ſyllogiſmo concludi.

Regia Solis] Exemplum fictum eſt,non verum: ideoq; τοῦ μὴ ὄντος, & materiam claram ac pellucidam auri, argenti,eboris,pyropi uſurpat, ad fontem omnis claritatis & lucis arguendum.Forma etiam quædam hic attingitur; é columnis, foribus, tecto.

Imperat] Cæſar ad Ilerdam in Hiſpania premebatur ab Afranianis; cúm intra flumina Sicorim & Cingam caſtrametatus eſſet; nec pontem haberet: has igitur perfectas naves,carris junctis devehit noctu millia paſſuum á caſtris viginti duo; militeſque his navibus flumen tranſportat, & difficultate ſeſe expedit. Materia etiam latiné ſpeciem materiæ ſignificat; ligna nempe,quibus ædificantur naves,ædes: quomodo & ὕλη ſignificat græcé ſylvam. Navis igitur,é lignis, viminibus, coriis, id eſt materia ſua, arguitur & explicatur.

CAP. 7. *De Forma.*

CAuſſæ primum genus ejuſmodi eſt in efficiente & materia: ſecundum ″ſequitur in forma & fine. Forma, eſt cauſſa per quā res eſt id quod eſt: ideoq; hinc á cæteris rebus diſtinguitur: & forma ſimul cum re ipſa ″ingeneratur. Anima rationalis,eſt forma hominis: quia per eam homo eſt homo,& diſtinguitur á cæteris omnibus naturis. Geometricarū figurarū in triangulis,quadrangulis ſua forma eſt: Phyſicarum, cæli, terræ,arborū,piſciū ſua forma eſt,unde pręcipua rerū ut natura eſt, ſic erit explicatio, ſi poſſit inveniri, ut in artificioſis rebus faciliús occurret.
» Cæſ.7.″Muri autem omnes Gallici hac feré forma

ma ſunt. trabes directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis diſtantes inter ſe binos pedes in ſolo collocantur: hæ revinciuntur introrſus, & multo aggere veſtiuntur: ea autem quæ diximus intervalla, grandibus in fronte ſaxis effarciuntur. his collocatis & coagmentatis, alius inſuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum ſervetur, neq; inter ſe cõtingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiis, ſingulæ ſingulis ſaxis interjectis arctè contineantur. ſic deinceps omne opus contexitur, dum juſta muri altitudo expleatur hoc cúm in ſpeciem varietatemque opus deforme non eſt, alternis trabibus ac ſaxis, quæ rectis lineis ſuos ordines ſervant: tum ad utilitatem & defenſionem urbium, ſummam habet opportunitatem, quod & ab incendio lapis & ab ariete materia defendit: quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunque introrſus revincta, neque perrumpi, neque diſtrahi poteſt. Sic forma "Virgiliani portus explicatur Æneid. 1.

Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portum
Efficit objectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.
Hinc atq; hinc vaſtæ rupes geminiq; minantur
In cælum ſcopuli: quorum ſub vertice laté
Æquora tuta ſilent: tum ſylvis ſcena coruſcis
Deſuper, horrẽtiq; atrũ nemus imminet umbra
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendẽtibus antrũ:
Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo,
Nympharũ domus. hic feſſas nõ vincula naves
Ulla tenent: unco non alligat anchora morſu.

In forma] Duæ reliquæ ſpecies cauſſarum, commune genus unum habent; ſed quod revera ſit, nondum diſtinguere P.Ramus potuit. Forma definitur generaliter, non quidem phyſica illa tantúm, quæ corporearum rerum & materiatarum ſit: Nam forma logica,(ut materia)rerum omnium communis eſt;qua nempe res eſt idquod eſt:unde etiam fit ut á cæteris rebus differat. Formæ præcipua utilitas eſt unica, rem formare: unde diſtinctio á cæteris rebus ſequitur. hæc utilitas duplex proponitur 14.cap. 1. Topici: καὶ πρὸς τὸ γνωρίζειν τί ἐστιν ἕκαστον, & ad cognoſcēdum quid eſt unumquodque; & ad rationem ταυτῦ καὶ ἑτέρυ, ejuſdem & diverſi. Priore ratione deſcribitur τὸ τί ἦν εἶναι,quod quid erat eſſe,ut 11.cap.1.Poſt.λόγος τῆς ὐσίας ratio eſſentiæ,ut 1.cap.1.de ortu Animalium: ὐσία τῦ πράγματος,eſſentia rei,ut 7.cap.1.Philoſ.λόγος εἰδικὸς καὶ ὐσιώδης,ratio ſpecifica & eſſentialis,ut 4.cap.4.lib.Philoſ. εἰδοποιὸς,συμπληρωτικὸς, συστατικὸς,ſpecifica, completiva,cōſtitutiva; ut apud Porphyrium.Appellatur veró etiā μορφὴ καὶ λόγος,forma & ratio perſæpe: interdum etiam εἶδος καὶ παράδειγμα,ſpecies & exemplar,ut 2.cap.5. Philoſ. Rationis ſecundæ utilitas deſcribitur á Porphyrio διαιρετικὴ, quia ſpecies generis alias ab aliis dividit & diſtinguit:& appellatur tum proprié διαφορὰ,differentia.Et ſic hoc nomē ὁμοιότητι, ſimilitudini opponitur, primi Topici cap. 11. & 14. & é quatuor inſtrumentis communibus, duo fiunt illic ab Ariſtotele,ſimilitudo & differentia.

Ingeneratur] Forma ſola de cauſſis, ὁμόγονος eſt, ſimul congenita;ut ſcribit Ariſtoteles 11.cap.2.Poſt. In quo ſané id eſt animadvertendum,quód materia modo quodam efficitur ab efficiente: at forma penitus efficitur, eſtque revera effectus efficientis:&cúm architectus domum ædificat, facit domus materiam,dolando poliendoq; parte aliqua: ſed formam penitus efficit. veruntamen forma facta, longé plus adfert ad eſſentiā rei,quám materia: Eſt enim ipſamet eſſentia, aut certé præcipua pars eſſentiæ. Quemadmodū veró cognitio formarum, ſcientiā perfectam & abſolutam efficit;ita homini perdifficilis eſt. qua de cauſſa Timæus apud Platonem ait; perpaucos homines, veræ intelligentiæ eſſe participes. Communi quidem

quidem ratione & definitione intelligimus, eſſe rerum formas: at quid ſingularis & unaquæque forma ſit (ut leonis, equi, arboris) ab hominibus ignoratur: & ſi cognoſcitur (ut corporis humani, ut navis) vix multis rebus collectis exprimitur. Quapropter veteres philoſophi hic valde fuerunt occupati, non in logica generalis argumenti definitione; ſed in effigie. Pythagoras & Pythagorëi dixerunt; τὰ ὄντα, entia, μιμήσεις καὶ ὁμοιώματα, imitationes & ſimilitudines eſſe numerorũ: καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων; & numerum, eſſe eſſentiam omnium. Plato pauló ſecus docuit; res quidem non eſſe imitationes numerorum, ſed idearum μεθέξεις, communicationes: ut communicatione, multa ſint ſymbola idëis homonyma; ut author eſt Ariſtoteles primo libro Philoſophiæ. Atqui in doctrina formæ, vindiciæ Ariſtoteli adverſus antiquos philoſophos non defuere. Pythagorëi (ait in Philoſophia 5. & 6. cap. lib. 1.) λίαν ἁπλῶς ἐπραγματεύσαν, valde ſimpliciter & imperité id egerunt: Platonem veró per ſua παραδείγματα καὶ εἰκόνας, exemplaria & imagines idearũ, ait κενολογεῖν, καὶ ποιητικὰς μεταφορὰς λέγειν: nugari, & poëticas metaphoras loqui. Denique formam, ait, σαφῶς μὲν οὐδεὶς ἀποδέδωκεν, perſpicué nullus expoſuit. amavit nempe philoſophus hic noſter, laudis hujus etiam patrimonium.

Muri] Ut ſuperiora, efficientis & materiæ exempla; ſic ſequentia, formæ & finis, quamvis unicum argumentum, multis tamen verbis arguunt & interpretantur. In Cæſaris exemplo, eſt etiam materia; in trabibus, aggere, ſaxis: eſt etiam finis; ad propugnationem urbium: ſed forma ipſa, é materiæ perpetua diſpoſitione atque ordine, graphicé informatur; nec feré in exemplo ullo materiam ſolam deprehendes.

Virgiliani] Forma portus á Virgilio talis affingitur, qualis omnino poſſit optari, non qualis revera ſit: Servius talem portum ait fuiſſe Carthaginis novæ in Hiſpania, nec uſquam eſſe in Africa. Pari veró elegantia portus pingitur: é ſinu, inſula, rupibus, ſcopulis, nemore, aqua dulci, ſedilibus: & finis etiã attingitur; quód hic & naves, & nautæ recreentur.

CAP. 8. De Fine.

Finis, eſt cauſſa″cujus gratia res eſt. ″Phyſicis rebus finis homo propoſitus eſt: ″ homini Deus. Omnium artium eſt aliquod ″ſummum bonũ & finis extremus, ut Grammaticæ, bene loqui: Rhetoricæ bene dicere: Logicæ, bene diſſerere. ″Juno 1. Æneidos, connubii finem aſſumit, cúm Æolo Deiopejam pollicetur, ſolatii ſcilicet proliſque gratia.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ:
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopejam
Connubio jungam ſtabili propriamq; dicabo:
Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

In defenſione Ligarii, Cicero Tuberonem accuſatorem urget, cúm armorum contra Cæ-
» ſarem ſuſceptorum finem premit. Et certé (ait)
» contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus.
» ″Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie
» Pharſalica gladius agebat? cujus latus ille mucro
» petebat? quis ſenſus erat armorum tuorum? quæ
» tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupie-
» bas? quid optabas?

Cujus gratia] Finis definitur ab Ariſtotele 11. cap. 2. Poſteriorum, τὸ τίνος ἕνεκα, id cujus gratia: & 3. cap. 2. Phyſici, τὸ τέλος, τοῦτο δ᾽ ἐστι τὸ οὗ ἕνεκα: : finis, eſt id cujus gratia. quomodo & Plato ante eum locutus erat. appellat etiam Ariſtoteles αἴτιον τελικὸν, cauſſam finalem. Axioma illud 2. cap. 1. Poſt. videtur loci hujus eſſe, δι᾽ ὃ ὑπάρχει ἕκαστον, ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει. propter quod eſt unumquodque tale, illud magis. hæc definitio eſt generalis, & nomen generale: tamen Ariſtoteles videtur duas ſpecies finis efficere,

efficere;dum modó materiæ finem appellat formam:modó totius rei compoſitæ finem id dicit, cujus gratia facta ſit. Ariſtoteli igitur finis, eſt forma ipſa, cujus gratia materia dolatur, reque ipſa tandem abſolvitur ac finitur: atque ut ab efficiente effectum, á materia materiatum, á forma formatum, ſic á fine finitum quidlibet intelligitur.ſed tamen quomodo finis ſit duplex, Ariſtoteles ait 2. capite 2.Phyſici. Atqui nos utimur, tanquam noſtri gratia ſint omnia: ſumus enim quodammodo & nos finis: dupliciter enim cujus gratia. Híc duplex finis ab Ariſtotele proponitur; neque tamen definitur aut nominatur. Nominatur autem 4.cap.2.de Anima: διττῶς δὲ τὸ οὗ ἕνεκα· τὸ μὲν οὗ, καὶ τὸ ᾧ. Dupliciter autem Cujus gratia: & Cujus, & Cui. Simplicius autem in 2.cap.2.Phyſici ait: τὸ τέλος, τὸ οὗ ἕνεκα, τὸ δὲ ᾧ: finis, alius eſt Cujus gratia; alius autem Cui:Ut forma domus, eſt finis, cujus gratia architectus materiam comparavit:at uſus domus,eſt cuſtodia rerum, & tutela domini ad verſus quaſlibet externas injurias. Atqui finis ille formalis, aut forma illa finalis, licet tam ſit rerum omnium communis, quám eſt ipſa forma, á qua nunquã re ipſa ſeparatur:attamẽ quia diſtinctũ cauſſę genus nullũ adfert,nõ eſt admodũ propoſitus neq; tractatus pro logica cauſſa.Alter autem finis,qui eſt in uſu & energia formæ,Philoponi ſententia eſt abſolutiſſimus; in uſu quippe hominum. Enimvero feré quoties quamobrem, aut cujus gratia quidpiam factum,aut fiat,interrogatur;finis hic ſecundus intelligitur:nec habetur illius diſtinctionis ratio,Cujus & Cui.ſed omnino Cujus gratia, finem iſtum intelligimus: laudeſq; ſummæ, per Ariſtotelem fini tributæ,de hoc fine intelligũtur:& quidem nomine Cujus gratia:ſic enim Ariſtoteles 1. cap. 1. de Partib. animalium, cúm de præſtantia cauſſarum philoſophatur: φαίνεται δὲ πρώτη, ἣν λέγομεν ἕνεκά τινος, λόγος γὰρ οὗτος. Videtur autem prima, quam dicimus Gratia cujus: hæc enim ratio eſt.& 2.cap.5. Philoſophiæ, τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα, βέλτιστον, καὶ τέλος τῶν ἄλλων ἐθέλει εἶναι. Ipſum cujus gratia,eſt optimũ; & finis eſt aliarum cauſſarum. his igitur locis Ariſtoteles finem ait eſſe & primam cauſſarum, & optimam cauſſarum,& cauſſam denique cauſſarum. Itaque ſi quis finem

extenuare viſus eſt; aut dicere, non eſſe communem artium
um rerumque omnium; ut Ariſtippus, & quidam ſophiſtæ
(ut eſt in Philoſophia 2.cap.3.lib.) qui in Mathematicis di-
cebant per finem & ſummi boni rationem, nihil demon-
» ſtrari; Ariſtoteles illis acriter reſiſtit: Qui hoc dicunt (ait
» in Philoſophia 3.cap.lib.13.) mentiuntur: Demonſtrant e-
›› nim mathematicæ per finem & ſummi boni rationem:
» Non enim quia non nominant, dummodo opera reſque
» demonſtrant, ideo de bono nihil dicunt: Pulchri autem
» præſtantiſſimæ ſpecies ſunt τάξις, καὶ συμμετρία, καὶ τὸ
» ὡρισμένον; ordo & ſymmetria & definitum; quæ maximé
» demonſtrantur á mathematicis ſcientiis. Quare vide-
mus, quanto ſtudio Ariſtoteles cauſſam hanc finalem ex-
tulerit. Itaque tam præclaré exornatum patrimonium
cauſſæ hujus, ut antea cæterarum cauſſarum, ſibi ab an-
» tiquis philoſophis vindicavit 6.cap.1.Philoſophiæ. Id veró
» cujus gratia actiones & mutationes & motus fiunt, quo-
» dammodo dicunt cauſſam: ſic autem non dicunt, neque
» quomodo res ipſa poſtulat. Veruntamen hic ſecundus
finis, tam magnificé commendatus, tam ſtudioſé vel am-
bitioſé potiús á philoſopho vindicatus, P. Ramum valde
anxium & ſuſpenſum tenuit, ut pené logicum ei nihil híc
videretur: Nam quomodo logicum; & omnis entis & non
entis commune dicetur, quod ſit ſpeciale, & unius certæ
ſpeciei, id eſt Dei & hominis proprium? Ariſtoteles enim
II. cap. 2. Poſterior. ait, eſſe ἐν τῇ διανοίᾳ, in ratiocinatio-
ne: quam in Phyſicis ipſam appellat προαίρεσιν, delibera-
tionem: quin 9. cap. 2. Phyſici affirmat, talem finem eſſe
principium, οὐ τῆς πράξεως, ἀλλὰ τοῦ λογισμοῦ, non actionis
ſed ratiocinationis: ut finis, cauſſa ſit rei hactenus, dum
ratiocinationis perſuaſio quædam efficientem movet. A-
riſtoteles denique opponit ei αὐτόματον, fortuitum & te-
merarium: ut finis, circumſtantia quædam videatur eſſe
cauſſæ efficientis per ſe, nempe aut conſilio & natura, aut
per accidens. Quod ſi ſit; certé talis finis, logicum genus
cauſſæ non videatur, commune omnis entis & non entis;
cúm ſit ſpeciale & proprium unius cujuſdam entis, nem-
pe utentis deliberatione & ratiocinatione. Deinde ſi ἐνέρ-
γεια illa formæ, ſi factæ rei uſus ſpectetur; talis finis, cauſſa
rei

rei factæ nequaquam videatur; cúm poſtrem factam accidat;ſitque tempore poſterior & efficiente, & materia,& forma. Hæc ſunt quæ contra ſecundum finem pugnare P. Ramo videbantur:neque talis nodi ſolutio adhuc ulla ſatis idonea occurrit, ſicut antea de cauſſa per accidens: hoc enim in categoria cauſſarum indiſſolubile alterum videatur. Et utrunque ex eadem circunſtantia,per ſe & per accidens. Verumenimvero falſus P. Ramo videbatur uterque locus ille, qui fini & προαίρεσιν & λογισμὸν tribuit: præſertim cúm Ariſtoteles ipſe 8.cap.2. Phyſic.diſſerat,naturam certo fine agere, & tamen non deliberare. Hæc enim prolixa eſt illius capitis diſputatio. Neque porró abſoluta perfectaque authori dominoque ſuo res eſt qua nondum potiatur. Et finem efficienti propoſitum eſſe, id eſt cauſſam cum alia cauſſa concurrere, nihil alienum videatur. Quare cúm cauſſa definiatur,cujus vi aliquid eſt,& vi finis præcipué res fit:ideo finem inter genera cauſſarum P. Ramus retinuit.& ſuo cultu exornavit.

Phyſicis rebus] Illud eſt Ariſtotelis antea jam citatum é 2.cap.2. Phyſici,quód homo, ſit finis omnium.

Homini Deus] Platonis illud eſt in multis locis, ſed 7. de Repub.præcipué.

Summum bonum] Id antea docuit Ariſtoteles, cúm dixit,finem eſſe optimam cauſſam. & 3.cap.8. Politici ait, τὴν εὐπραξίαν,id eſt optimam actionem, eſſe ſummum finem omnium virtutum,non ſolúm in actione,ſed in animi cõtemplatione poſitarum:finis ſiquidem,eſt actio; & hujus gratia, facultas adhibetur.

Juno] Fictio poëtica eſt non entis, ut ſuperiora feré exempla: Juno autem aër eſt,& Æoliæ inſulæ ſeptem, prope Italiam,ventoſiſſimæ: νύμφη lympha dicitur,mutato υ in λ. hinc igitur regina aëris,& Æolus rex ventorum;& Nympha ei promittitur,quia venti aquis aut excitantur, aut ſedantur. In hoc autem exemplo, forma quædam connubii eſt,ex ſtabilitate & proprietate dicatæ uxoris.

Quid enim] Hoc exemplum variis laudibus ornatum eſt,& troporum & figurarum: ideoque citatum varié, variis locis,varia de cauſſa;modó propter tropos illos audaces, tribuentes animam rei inanimatæ: modó propter a-

naphoram, quid, quid: modó propter epiſtrophen, agebat, petebat, cupiebas, optabas: modó propter polyptotō, quid, cujus, quæ: tum propter apoſtrophen & interrogationem λογισμοῦ: deniq; propter finis argumentum.

CAP. 9. De Effectis.

" Effectum, eſt quod é cauſſis exiſtit. ſive igitur gignatur, ſive corrumpatur, ſive modo quolibet moveatur quidlibet, hic motus & res motu facta, effectum dicitur. hujus loci ſunt "laudes & vituperationes: quarum pleni ſunt libri ſacri & profani. Æneid. 6. facta variorum populorum comparantur ad nominis Romani laudem:

"Excudent alii ſpirantia molliús æra:
Credó equidē, ducent vivos de marmore vultus:
Orabunt cauſſas meliús, cæliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento:
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Huc "dicta ſcriptaque referenda ſunt. "Pericles & Hortenſius, bene dicēdi laude celebrantur: eodemq; argumento Demoſthenes & Cicero etiam bene ſcribendi. Ad hunc etiam locum referuntur conſilia & deliberationes etiamſi omnino ad exitum perductæ non fuerint. Parmenio & Philotas "morte mulctati ſunt, quia conjurationis in Alexandrum eſſent ſuſpecti, ut Curtius & Arrianus meminerunt. De Lentulo & Cethego, aliiſque Catilinæ popularibus, Romani Senatus judicio ſupplicium ſumptum

ptum eſt. Sunt etiam effecta virtutum & vitiorum. Horatius hoc modo ebrietatis effecta deſcribit:

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,
Spes jubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes:
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Effectum] Categoria cauſſarum locuples & copioſa fuit in Topicis quatuor generum; efficientis & materiæ, formæ & finis: Categoria effectorum ſequitur, genere quidem logico individua; attamen uſu longé copioſiſſima. hoc argumentum in Philoſophia Ariſtotelis dicitur proprié αἰτιατὸν: & latiné, ſi uſus pateretur, item proprié diceretur cauſſatum. dicitur etiam πράξις, ἔργον, ἐνέργεια, ποίησις, γένεσις, κίνησις: actio, opus, actus, effectio, generatio, motus. Latinis effectum, effectus, eventum, eventus: Sed effectus vel effectum, ſi nomen ſpectes, proprié ad efficientem cauſſam refertur. & ſané Latinis, (ut Ciceroni in Topicis & Partitionibus) unicum eſt cauſſarum genus, in efficientibus; ut antea dictum eſt; ut effectus efficientibus, tanquam cauſſis omnibus inde reſpondeat: quanquam & finis incitat ad agendum, & forma materiaque conſtituunt. Itaque effectum, de cauſſis omnibus exiſtit. ac quamvis nomen, generis unius originem referat; tamen quia omnium communem uſum obtinuit, retineatur; & effectum, tanquam αἰτιατὸν cauſſatum intelligatur. Verumenimvero ut cauſſarum locus infinita tautologia in omnem pené philoſophiam effuſus eſt; ſic effectorum locus latiſſimé eſt diſperſus: atque ut in illa Categoria, labor P. Rami perſpectus eſt in colligendis tot frugibus; & expurgandis & loco Ariſtoteléis legibus imperato, recondendis: ſic erit effectorum categoria. Primúm é decem categoriis, una Ariſtotelis eſt in actione & paſſione: in Poſterioribus conjuncté tractatur: Effectorum locus cum cauſſis, in Topicis parciſſi-

Ignoſce] Cicero fingit per proſopopœiam, filium aliquem imprudentia lapſum, & iccirco veniam facti ſui á patre deprecantem; tanquam non ſponte, ſed fortuito aliquo caſu deliquerit.

Fortuna] Fortuna, eſt ibidem Ariſtoteli quiddam παράλογον, ἀόριστον, ἀβέβαιον, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἄδηλον, improvidum, incertum, dubiũ, humano judicio ambiguum: ejuſque efficientiam ignoratio cauſſarum confinxit. Fortuna enim, nullius per ſe cauſſa eſt: ſed eventus, quem fortuitum dicimus, cauſſa quædam certa eſt, licet humanæ menti ignota: ὡς θεῖόν τι οὖσα καὶ δαιμονιώτερον, ut divinum quiddam & beatum; ut eſt 4.cap.2.Phyſici.

Nullum numen] Hoc eſt, Si intelligimus rerum cauſſas; videmus, omnia divino cõſilio & prudentia regi & gubernari: ſed quia eas frequenter ignoramus, ideo fortunę locum tribuimus, deamque vocamus. Sic Academici interdum Deum appellant, Fortunam; quód multa efficiat improviſa & inopinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſſarum; ut ait Cicero 1.Acad.

CAP. 6. De Materia.

MAteria, eſt cauſſa "ex qua res eſt. hoc argumento ficto apud Ovidium 2.Metamorph. Solis domus auro, pyropo, ebore, argento componitur:

"*Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,*
Clara, micãte auro, flammaſq; imitãte pyropo.
Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat:
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.

„ Cæſ.1.Bell. civil."Imperat militibus Cæſar, ut
„ naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus
„ annis uſus Britanniæ docuerat: carinæ primúm
„ ac ſtatumina ex levi materia fiebant, reliquum
„ corpus navium viminibus contextum coriis in-
„ tegebatur.

Ex

Ex qua] Materia ſic definitur ab Ariſt.3.cap. 2.Phyſic. ἐξ οὗ γίγνεταί τι ἐνυπάρχοντος, ex quo fit aliquid, cúm inſit. appellatur proprié ab Ariſtotele ὕλη, materia: aliquando ἀνάγκη, neceſſitas; quód ea neceſſarió concludatur; non abſoluta quidam neceſſitate, ſed ἐξ ὑποθέσεως. quia ſi res ſit, materiam eſſe neceſſe eſt: appellatur etiam interdum ὑποκείμενον, ſubjectum; ſed minús proprié. Ut autem tota Dialectica eſt entis & non entis; ſic locus materiæ dialecticæ intelligendus eſt; non ſolúm de materia phyſica & ſenſili. Nam artium mente conceptarum materiam, præcepta dicimus: at in animo corporeum & ſenſile nihil eſt, quomodo Ariſtoteles ait in Philoſ.5. & 6. capitibus lib.1. á primis philoſophis ὕλην σωματικὴν, materiam corpoream; á Pythagora & Platone ἀσώματον, incorporeã conſtitui: & rurſus ibidem decimo ſeptimi, item ſexto octavi, duplicem eſſe ὕλην, τὴν μὲν αἰσθητὴν, τὴν δὲ νοητήν: materiam aliam quidem ſenſilem, aliam intelligibilem. Et omnino ait ſecũdo quarti & tertio undecimi Philoſophiæ, αἴτια (ſicut oppoſita & comparata) eſſe τοῦ ὄντος πρώτας διαφορὰς, εἴδη καὶ καθ' αὑτὰ πάθη, entis primas differentias & ſpecies & affectiones per ſe: idemque de omnibus Dialecticæ locis omnino dicendum, ut eſt octavo capite primi Elenchorum: οὗτοι γὰρ κοινοὶ πρὸς ἅπασαν τέχνην καὶ δύναμιν. hi namque communes ſunt ad omnem artem & facultatem. Ergo materiæ conſideratio phyſicis artibus multó communior & generalior eſt. quod pauló diligentiús admonendum P. Ramus cenſuit; ne quis hujus loci ſenſum ad res corporeas ſolúm, & manibus tractabiles, attinere exiſtimaret. Atque hîc ad laudem præſentis de materia topici, judicium Ariſtotelis animadvertendum eſt: qui majore ſtudio poſſeſſionem hujus doctrinæ affectavit, quám avarus quiſquam pecuniã ullam concupivit. Antea in doctrina efficientis cauſſæ, veteres philoſophos inexercitatis pugilibus & apalæſtris comparavit: in conſtituenda autem materiæ doctrina appellat ἀγροικοτέρους, id eſt agreſtiores, & puerorum in cunis balbutientium perſimiles. Materies veró efficientem ſequi debet: ab hac enim ſæpe efficitur, aut certé dolatur ac præparatur, ut eſt 2.cap.2.Phyſici. ἐπεὶ καὶ ποιοῦσιν αἱ τέχναι τὴν ὕλην: αἱ μὲν

Ignoſce] Cicero fingit per proſopopœiam, filium aliquem imprudentia lapſum, & iccirco veniam facti ſui á patre deprecantem; tanquam non ſponte, ſed fortuito aliquo caſu deliquerit.

Fortuna] Fortuna, eſt ibidem Ariſtoteli quiddam παράλογον, ἀόριστον, ἀβέβαιον, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἄδηλον, improvidum, incertum, dubiũ, humano judicio ambiguum: ejuſque efficientiam ignoratio cauſſarum confinxit. Fortuna enim, nullius per ſe cauſſa eſt: ſed eventus, quem fortuitum dicimus, cauſſa quædam certa eſt, licet humanæ menti ignota: ὡς θεῖόν τι οὖσα καὶ δαιμονιώτερον, ut divinum quiddam & beatum; ut eſt 4.cap.2.Phyſici.

Nullum numen] Hoc eſt, Si intelligimus rerum cauſſas; videmus, omnia divino cõſilio & prudentia regi & gubernari: ſed quia eas frequenter ignoramus, ideo fortunę locum tribuimus, deamque vocamus. Sic Academici interdum Deum appellant, Fortunam; quód multa efficiat improviſa & inopinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſſarum; ut ait Cicero 1.Acad.

CAP. 6. De Materia.

MAteria, eſt cauſſa "ex qua res eſt. hoc argumento ficto apud Ovidium 2.Metamorph. Solis domus auro, pyropo, ebore, argento componitur:

"Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara, micãte auro, flammaſq; imitãte pyropo.
Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat:
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.

" Cæſ.1.Bell. civil."Imperat militibus Cæſar, ut
" naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus
" annis uſus Britanniæ docuerat: carinæ primúm
" ac ſtatumina ex levi materia fiebant, reliquum
" corpus navium viminibus contextum coriis in-
" tegebatur.

Ex qua] Materia ſic definitur ab Ariſt.3.cap. 2. Phyſic. ἐξ ὃ γίγνεταί τι ἐνυπάρχοντος, ex quo fit aliquid, cúm inſit. appellatur proprié ab Ariſtotele ὕλη, materia: aliquando ἀνάγκη, neceſſitas; quód ea neceſſarió concludatur; non abſoluta quidam neceſſitate, ſed ἐξ ὑποθέσεως. quia ſi res ſit, materiam eſſe neceſſe eſt: appellatur etiam interdum ὑποκείμενον, ſubjectum; ſed minùs proprié. Ut autem tota Dialectica eſt entis & non entis; ſic locus materiæ dialecticæ intelligendus eſt; non ſolúm de materia phyſica & ſenſili. Nam artium mente conceptarum materiam, præcepta dicimus: at in animo corporeum & ſenſile nihil eſt, quomodo Ariſtoteles ait in Philoſ.5. & 6. capitibus lib.1. á primis philoſophis ὕλην σωματικὴν, materiam corpoream; á Pythagora & Platone ἀσώματον, incorporeã conſtitui: & rurſus ibidem decimo ſeptimi, item ſexto octavi, duplicem eſſe ὕλην, τὴν μὲν αἰσθητὴν, τὴν δὲ νοητήν: materiam aliam quidem ſenſilem, aliam intelligibilem. Et omnino ait ſecũdo quarti & tertio undecimi Philoſophiæ, αἴτια (ſicut oppoſita & comparata) eſſe τοῦ ὄντος πρώτας διαφοράς, εἴδη καὶ καθ' αὑτὰ πάθη, entis primas differentias & ſpecies & affectiones per ſe: idemque de omnibus Dialecticæ locis omnino dicendum, ut eſt octavo capite primi Elenchorum: οὗτοι γὰρ κοινοὶ πρὸς ἅπασαν τέχνην καὶ δύναμιν. hi namque communes ſunt ad omnem artem & facultatem. Ergo materiæ conſideratio phyſicis artibus multó communior & generalior eſt. quod pauló diligentiús admonendum P. Ramus cenſuit; ne quis hujus loci ſenſum ad res corporeas ſolúm, & manibus tractabiles, attinere exiſtimaret. Atque hîc ad laudem præſentis de materia topici, judicium Ariſtotelis animadvertendum eſt: qui majore ſtudio poſſeſſionem hujus doctrinæ affectavit, quám avarus quiſquam pecuniã ullam concupivit. Antea in doctrina efficientis cauſſæ, veteres philoſophos inexercitatis pugilibus & apalæſtris comparavit: in conſtituenda autem materiæ doctrina appellat ἀγροικοτέρους, id eſt agreſtiores, & puerorum in cunis balbutientium perſimiles. Materies veró efficientem ſequi debet: ab hac enim ſæpe efficitur, aut certé dolatur ac præparatur, ut eſt 2.cap.2.Phyſici. ἐπεὶ καὶ ποιοῦσιν αἱ τέχναι τὴν ὕλην: αἱ μὲν

ma ſunt. trabes directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis diſtantes inter ſe binos pedes in ſolo collocantur: hæ revinciuntur introrſus, & multo aggere veſtiuntur: ea autem quæ diximus intervalla, grandibus in fronte ſaxis effarciuntur. his collocatis & coagmentatis, alius inſuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum ſervetur, neq; inter ſe cõtingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiis, ſingulæ ſingulis ſaxis interjectis arctè contineantur. ſic deinceps omne opus contexitur, dum juſta muri altitudo expleatur hoc cúm in ſpeciem varietatemque opus deforme non eſt, alternis trabibus ac ſaxis, quæ rectis lineis ſuos ordines ſervant: tum ad utilitatem & defenſionem urbium, ſummam habet opportunitatem, quod & ab incendio lapis & ab ariete materia defendit: quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerunque introrſus revincta, neque perrumpi, neque diſtrahi poteſt. Sic forma "Virgiliani portus explicatur Æneid. 1.

Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portum
Efficit objectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.
Hinc atq; hinc vaſtæ rupes geminiq; minantur
In cælum ſcopuli: quorum ſub vertice laté
Æquora tuta ſilent: tum ſylvis ſcena coruſcis
Deſuper, horrẽtiq; atrũ nemus imminet umbra
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendẽtibus antrũ:
Intus aquæ dulces, vivoque ſedilia ſaxo,
Nympharũ domus. hic feſſas nõ vincula naves
Ulla tenent: unco non alligat anchora morſu.

In forma] Duæ reliquæ ſpecies cauſſarum, commune genus unum habent; ſed quod revera ſit, nondum diſtinguere P. Ramus potuit. Forma definitur generaliter, non quidem phyſica illa tantúm, quæ corporearum rerum & materiatarum ſit: Nam forma logica,(ut materia) rerum omnium communis eſt; qua nempe res eſt idquod eſt: unde etiam fit ut á cæteris rebus differat. Formæ præcipua utilitas eſt unica, rem formare: unde diſtinctio á cæteris rebus ſequitur. hæc utilitas duplex proponitur 14. cap. 1. Topici: καὶ πρὸς τὸ γνωρίζειν τί ἐστιν ἕκαστον, & ad cognoſcendum quid eſt unumquodque; & ad rationem ταυτοῦ καὶ ἑτέρου, ejuſdem & diverſi. Priore ratione deſcribitur τὸ τί ἦν εἶναι, quod quid erat eſſe, ut 11. cap. 1. Poſt. λόγος τῆς οὐσίας ratio eſſentiæ, ut 1. cap. 1. de ortu Animalium: οὐσία τοῦ πράγματος, eſſentia rei, ut 7. cap. 1. Philoſ. λόγος εἰδικὸς καὶ οὐσιώδης, ratio ſpecifica & eſſentialis, ut 4. cap. 4. lib. Philoſ. εἰδοποιὸς, συμπληρωτικὸς, συστατικὸς, ſpecifica, completiva, cōſtitutiva; ut apud Porphyrium. Appellatur veró etiã μορφὴ καὶ λόγος, forma & ratio perſæpe: interdum etiam εἶδος καὶ παράδειγμα, ſpecies & exemplar, ut 2. cap. 5. Philoſ. Rationis ſecundæ utilitas deſcribitur á Porphyrio διαιρετικὴ, quia ſpecies generis alias ab aliis dividit & diſtinguit: & appellatur tum proprié διαφορὰ, differentia. Et ſic hoc nomē ὁμοιότητι, ſimilitudini opponitur, primi Topici cap. 11. & 14. & é quatuor inſtrumentis communibus, duo fiunt illic ab Ariſtotele, ſimilitudo & differentia.

Ingeneratur] Forma ſola de cauſſis, ὁμόγονος eſt, ſimul congenita; ut ſcribit Ariſtoteles 11. cap. 2. Poſt. In quo ſané id eſt animadvertendum, quód materia modo quodam efficitur ab efficiente: at forma penitus efficitur, eſtque revera effectus efficientis: & cúm architectus domum ædificat, facit domus materiam, dolando poliendoq; parte aliqua: ſed formam penitus efficit. veruntamen forma facta, longé plus adfert ad eſſentiã rei, quám materia: Eſt enim ipſamet eſſentia, aut certé præcipua pars eſſentiæ. Quemadmodũ veró cognitio formarum, ſcientiã perfectam & abſolutam efficit; ita homini perdifficilis eſt. qua de cauſſa Timæus apud Platonem ait; perpaucos homines, veræ intelligentiæ eſſe participes. Communi

quidem

quidem ratione & definitione intelligimus, eſſe rerum formas: at quid ſingularis & unaquæque forma ſit (ut leonis, equi, arboris) ab hominibus ignoratur: & ſi cognoſcitur (ut corporis humani, ut navis) vix multis rebus collectis exprimitur. Quapropter veteres philoſophi hîc valde fuerunt occupati, non in logica generalis argumenti definitione; ſed in effigie. Pythagoras & Pythagorëi dixerunt; τὰ ὄντα, entia, μιμήσεις καὶ ὁμοιώματα, imitationes & ſimilitudines eſſe numerorũ: καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων; & numerum, eſſe eſſentiam omnium. Plato pauló ſecus docuit; res quidem non eſſe imitationes numerorum, ſed idearum μεθέξεις, communicationes: ut communicatione, multa ſint ſymbola idëis homonyma; ut author eſt Ariſtoteles primo libro Philoſophiæ. Atqui in doctrina formæ, vindiciæ Ariſtoteli adverſus antiquos philoſophos non defuere. Pythagorëi (ait in Philoſophia 5. & 6. cap. lib. 1.) λίαν ἁπλῶς ἐπραγματεύσαν, valde ſimpliciter & imperité id egerunt: Platonem veró per ſua παραδείγματα καὶ εἰκόνας, exemplaria & imagines idearũ, ait κενολογεῖν, καὶ ποιητικὰς μεταφορὰς λέγειν: nugari, & poëticas metaphoras loqui. Denique formam, ait, σαφῶς μὲν οὐδεὶς ἀποδέδωκεν, perſpicué nullus expoſuit. amavit nempe philoſophus hic noſter, laudis hujus etiam patrimonium.

Muri] Ut ſuperiora, efficientis & materiæ exempla; ſic ſequentia, formæ & finis, quamvis unicum argumentum, multis tamen verbis arguunt & interpretantur. In Cæſaris exemplo, eſt etiam materia; in trabibus, aggere, ſaxis: eſt etiam finis; ad propugnationem urbium: ſed forma ipſa, é materiæ perpetua diſpoſitione atque ordine, graphicé informatur; nec feré in exemplo ullo materiam ſolam deprehendes.

Virgiliani] Forma portus á Virgilio talis affingitur, qualis omnino poſſit optari, non qualis revera ſit: Servius talem portum ait fuiſſe Carthaginis novæ in Hiſpania, nec uſquam eſſe in Africa. Pari veró elegantia portus pingitur; é ſinu, inſula, rupibus, ſcopulis, nemore, aqua dulci, ſedilibus: & finis etiã attingitur; quód hîc & naves, & nautæ recreentur.

CAP. 8. De Fine.

Finis, eſt cauſſa″cujus gratia res eſt. ″Phyſicis rebus finis homo propoſitus eſt: ″ homini Deus. Omnium artium eſt aliquod ″ſummum bonũ & finis extremus, ut Grammaticæ, bene loqui: Rhetoricæ bene dicere: Logicæ, bene diſſerere.″Juno 1. Æneidos, connubii finem aſſumit, cúm Æolo Deiopejam pollicetur, ſolatii ſcilicet proliſque gratia.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ:
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopejam
Connubio jungam ſtabili propriamq; dicabo:
Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

In defenſione Ligarii, Cicero Tuberonem accuſatorem urget, cúm armorum contra Cæ-
» ſarem ſuſceptorum finem premit. Et certé (ait)
» contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus.
» ″Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie
» Pharſalica gladius agebat? cujus latus ille mucro
» petebat? quis ſenſus erat armorum tuorum? quæ
» tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupie-
» bas? quid optabas?

Cujus gratia] Finis definitur ab Ariſtotele 11. cap. 2. Poſteriorum, τὸ τίνος ἕνεκα, id cujus gratia: & 3. cap. 2. Phyſici, τὸ τέλος, τῦτο δ᾽ ἐςὶ τὸ ȣ̃ ἕνεκα: : finis, eſt id cujus gratia. quomodo & Plato ante eum locutus erat. appellat etiam Ariſtoteles αἴτιον τελικὸν, cauſſam finalem. Axioma illud 2. cap. 1. Poſt. videtur loci hujus eſſe, δι᾽ ὃ ὑπάρχει ἕκαςον, ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει. propter quod eſt unumquodque tale, illud magis. hæc definitio eſt generalis, & nomen generale: tamen Ariſtoteles videtur duas ſpecies finis efficere,

efficere;dum modó materiæ finem appellat formam:modó totius rei compoſitæ finem id dicit, cujus gratia facta ſit. Ariſtoteli igitur finis, eſt forma ipſa, cujus gratia materia dolatur, reque ipſa tandem abſolvitur ac finitur: atque ut ab efficiente effectum, á materia materiatum, á forma formatum, ſic á fine finitum quidlibet intelligitur. ſed tamen quomodo finis ſit duplex, Ariſtoteles ait 2. capite 2. Phyſici. Atqui nos utimur, tanquam noſtri gra- «
tia ſint omnia: ſumus enim quodammodo & nos finis: «
dupliciter enim cujus gratia. Hîc duplex finis ab Ariſto- «
tele proponitur; neque tamen definitur aut nominatur.
Nominatur autem 4. cap. 2. de Anima: διττῶς δὲ τὸ οὗ ἕνεκα: «
τὸ μὲν οὗ, καὶ τὸ ᾧ. Dupliciter autem Cujus gratia: & Cujus, «
& Cui. Simplicius autem in 2. cap. 2. Phyſici ait: τὸ τέλος, τὸ οὗ ἕνεκα, τὸ δὲ ᾧ: finis, alius eſt Cujus gratia; alius autem Cui: Ut forma domus, eſt finis, cujus gratia architectus materiam comparavit: at uſus domus, eſt cuſtodia rerum, & tutela domini adverſus quaſlibet externas injurias. Atqui finis ille formalis, aut forma illa finalis, licet tam ſit rerum omnium communis, quám eſt ipſa forma, á qua nunquã re ipſa ſeparatur: attamẽ quia diſtinctũ cauſſę genus nullũ adfert, nõ eſt admodũ propoſitus neq; tractatus pro logica cauſſa. Alter autem finis, qui eſt in uſu & energia formæ, Philoponi ſententia eſt abſolutiſſimus; in uſu quippe hominum. Enimvero feré quoties quamobrem, aut cujus gratia quidpiam factum, aut fiat, interrogatur; finis hic ſecundus intelligitur: nec habetur illius diſtinctionis ratio, Cujus & Cui. ſed omnino Cujus gratia, finem iſtum intelligimus: laudeſq; ſummæ, per Ariſtotelem fini tributæ, de hoc fine intelligũtur: & quidem nomine Cujus gratia: ſic enim Ariſtoteles 1. cap. 1. de Partib. animalium, cúm de præſtantia cauſſarum philoſophatur: φαίνεται δὲ «
πρώτη, ἣν λέγομεν ἕνεκά τινος, λόγος γὰρ οὗτος. Videtur au- «
tem prima, quam dicimus Gratia cujus: hæc enim ratio «
eſt. & 2. cap. 5. Philoſophiæ, τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα, βέλτιστον, καὶ τέ- «
λος τῶν ἄλλων ἐθέλει εἶναι. Ipſum cujus gratia, eſt optimũ; & «
finis eſt aliarum cauſſarum. his igitur locis Ariſtoteles finem ait eſſe & primam cauſſarum, & optimam cauſſarum, & cauſſam denique cauſſarum. Itaque ſi quis finem

extenuate viſus eſt;aut dicere, non eſſe communem artium rerumque omnium;ut Ariſtippus,& quidam ſophiſtæ (ut eſt in Philoſophia 2.cap.3.lib.) qui in Mathematicis dicebant per finem & ſummi boni rationem, nihil demonſtrari; Ariſtoteles illis acriter reſiſtit: Qui hoc dicunt (ait in Philoſophia 3.cap.lib.13.) mentiuntur: Demonſtrant enim mathematicæ per finem & ſummi boni rationem: Non enim quia non nominant,dummodo opera reſque demonſtrant, ideo de bono nihil dicunt: Pulchri autem præſtantiſſimæ ſpecies ſunt τάξις, καὶ συμμετρία, καὶ τὸ ὡρισμένον; ordo & ſymmetria & definitum; quæ maximé demonſtrantur á mathematicis ſcientiis. Quare videmus,quanto ſtudio Ariſtoteles cauſſam hanc finalem extulerit. Itaque tam præclaré exornatum patrimonium cauſſæ hujus,ut antea cæterarum cauſſarum, ſibi ab antiquis philoſophis vindicavit 6.cap.1.Philoſophiæ. Id veró cujus gratia actiones & mutationes & motus fiunt, quodammodo dicunt cauſſam: ſic autem non dicunt, neque quomodo res ipſa poſtulat. Veruntamen hic ſecundus finis,tam magnificé commendatus,tam ſtudioſé vel ambitioſé potiús á philoſopho vindicatus, P. Ramum valde anxium & ſuſpenſum tenuit, ut pené logicum ei nihil híc videretur: Nam quomodo logicum;& omnis entis & non entis commune dicetur, quod ſit ſpeciale, & unius certæ ſpeciei, id eſt Dei & hominis proprium? Ariſtoteles enim 11. cap. 2. Poſterior. ait, eſſe ἐν τῇ διανοίᾳ, in ratiocinatione: quam in Phyſicis ipſam appellat προαίρεσιν, deliberationem: quin 9. cap.2. Phyſici affirmat, talem finem eſſe principium, οὐ τῆς πράξεως, ἀλλὰ τοῦ λογισμοῦ, non actionis ſed ratiocinationis: ut finis, cauſſa ſit rei hactenus, dum ratiocinationis perſuaſio quædam efficientem movet. Ariſtoteles denique opponit ei αὐτόματον, fortuitum & temerarium: ut finis, circumſtantia quædam videatur eſſe cauſſæ efficientis per ſe, nempe aut conſilio & natura, aut per accidens. Quod ſi ſit;certé talis finis, logicum genus cauſſæ non videatur, commune omnis entis & non entis; cúm ſit ſpeciale & proprium unius cujuſdam entis, nempe utentis deliberatione & ratiocinatione. Deinde ſi ἐνέργεια illa formæ, ſi factæ rei uſus ſpectetur; talis finis, cauſſa

rei

rei factæ nequaquam videatur; cúm poſtrem factam accidat;ſitque tempore poſterior & efficiente, & materia,& forma.Hæc ſunt quæ contra ſecundum finem pugnare P. Ramo videbantur:neque talis nodi ſolutio adhuc ulla ſatis idonea occurrit, ſicut antea de cauſſa per accidens: hoc enim in categoria cauſſarum indiſſolubile alterum videatur.Et utrunque ex eadem circunſtantia,per ſe & per accidens.Verumenimvero falſus P. Ramo videbatur uterque locus ille, qui fini & προαίρεσιν & λογισμὸν tribuit: præſertim cúm Ariſtoteles ipſe 8.cap.2. Phyſic.diſſerat,naturam certo fine agere, & tamen non deliberare. Hæc enim prolixa eſt illius capitis diſputatio.Neque porró abſoluta perfectaque authori dominoque ſuo res eſt qua nondum potiatur. Et finem efficienti propoſitum eſſe, id eſt cauſſam cum alia cauſſa concurrere, nihil alienum videatur.Quare cúm cauſſa definiatur,cujus vi aliquid eſt,& vi finis præcipué res ſit:ideo finem inter genera cauſſarum P.Ramus retinuit,& ſuo cultu exornavit.

Phyſicis rebus] Illud eſt Ariſtotelis antea jam citatum é 2.cap.2.Phyſici,quód homo,ſit finis omnium.

Homini Deus] Platonis illud eſt in multis locis, ſed 7. de Repub.præcipué.

Summum bonum]Id antea docuit Ariſtoteles, cúm dixit,finem eſſe optimam cauſſam. & 3.cap.8.Politici ait, τὴν εὐπραξίαν,id eſt optimam actionem, eſſe ſummum finem omnium virtutum,non ſolúm in actione,ſed in animi cõtemplatione poſitarum:finis ſiquidem,eſt actio; & hujus gratia, facultas adhibetur.

Juno]Fictio poëtica eſt non entis, ut ſuperiora feré exempla:Juno autem aër eſt,& Æoliæ inſulæ ſeptem, prope Italiam,ventoſiſſimæ:νύμφη lympha dicitur,mutato ν in λ. hinc igitur regina aëris,& Æolus rex ventorum;& Nympha ei promittitur,quia venti aquis aut excitantur, aut ſedantur.In hoc autem exemplo, forma quædam connubii eſt,ex ſtabilitate & proprietate dicatæ uxoris.

Quid enim]Hoc exemplum variis laudibus ornatum eſt,& troporum & figurarum: ideoque citatum varié, variis locis,varia de cauſſa;modó propter tropos illos audaces, tribuentes animam rei inanimatæ: modó propter a-

naphoram, quid, quid: modò propter epiſtrophen, agebat, petebat, cupiebas, optabas: modò propter polyptotō, quid, cujus, quæ: tum propter apoſtrophen & interrogationem λογισμοῦ: deniq; propter finis argumentum.

CAP. 9. De Effectis.

EFfectum, eſt quod è cauſſis exiſtit. ſive igitur gignatur, ſive corrumpatur, ſive modo quolibet moveatur quidlibet, hìc motus & res motu facta, effectum dicitur. hujus loci ſunt laudes & vituperationes: quarum pleni ſunt libri ſacri & profani. Æneid. 6. facta variorum populorum comparantur ad nominis Romani laudem:

Excudent alii ſpirantia molliùs æra:
Credo equidē, ducent vivos de marmore vultus:
Orabunt cauſſas meliùs, caliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento:
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Huc dicta ſcriptaque referenda ſunt. Pericles & Hortenſius, bene dicēdi laude celebrantur: eodemq; argumento Demoſthenes & Cicero etiam bene ſcribendi. Ad hunc etiam locum referuntur conſilia & deliberationes etiamſi omnino ad exitum perductæ non fuerint. Parmenio & Philotas morte mulctati ſunt, quia conjurationis in Alexandrum eſſent ſuſpecti, ut Curtius & Arrianus meminerunt. De Lentulo & Cethego, aliiſque Catilinæ popularibus, Romani Senatus judicio ſupplicium ſumptum

ptum eſt. Sunt etiam effecta virtutum & vitiorum. Horatius hoc modo ebrietatis effecta deſcribit:

" Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,
Spes jubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes:
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Effectum] Categoria cauſſarum locuples & copioſa fuit in Topicis quatuor generum; efficientis & materiæ, formæ & finis: Categoria effectorum ſequitur, genere quidem logico individua; attamen uſu longé copioſiſſima. hoc argumentum in Philoſophia Ariſtotelis dicitur proprié αἰτιατὸν: & latiné, ſi uſus pateretur, item proprié diceretur cauſſatum. dicitur etiam πρᾶξις, ἔργον, ἐνέργεια, ποίησις, γένεσις, κίνησις: actio, opus, actus, effectio, generatio, motus. Latinis effectum, effectus, eventum, eventus: Sed effectus vel effectum, ſi nomen ſpectes, proprié ad efficientem cauſſam refertur. & ſané Latinis, (ut Ciceroni in Topicis & Partitionibus) unicum eſt cauſſarum genus, in efficientibus; ut antea dictum eſt; ut effectus efficientibus, tanquam cauſſis omnibus inde reſpondeat: quanquam & finis incitat ad agendum, & forma materiaque conſtituunt. Itaque effectum, de cauſſis omnibus exiſtit. ac quamvis nomen, generis unius originem referat; tamen quia omnium communem uſum obtinuit, retineatur; & effectum, tanquam αἰτιατὸν cauſſatum intelligatur. Verumenimvero ut cauſſarum locus infinita tautologia in omnem pené philoſophiam effuſus eſt; ſic effectorum locus latiſſimé eſt diſperſus: atque ut in illa Categoria, labor P. Rami perſpectus eſt in colligendis tot frugibus; & expurgandis & loco Ariſtoteleis legibus imperato, recondendis: ſic erit effectorum categoria. Primúm é decem categoriis, una Ariſtotelis eſt in actione & paſſione: in Poſterioribus conjuncté tractatur: Effectorum locus cum cauſſis, in Topicis parciſſi-

mé citatur:bis nempe:ſemel tertio, & iterum ſexto. At locus hic, ſex pené totos extremos phyſicæ Auſcultationis libros nomine motus, occupavit. Quamobrem Ariſtoteleam P. Rami agriculturam attendamus: ut tautologias tam multiplices repreſſerit, qua falce tam multas ſpinas amputarit. Enimvero generalis eſt effectorum locus, ut in toto Organo proponitur: Itaque ad Ariſtotelis legem καθόλου πρῶτον, ſemel & generaliter eſt proponendus. Sed de phyſicis motibus, res P. Ramo fuit multó difficilior; quia rem phyſicā, non logicā complecti videantur: capita ſummatim híc attingam. Primúm definitio motus, quæ tamen accuratiſſima videtur, in Phyſicis totam rem turbavit. Definitur 2.cap.3. Phyſici, ἐντελέχεια τοῦ δυνάμει ὄντος
» ᾗ τοιοῦτον. item τοῦ δυνατοῦ, ᾗ δυνατόν. item τοῦ κινητοῦ ᾗ κινη-
» τόν. motus, eſt actus potentia entis, quatenus tale: poſſibi-
» lis, quatenus poſſibile: mobilis, quatenus mobile. qualis nempe motus ſit in procreatione arboris initio ab imperfectæ radicis germine, ad truncum & ramos progreſſio. At ἐντελέχεια, ſi perfectio ſit, ut eſt in Ariſtotelis Philoſ. nempe idem quod ἐνέργεια καὶ τελείωσις: non poteſt huic itioni ab imperfecto ad perfectum convenire: Sin autem ἐντελέχεια, ſit idem quod progreſſio ab imperfecto ad perfectum, ut Ariſtoteli ibidem dicitur ἐνέργεια ἀτελὴς, actus imperfectus; nihil aliud erit ἐντελέχεια, quám κίνησις: totaque hæc definitio, non aliud ſignificabit, quám motus, eſt motus mobilis quatenus mobile: nec omnino quicquam definiet. Ergo labor Ariſtotelis, in colligendis & cumulandis Phyſicorum veterum commentis & placitis defatigati, magnus híc apparet: principia logica, leges, iudicia illa ſumma, non apparent. Itaque P. Ramus defatigato ſuccurrit; idque facit, quod Ariſtoteles optavit feciſſe: Definitionem iſtam nihil definientem é medio tollit: motumque, idem quod effectum, facit: Idque de theſauris Ariſtoteleæ bibliothecæ, P. Ramus item deſumpſit. Cauſſa efficiens & movens, idem eſt; ut antea ex Ariſtotele patuit: ſic enim principium motus eſt 3.cap.2. Phyſici. & 2. cap. 5. Philoſophiæ: ergo motus, eſt effectus cauſſæ efficientis. Item agere & pati, eſt idem Ariſtoteli 3.cap. 3. Phyſici, ſæpeque aliás, quod movere & moveri: Ergo, ait P. Ramus,

Ramus) Ariſtotelis ſententia, actio & motus, idem eſt. Atqui hæc etiam effectus ſeu motus doctrina, logica eſt, nõ phyſica: Ariſtoteles enim quæſtionem hanc, Utrúm movere & moveri, ſit idem quod agere & pati, ἀπορίαν λογικὴν, quæſtionem logicam nominat 3. cap. 3. Phyſici: diſputatque actionem & paſſionem, motũ eſſe unicum, ratione tantúm differentem: ut motus idem, eſt in magiſtro δίδαξις doctrina; in auditore μάθησις diſciplina: eademque via eſt Thebis Athenas, & Athenis Thebas. denique dubitat, Utrúm eodem nomine, actio paſſioq; poſſit appellari: neq; putat, propter ὁμωνυμίαν:: idque recté: Effectus enim, eſt adjunctum patientis. Sed eadem res duobus in Logica ipſa locis longé teſtatior eſt: primo, ubi agere & pati, id eſt movere & moveri, de categoriis decem una efficitur: ſecundo, ad finem Categoriarum, caput præcipuum de motu, deque motus generibus, in Dialectica proponitur, & differentiæ ipſorum inter ſe contrariæ explicantur. Quare tot teſtimoniis videmus doctrinam motus eſſe logicam. Sed tamen argumẽtum in eadem Ariſtotelis bibliotheca etiam contrarium eſt 1. cap. 3. Phyſici; quód φύσις, id eſt natura, ſit principium motus; ideoque ſit Phyſici, de motu præcipere. Atqui (ait P. Ramus) φύσις quę proponitur philoſophiæ corporum naturalium, nõ erat definienda principiũ motus: hæc enim definitio, eſt logica definitio cauſſæ efficientis, ut definitur 2. Phyſico, & in Philoſophia 2. cap. 5. lib. Quamobrem videmus, ut Ariſtoteléis argumentis & inſtrumẽtis, logicus hic locus á P. Ramo expurgetur, ut motus neque recté definitus, neq; juſté Phyſicis attributus: Sed ſaxum híc multó durius eſt, de generibus motuum; quæ nullam doctrinæ micam habere P. Ramus aſſerit: utque efficientem, materiam, formam, finem; ſic effectum ſpecie individuum facit. Ergo quæſtio hæc diligenter eſt attendenda. Ariſtoteles primo capite tertii Phyſici ait, quot ſpecies ſunt entis, tot eſſe ſpecies motus: entis ««
autem ſpecies quatuor eſſe; ſubſtantiam, quantitatẽ, qua- ««
litatem, locum: quare motus item quatuor eſſe ſpecies; in ««
ſubſtantia, formam & privationem: in quantitate, perfe- ««
ctum imperfectum: in qualitate, album nigrum: in loco, ««
ſuprá infrá: alibi motus iſtos appellat perſpicuis nomini- ««

bus: γένεσιν, φθορὰν, αὔξησιν, μείωσιν, ἀλλοίωσιν, τὴν κατὰ τόπον μεταβολὴν: ortum, interitum, accretionem, imminutionem, alterationem, ſecundum locum mutationem. Quid igitur P. Ramus ad hunc Ariſtotelis ſyllogiſmum? ſané utrique parti reſiſtit; & ait, verum non eſſe, adjuncti genera ex ſubjecto requirere: nec hominum genera, é ſolis & terris ab homine habitatis probé & logicé dividi in Britannos, Hiſpanos, Gallos, Germanos, Italos, & infinita ejuſmodi genera: ſic neque genera motus commodé recenſeri é generibus entium, non á quibus fiant, ſed quibus accidant. Atque ita pars iſta ſyllogiſmi, ut captioſa refellitur: neque veró reliqua, minús eſt aliena. Quatuor ſpecies entis hic Meliſſus, aut Zeno (neſcio quis) dixerat: ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, locũ. At (inquit P. Ramus) categoriæ, vel (ut Ariſtoteles loquitur) ſpecies entis, ſunt in Logicis decem: item 2. cap. 1. Phyſici, entis genera tria fiunt; ſubſtantia, quantitas; qualitas; locus autem non adhibetur. item 1. cap. 5. Phyſ. primum genus motuũ horum rejicitur; & tria tantúm genera retinentur; quantitatis, qualitatis, loci: denique in prima Philoſophia, primæ entis ſpecies & differentiæ longé diſſimiliter appellantur; cauſæ, comparata, totaque logicæ inventionis genera. Quapropter altera pars ſyllogiſmi, philoſophorum in Ariſtotelis bibliothecam collectorum magnam inconſtantiam & contradictionem arguit; unde entium quadripartitam diviſionem, leviſſimam eſſe conſtat. Quare ſyllogiſmi hujus & propoſitio & aſſumptio, multis modis captioſæ ſunt; & veris in bibliotheca Ariſtotelis authoritatibus abunde confutatæ. Quopropter ubicunque cauſſæ concurrent ad aliquid efficiendum; effectio illa erit motus; ſive ſubſtantia, ſive quantitas, ſive qualitas, ſive quidlibet aliud gignatur; ſive etiam quod nõ ſit, é fictis cauſſis comminiſcamur, motus erit. generationi autem, corruptio ejus ex quo res nova fit, annexa eſt: ut in ſubſtantia, cúm generatur ſeges, ſemen corrumpitur: Sic accretio, eſt generatio majoris quantitatis, & corruptio quædam priſtini generis: ſic alteratio, eſt caloris, frigoris, aut qualitatis cujuſlibet novæ generatio, & corruptio priſtinæ: Progreſſio, eſt generatio quædam novi loci, mutatio corruptioque priſtini.

priſtini. Sed hoc Scholæ P. Rami phyſicæ, uberiús & pleniús explicabunt. Itaque ut efficientis, materiæ, formæ, finis conſideratio, generalis eſt; per omne & ens & non ens communiter diſperſa; ſic effectorum ſeu motuum & doctrina & uſus, de factis, dictis, conſiliis, omnibuſque corporis vel animi vel utriuſque eventis, eſt intelligenda: Sic motus grammaticus erit, declinare nomina, conjugare verba, utraque connectere, pronuntiare & ſcribere, & ſimiliter in cæteris artibus: deniq; movere & efficere, idem eſt: Itaque motus & effectus, idem: ſed nomine effectus, non ſolúm actio ipſa, ſed opus etiam actione perfectum híc intelligitur.

Laudes] Laus Cæſaris pro Marcello, Pompeji in Maniliana ſuaſione, vituperatio Piſonis & Clodii in orationibus in Piſonem, & pro Domo ſua, hinc feré ſunt aſſumptæ.

Excudent] Facta diverſorum populorum híc comparantur ad laudem Romani nominis: Corinthii æra, Parii marmora, Babylonii & Ægyptii aſtra perfectiús exercuerunt: Romani politicam diſciplinam.

Dicta] Effectorum, (ut dixi) ſpecies nullæ ſunt veræ; attamen modi quidam ſubjectis exemplis ſunt diverſi; ut dicta, ſcripta, & conſilia.

Pericles] In cujus labris veteres Comici, etiam cúm ei maledicerent (quod tum Athenis fieri licebat) dixerunt leporem habitaſſe, ut eſt Oratorio primo; vel πειθὼ ſuadendi deam ſeſſitaviſſe, ut eſt in Bruto. Ideoque ab Ariſtophane poëta dictus eſt fulgurare, tonare, permiſcere Græciam. At nihil poſteritati manſuriſque mox literis reliquit, ait Quintil. lib. 12. cap. 10. Hortenſius ante Ciceronem rex eloquentiæ habitus eſt: & poſtea Ciceroni, quoad vixit, ſecundus: at ejus ſcripta, longé intra famam fuerunt, ait Quintil. lib. 11. cap. 3. Demoſthenis autẽ & Ciceronis laus eſt utraque bene dicendi; tum voce, tum ſcripto.

Morte mulctari] Philotas filius anté lapidibus eſt obrutus: deinde Parmenio pater trucidatus. Quintus Curtius, de rebus geſtis Alexandri ſcripſit latiné libros decem; & in ſexto habet hanc hiſtoriam. Arrianus ſcripſit octo græcé; qui latiné etiam converſi ſunt: in quorum tertio, hanc hiſtoriam complexus eſt. Lentuli autem &

Cethegi hiſtoria,eſt in Salluſtio, & Catilinariis orationibus Ciceronis.

Quid non]Locus Horatii,eſt primo libro epiſtolarum, in epiſtola ad Torquatum ; cauſſæque illæ ebrietatis antecedunt,

—potare,& ſpargere flores
Incipiam,patiarq; vel inconſultus haberi.

Hic veró ſeptem ebrietatis effecta numerantur; quód arcana detegat, quód ſtulté confidentes & temere audaces faciat, quód ex animis ſcrupulum omnem evellat & eximat,quód ſapientiæ fatuam opinionem adferat, quód garrulos & loquaces efficiat, quód in ſumma paupertate diſſolutos & prodigos reddat. Atque hæc de cauſſarum & effectorum argumento:quod é cauſſis ad effecta, dicitur Ariſtoteli διότι καὶ διὰ τί,propter quid:contrá ex effectis ad cauſſas, dicitur ὅτι, quia:& illa, quám hæc, probatio & explicatio longé præſtâtior eſt & excellentior.itaq; circulus mutuæ affectionis hic magnus eſt; ſed ſemicirculus, ille,clarior multó atq; illuſtrior.

CAP. 10. De Subjecto.

ARgumentum modo quodam conſentaneum ſuccedit, ut ſubjectum & adjunctum. Subjectum eſt, cui aliquid adjungitur. Anima, eſt ſubjectum ſcientiæ, ignorantiæ, virtutis,vitii: Corpus, ſanitatis, morbi,roboris, infirmitatis, pulchritudinis, deformitatis. Homo, ſubjectum eſt divitiarum, paupertatis,honoris,infamiæ, veſtitus, comitatus. "Locus, eſt †ſpatium rei locatæ. Sic philoſophi divinis entibus, licet parte & magnitudine carentibus, attribuunt locum. "Sic Geometræ, locum locique differentias in rebus geometricis:ſic" Phyſici etiam multó diligentiús, in rebus phyſicis conſiderant, in mundo, in elementis ſimplicibus,

† *al. ſubjectum.*

bus, in rebus compoſitis. Sic Virgilius in Georgicis ſuum quemque propoſitis rebus locum deligendum admonet, ut ſegetibus, arboribus, vitibus, paſcuis:

At prius ignotũ ferro quàm ſcindimus æquor,
Ventos, & varium cæli prædiſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultuſq; habituſq; locorum:
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recu-
Hîc ſegetes, illic veniunt feliciùs uvæ: (ſet.
Arborei fœtus alibi, atq; injuſſa vireſcunt
Gramina.----

Senſilia ſenſuum, & res virtutibus ac vitiis propoſitæ, ſubjecta virtutum & vitiorum hoc modo nominantur. Color, eſt ſubjectum viſus: ſonus, ſubjectum auditus: quia hi ſenſus in his ſenſilibus occupantur & exercentur. Virtutes & vitia declarantur in Ethicis hoc argumẽto: temperantia & intemperantia, voluptate: magnanimitas & ignavia, periculo: liberalitas & avaritia, divitiis. Sic res numerabilis, Arithmeticæ: menſurabilis, Geometriæ ſubjicitur. Ejuſmodi ſubjecto Cicero ſecunda Agraria diſputat, inter Campanos nullam contentionẽ eſſe, quia nullus ſit honor: Non gloriæ cupiditate (ait) efferebantur, propterea quód ubi honos publicé non eſt, ibi gloriȩ cupiditas eſſe non poteſt: non contentione nec ambitione diſcordes: nihil enim ſupererat, de quo certarent: nihil quod contrá peterent, nihil ubi diſſiderẽt. Eodem argumento á Propertio dictum eſt,

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, paſtor oves.

Argumentum modo] Duæ ſuperiores categoriæ, (cauſſæ & effecti) latiſſimos fines & tautologias immenſas in tota Ariſtotelis bibliotheca habuere: duæ quæ ſequuntur, ſubjecti & adjuncti, permagnum item campum conſimilis obſcuritatis efficiunt. Categoremata Porphyrii, hanc partitionem obſcuriús indicant: accidentis enim nomine, adjuncta apertiús comprehenduntur: ſpeciei autem nomine, ſubjectum obſcuratur; cùm á Porphyrio ſpeciei propriũ dicitur accidere; ſed impropriè; cúm ſpecies, tantúm referatur ad genus. In capite de accidente, ὑποκείμενον ſubjectum propriè accidenti opponitur: In Categoriis, partitio eadem ſubjecti & adjuncti pauló ſecus comprehenditur; tanquam ſubſtantia una, ſubjecta ſit omnibus accidentibus novem reliquarum Categoriarum. nomen ipſum, ὑποκείμενον, interdum ſic uſurpatur: In Analyticis poſterioribus, ὑποκείμενον & συμβεβηκὸς, ſubjectum & accidens, diſtinctiús proponuntur: in Topicis, de accidente problema præcipué factum eſt; & duo libri, ſecundus & tertius, eó accommodati: In Phyſicis cap. 14. lib. 4. de loco & tempore fuerunt. quibus tautologiis tam multis intelligimus; Philoſophorum Logicorum, unde opera illa collecta ſunt, ingenia, ſeminibus partitionis hujus gravidata, parturiviſſe magis quám peperiſſe. Quapropter Ariſtotelea τȣ̃ καθόλȣ πρῶτον falce vehementer hîc opus eſt; ut res generalis, ſemel & generaliter doceatur; cætera toties iterata, amputentur. Ergo diligentiam P. Rami in obſervandis Ariſtotelis legibus & principiis, hîc agnoſcamus; de ſubjecto jam ſeparatim agamus. Subjecti locus, præter tautologias illas anté memoratas, iteratur in Topicis novies: Id non eſt catholicum. Ariſtoteles in Philoſophia 11. cap. 7. lib. docet, eſſentiam ſuis accidentibus eſſe priorem, λόγῳ, γνώσει, χρόνῳ, φύσει: ratione, notione, tempore, natura: quod generaliter de omni ſubjecto (ſi tamen omnìno verum ſit) queat intelligi. at ſubjectum proprio adjuncto quamvis & λόγῳ & γνώσει & φύσει, ſit prius & antiquius; attamen tempore prius non eſt.

Locus] Hæc definitio veteres philoſophos, atque in primis Ariſtotelem, novẽ totis capitibus primis quarti Phyſici, vehementer exercuit. Plato definierat χώραν καὶ διά-

στημα

στημα, regionem & ſpatium, quo res comprehenderentur: ut locus, non ſit tantúm ambitus locatæ rei, ſed totum interius ſpatium: cujus differentiæ ſunt non ſolúm in ambitu dextrum, ſiniſtrum; anté: póſt: ſed etiam ſurſum, deorſum; & loci medium denique intelligatur: quæ dicuntur Ariſtoteli 1. cap. 4. Phyſ. loci partes & ſpecies. 8. cap. 8. Phyſ. ἐναντιώσεις καὶ διαφοραὶ, contradictiones & differentiæ: quæ non tantúm conſtant θέσει πρὸς ἡμᾶς, ſitu quo ad nos: ſed etiam τῇ φύσει καὶ δυνάμει, natura & vi ſua. quo ad nos enim, ſitus mutatur; ſæpeque dextrum eſt nobis, quod erat ſiniſtrum. Itaque quamvis locus, ſit res plané logica, & ſpatii tantúm deſignatione conſtet; ſtabilis tamen eſt, & fixas habet differentias & immutabiles. & quamvis ἀντιμετάστασις, tranſmutatio rerum locatarum, vera ſit; loci tamen στάσις ἀμετακίνητος, ſtatus immutabilis, ab Ariſtotele defenditur. attamen non ſolúm conſtans illa fixaque loci deſignatio teneatur; ſed affirmetur etiam generalis & omnium rerum communis, id eſt logica loci conſideratio; quæ ſit etiam rerum incorporearum. Sic enim Ariſtoteles ait, Ubi, eſſe categoriam, & genus entis: & antea Locum ſpeciem entis: ſic 10. cap. 8. Phyſici, primi motoris, quem facit ἀμερῆ, ἀμεγέθη, ſine parte, ſine magnitudine, locum eſſe in ſuprema mundi ſuperficie: ſic idem 3. cap. 1. de Cælo, ait; conſenſu gentium, ſupremum locum mundi attributum Deo. Et certé ſi locus logicus, & ſola ſpatii deſignatione conſtans divinis entibus attribuatur; ut naturæ illæ ſint infinitę: ſic locus infinitus intelligetur: quomodo philoſophus ille dixit; Deum, ſphæram eſſe, cujus centrum eſſet ubique, peripheria nuſquam: neq; mirabilius fuerit, Deo locum, quám cauſſam, quám factum, quám quodlibet aliud logicũ tribuere: nec Logica tota eſſet entis & non entis, niſi quoque Dei eſſet. Ergo iſtam loci Dialecticam P. Ramus é novem capitum illorum ſepibus extraxit; & é legibus Ariſtotelis, á Phyſica ad Logicam retulit.

Sic Geometra] Ariſt. 6. cap. 1. de Generatione, Mathematicorũ ſe diſcipulũ profitetur in philoſophia de tactu & loco. Etenim Mathematicis conſimiliter de tactu & loco ſtatuendum; ſive ſit utrumq; ipſorum ſeparatũ, ſive ſecus.

Itaq; Ariſtoteles mathematicos magiſtros ſecutus, 1. cap. 6. Phyſici, tangere definit, quorum extrema ſunt ſimul: ſimul autem, quę ſunt in eodem loco. Tangant igitur (ait P. Ramus) peripheria & recta ſeſe: aut peripheriæ duæ; & concludatur, Ergo extrema puncta erunt in eodem loco. ſunt item lineæ in loco, ſunt ſuperficies in loco, nō corpora ſolúm: quin Geometria de planis tribus, triangulo, quadrato, ſexangulo; ſolidis duobus, pyramide & cubo, complentibus locum, citatur ab Ariſtotele 8. cap. 3. lib. de Cælo, & de figuris complētibus locum, P. Ramus accuratiùs in Geometria. Denique Ariſtoteles in Categoriis ait; proprium eſſe magnitudinis, partes habere alicubi ſitas: & Proclus ad 35. propoſitionem 1. Elementorum, cúm theoremata Geometriæ topica & localia ediſſerit: locum ait eſſe, parallelogrammi ſpatium inter duas parallelas comprehenſum. Quare geometricis rebus ſuus etiā locus eſt, tale nempe ſpatium: imó á ſolis geometricis rebus locus occupatur: lux, color, ac multó minús naturæ divinæ, locū nullum occupant; licet in loco dicantur eſſe: At magnitudines non ſolúm ſunt in loco, ſed occupant locum. neque duo corpora, ſimul eſſe poſſunt: at lux duplex, triplex, centuplex denique, in eodem loco poteſt eſſe; neque tamen locum occupare; quin alia lux in eodem loco, vel millies major eſſe poſſit. Quare magnitudo, eſt in loco; & locus, eſt ſpatium rei locatæ: & ſpatium quidem, ſola deſignatione conſtans. talis eſt tota cæli & aſtrorum poſitio & locatio, immutabili deſignatione conſtans in parallelis, meridianis, & cæteris circulis.

Phyſici] Locus in Phyſicis rebus minimé dubius eſt; & hac de re eſt 2. cap. 2. de Cælo, & ſæpe aliás. Atque hæc P. Rami confirmatio eſt, quód locus ſit ſpatium rei locatæ. Contraria in Ariſtotelis philoſophia doctrina etiam eſt, quód locus ſit terminus corporis comprehendentis, primus immobilis. quod, ſi de ſolo corporum phyſicorū loco diceretur; non eſſet tamē Ariſtotelis hac ipſa de re philoſophiæ conſentaneūm; qui mundani loci deorſum, collocat in centro mundi; & totum hoc ſpatium ab imo undiq; ſurſum, mundi locū facit. Quare definitio illa ita refellitur in Phyſicis: neq; tria argumenta Ariſtotelis contra Platonem

(quód

(quód locus non ſit ſpatium) multó valentiora ſunt : primó, quia locus ſit tantúm corporis: ſecundó, quia loca eſſent infinita: tertió, quia locus eſſet mutabilis. Primum Plato negaret, & placitum Ariſtotelis eſſe diceret : ſecundum concedèret, eo modo quo magnitudinem vel diviſione, vel additione infinitam concederet: tertium pro ſe arriperet; & diceret, ſpatium deſignatione ſola conſtans, immutabile eſſe : locum autem Ariſtotelis é ſuperficie, mutabilem eſſe; quoties corpus ſuperficiëi moveretur. Quamobrem Platonis locus teneatur, ſpatium nempe locatæ rei: qui ſive ſit oppletus corporëis rebus, ſive non; ut vacuum in phyſicis rebus habeatur; nihil ad Logicam; quæ eſt entis & non entis. Campos Elyſios, hortos Heſperidum, & pleraque alia loca poëtæ fingunt: logicum hoc ſubjectum, & logicus locus eſt. Sed de doctrina illa phyſica Ariſtotelis, accuratiús ſuis locis Scholæ phyſicæ P. Rami declarabunt.

Georgicis] Georgica, ſunt præcepta de agricultura; á γέα, terra, & ἔργον, opus. In primo autem Georgico, Virgilius differentias locorum propoſitis rebus congruorum deſcribit.

Senſilia] Doctrina eſt Ariſtotelis in Philoſophia 5. cap. 4. lib. ὑποκείμενα, ἃ ποιεῖ τὴν αἴσθησιν, ſubjecta, quæ faciunt ſenſum: Ariſtoteles enim, ſenſus moveri cenſuit rebus extrinſecus incidentibus & ſpecies colorum, ad oculos, ſonorum, ad aures pervenire: ideoque dicit, ſenſus, & tanquam diceres, ſenſationes hinc fieri: hæc ὑποκείμενα vulgus in ſcholis appellat objecta: quomodo & Tullius loqui videtur: ut in Fato, Viſum objectum, imprimet illud quidem & quaſi ſignabit in animo ſpeciem ſuam. ſed Ariſtotelis verbum, ut dixi, eſt ὑποκείμενον, ſubjectum: res intelligatur. hoc autem argumento, maxima pars Philoſophiæ & Phyſicæ & Ethicæ explicatur.

Numerabilis] Artium omnium ſubjecta ejuſmodi ſunt; in quibus artes jam deſcriptæ, materia formaq; conſtantes, occupantur: Sic Grammaticæ, Rhetoricæ, Logicæ, Arithmeticæ, Geometriæ ſubjectum, eſt res explicabilis per eas artes: quæ ipſa, eſt ferme diverſa á materia & præceptis artium ipſarum. Subjectum artium, etiam ma-

teria artium, aliquando dicitur; ſed ambiguè. Itaque præſtabit, materiam artium, & id quod ſuis præceptis interpretantur, appellare tantúm materiam, & id, circa quod exercentur, appellare tantúm ſubjectum.

Campanos] Campani in Italia, regni Neapolitani partem faciunt; de quorum moribus Livius multa ſcripſit: ut alterum conſulem eſſe Campanum voluerint; ut ſeſe Annibali adverſus Romanos adjunxerint; tandemque ſeveritate magna mulctati, honoribus publicis omnibus ſpoliati, jus á magiſtratu Romano peterent.

Navita] Locus eſt apud Propertium libro ſecundo elegia prima, de ſubjectis variarum perſonarum; quód navita de ventis, arator de tauris, miles de vulneribus, paſtor de ovibus; ipſe autē, de amoribus, loquatur. Hoc ſubjecti argumento Anacharſis arguebat, in Scythia non eſſe tibicines, quia vites non eſſent: Eodem multó acutiús & elegantiús Ulyſſes Achillem habitu muliebri inter puellarum choros occultum deprehendit; cúm ipſe mercatoris habitu acceſſiſſet ad eas, cum variis fœmineis mercibus, inter quas erant arma quædam virilia; ad quæ Achilles ſeſe protinus convertit. Locus eſt Metamorph. 13.

Præſcia venturi, genetrix Nereia, lethi,
Diſſimulat cultu natum, & deceperat omnes
(In quibus Ajacem) ſumptæ fallacia veſtis.
Arma ego fœmineis, animum motura virilem,
Mercibus inſerui: neq; adhuc projecerat heros
Virgineos habitus, cum parmam haſtamq; tenenti,
Nate dea, dixi, tibi ſe peritura reſervant
Pergama: quid dubitas ingentem evertere Trojam?
Injeciq; manum, fortemq; ad fortia miſi.

Quare locus ſubjectorum, tantæ utilitatis & ubertatis eſt: in rebus divinis, mathematicis, phyſicis, ethicis, in omni denique ente & non ente.

CAP. 11. *De Adjuncto.*

Adjunctum, eſt cui aliquid ſubjicitur. quod argumentum, etſi ſubjecto eſt levius, attamen

men eſt copioſius & frequentius: Itaque de ejuſmodi ſignis ait Ovidius 2. de Remed.

Forſitã hæc aliquis (nã ſunt quoq;) parva vocabit:
Sed quæ non proſunt ſingula, multa juvant.

Animi corporiſque, & totius hominis bona & mala, quæ dicuntur, adjuncta ſunt animi, corporis, hominis: Denique quicquid ulli ſubjecto extrinſecus accidit, adjunctum ejus eſt. Ut autem Locus, eſt in ſubjectis: ſic Tempus, eſt in adjunctis, duratio nempe rerum præterita, præſens, futura: omninoque qualitates ſubjectis præter cauſſas, adjunctæ, ſive propriæ ſint, quæ omni ſolique ſubjecto ſemper conveniunt, ut homini riſus, equo hinnitus, cani latratus: ſive communes, quæcunque non ſunt eo modo propriæ. Hoc genere argumenti Fannium Chæream Cicero pro Roſcio Comœdo cavillatur: Nonne «
ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa, o- «
lere malitiam & clamitare calliditatem viden- «
tur? nonne ab imis unguibus uſque ad verticem «
ſummum (ſi quam conjecturam affert homini «
tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, men- «
daciis conſtare totus videtur? qui idcirco capite «
& ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne pilum ullum «
viri boni habere dicatur. Sic Martialis ſecundo «
libro Zoïlum ludit:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus:
Rem magnam præſtas, Zoïle, ſi bonus es.

Sic veſtitus & comitatus, res adjunctæ ſunt. quo circumſtantiæ genere, Dido venatum proficiſcens, magnificè quarto Æneidos depingitur:

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.
It portis, jubare exorto, delecta juventus:
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro:
Maſſyliq; ruunt equites, & odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantẽ, ad limina primi
Pœnorum expectant, oſtroq; inſignis & auro
Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur magna ſtipante caterva,
Sidoniam picto chlamidem circundata limbo:
Cui pharetra ex humero, crines nodãtur in aurũ,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Eſt veró adjunctorum ad ſubjecta, quibus occupantur, uſus item magnus. hoc argumento ″Plato miſeras civitates auguratur, quæ medicorum & judicum multitudine indigeant: quia multam quoque & intemperantiam & injuſtitiam in ea civitate verſari neceſſe ſit.

Adjunctum] Adjunctum dicitur in Organo συμβεβηκὸς, accidens: πάθος, πάθημα, affectio: παρουσία, περίστασις, circumſtantia: ut á Quintiliano appellatur cap. 10. lib. 5. cúm nempe περίστασιν interpretatur. συμβεβηκὸς, accidens, in Organo complectitur effecta, adjuncta comparata; ut etiam 4. cap. 1. Topici dicitur: & proprié tamen particula quędam eſt adjunctorum; ut mox dicetur. quare nomẽ hoc P. Ramus evitavit. πάθος, ferme animi motum ſignificat: neque híc conveniret: propterea eſt omiſſum. παρουσία & περίστασις magis híc convenirent: ſed Adjunctũ, Ciceronis verbum in Topicis, eſt aptius ad id exprimendũ quo de agitur; quia ſignificat res inſuper junctas; cúm ſubjectum nempe aliquod, ſuis cauſſis integrum conſtiterit. Conjunctum appellatur in Partitionibus; ſed minús item eſt hoc idonëum. Atque hæc de nomine: hujus autem argumenti res, fuſiús eſt expoſita; ut antea jam patuit: & locus ipſe accidentis, quinquies in Topicis eſt iteratus; multiq; de accidente per philoſophiam Ariſtotelis diſperſi loci.

Forſitan]

Forſitan] Locus eſt initio ſecundi libri: ubi jubet hic medicus amoris, in amica notari vitia ſingula ad amoris remedium:

Tunc animo ſigna, quæcunq; in corpore menda eſt;
Luminaque in vitiis illius uſque tene.

Tum ſequitur:

Forſitan hæc aliquis: ——

Et mox ſequitur,

Tu tantum numero pugna; præceptaque in unum
Contrahe: de multis, grandis acervus erit.

Hoc autem idem notavit Quintil. lib. 4. cap. 5. Quid quód «
interim quæ per ſe levia ſunt & infirma, turba valent? «

Tempus] Tempus logicé intelligitur ab Ariſtotele, cúm Quando ſit categoria una de decem: Tametſi ibidem confunditur: ut locus in genere quantitatis. Tempus autem ejuſmodi logicum, duratio dicatur; quia verbum generale aptius nullum eſt: qualis duratio ſignificatur á Cicerone primo de Natura deorum, cúm ait: Non enim «
ſi mundus nullus erat, ſecula non erant: Secula nunc di- «
co, non ea quæ dierum noctiumque numero, annuis cur- «
ſibus conficiuntur: fateor, ea ſine mundi converſione fie- «
ri non potuiſſe: ſed fuit quædam ab infinito tempore æter- «
nitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur. «
Ariſtoteles autem in Phyſicis 10. 11. 12. 13. 14. cap. 4. libri, de tempore multa diſputat, ſtatuitque, eſſe numerum cæleſtis motus ſecundum prius ac poſterius: ſed tempus hoc phyſicum eſt, vel potiús phyſica quædam logici temporis illius menſura: ut ſi de horologiis Pariſienſis urbis diceretur, Tempus eſt numerus motus horologiorum Pariſienſium ſecundum prius & poſterius: non ſatis accuraté tempus eſſet definitum, ſed menſura ipſius quædam indicata: Sic de cæleſti horologio illo, & in ſigna temporum divinitus in illa ſublimi ſpecula collocato, ſentiendum. Verúm P. Ramus, hac de re ad illa quinque capita diligentiús conſideravit.

Soliq;ue] ἴδιον, proprium, Ariſtoteles 4. cap. 1. Topic. definit, quod non indicat quid eſt, & ſoli ſubjecto viciſſim attribuitur. Porphyrius illud ait, quod ſoli, omni, ſemper convenit: ut homini γελαστικὸν, quód ſuapte natura rideat.

Sed addit præterea proprium triplex: primum, quod ſoli convenit, nec omni: ut homini geometram eſſe: ſecundum, quod omni, non ſoli; ut eſſe bipedem: tertium, quod ſoli, omni, ſed non ſemper; ut caneſcere in ſenectute. Sed tria hæc commune indicant, non proprium: qualitateſq; illæ propriæ, ſunt in adjunctis, & ſolæ ſpectantur in artibus: quales ſunt proprietates in variis animalibus, á Grammaticis notatæ, in leone, rugiendi; in tygre, runcandi; in urſo, uncandi; in apro, frendendi; in cervo, glocitandi; in tauro, mugiendi; in equo, hinniendi; in ove, balandi; in capro, mutiendi; in angue, ſibilandi. In avibus ſimiliter propriæ quædam affectiones inſunt; ut in paro, tinniendi; in turdo, trutilandi; in ſturno, piſitandi; in perdice, cacabandi; in cygno, dreſandi; in accipitre, pipandi; in milvo, lippiendi; in gallo, cucuriendi; in pavone, pupillandi; in hirundine, triſandi; in corvo, crocitandi; in ciconia, glotorandi; in paſſere, pipiendi; in cuculo, cuculandi; in cicada, fritiniendi, in ape, bombilandi; in veſpertilione, ſtridendi. Hujus autem proprii topicum videtur 28. cap. 1. Prior. præcipué inter argumentorum locos eſſe propoſitum. Et 4. cap. 1. Poſt. hæc proprietas, per ſe in ſubjecto ineſſe dicitur. Itaque horum inter ſe attributio, eſt quodammodo eſſentialis.

Capur] Phyſiognomonica quædam hic attinguntur, de pilis, de figura tota corporis: qua de re, Ariſtotelis extat philoſophia é figuris & affectibus animalium, cujuſmodi eſt etiam Adamantii.

Crine ruber] Exemplum eſt Martialis, ex eadem phyſiognomonia; ut intelligatur, totam illam phyſiognomoniæ doctrinam, ex uno adjunctorum loco deductam eſſe. hinc prognoſtica Phyſicorum de ventis, pluviis: hinc *σημειωτικὴ* medicorum, de ſignis morbi & ſanitatis. Tantus loci hujus eſt uſus.

Dido] Dido regina Carthaginis, venatum proficiſcens, variis adjunctis arguitur & explicatur: primo, temporis; ſecundo, delectæ juventutis; tertio, variis venationis inſtrumentis; plagarum, venabulorum; quarto equitum; quinto, canum; ſexto, nobilium principum; ſeptimo, ſonipedis mirifico cultu ornati; octavo, comitatus & habi-

tus

tus regalis. Adjuncti quod circa ſubjectum aliquod occupetur, uſus perinde eſt ut talis ſubjecti.

Plato] Locus eſt Platonis, tertio de Repub. ubi multa de neceſſariis civium generibus diſſerit: neque judices ac medicos multos requirit, ſtatuitque, vel animo, vel corpore malé natos (quibus ob injuſtitiam & intemperantiam valde ſit opus judice & medico) abigendos é civitate. Tale ſit argumentum, ſi cadaver futurum conjicias, quó advolent vultures. Plinius lib. 10. cap. 7. prodidit, triduo anté, aut biduo, vultures volare eó, ubi cadavera futura ſint. Sic ſecundo Faſtorum.

Fallimur? an veris prænuntia venit hirundo?

Mercatores in exteras terras profecturi, ſtudioſé adjuncta iſta conſiderant, quæ ſtudia, & exercitationes hominum, ad quos lucri faciendi gratia accedunt, ut ſubjectas eorum moribus & accommodatas merces importent.

CAP. 12. *De Diverſis.*

ARgumẽtum primum conſentanẽum expoſitũ eſt: diſſentanẽum ſequitur, quod á re diſſentit. Sunt autem diſſentanea inter ſe æqué manifeſta, alterumque ab altero æqualiter arguitur: tametſi ſua diſſenſione clariús eluceſcunt. Diſſentanea, ſunt diverſa vel oppoſita. Diverſa, ſunt diſſentanea, quæ ſola ratione diſſentiunt. Quo de genere ſunt illa frequentiſſima, Non hoc, ſed illud: Quanquam, tamen. Pro Pomp. Non victoriam, ſed inſignia victoriæ reportarunt. Ovid. 2. de Arte:

Non formoſus erat, ſed erat facundus Ulyſſes.

Virgil. 2. Æneid.

Hic Priamus, quanquam in media jam morte tenetur.
Non tamen abſtinuit.—

Pauló ſecus in Eunucho:

"Nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maximé: at tu indignus qui faceres tamē.

» Item illa aliuſmodi. Pro Lig. "Scelus tu illud
» vocas, Tubero? cur? iſto enim nomine illa adhuc
» cauſſa caruit: Alii enim errorem appellant, alii
» timorem: qui duriús, ſpem, cupiditatem, odium,
» pertinaciam: qui graviſſimé, temeritatem: ſcelus
» præter te, adhuc nemo.

Diſſentaneum] Diſſentaneorum categoria ſequitur, multis modis á P. Ramo verſata, & ſubinde varié mutata; antequam in hanc politiorem formam perveniret. Diſſentanëum autem, ut conſentanëum, vocabula Ciceronis ſunt in hac argumentorum arte: & diſſentaneorum nomine comprehenduntur, quæcunque duo ut diſſidentia proponuntur. Diſſentaneorum commune eſt axioma, inter ſe æqué manifeſta eſſe: quod Ariſtoteles in Topicis 2. cap. 5. lib. item 3. cap. 6. lib. ſpecialiter de oppoſitis propoſuit: τὸ γὰρ ἀντικείμενον ἅμα τῇ φύσει: oppoſitum enim, eſt ſimul natura. & hoc ipſum, ſimul eſſe natura, eſt híc æqué manifeſtum eſſe: contrá autem fuit in conſentanëis. Nam cauſſa dicitur natura prior effectis; & ſubjectum adjunctis: quia illic ſit argumentum clarius & manifeſtius. Ergo quod Ariſtoteles ſpecialiter, id eſt, in una diſſentaneorum ſpecie collocavit: quia generale eſt; P. Ramus ex lege Ariſtotelis καθόλου πρῶτον, generaliter expoſuit. Totum autem hunc diſſentaneorum locum, Ariſtoteles 28. cap. 1. Prior. repudiavit: ſed errori tanto reſpondetur illic á P. Ramo; & in ſingulis generibus, Ariſtotelis authoritate veriore defendetur.

Clariús] Id axioma in ſcholis infinité vulgatum & tritum eſt: in toto tamen Organo logico non habetur: ſed duobus in Rhetorico Ariſtotelis tertio capitibus legitur 2. & 17. παράλληλα τὰ ἐναντία, μάλιστα φαίνεσθαι. adverſa é regione poſita maximé apparere. Quod item axioma, magis etiam ſpecialiter propoſitum eſt, quám ſuperius; attamen generale eſt, & omnium diſſentaneorum commu-

commune: Itaque generaliter proponitur. Categoria autem diſſentaneorũ, tautologias in Ariſtotelis bibliotheca multó rariores habet, quám conſentaneorũ habuit: habet tamen non paucas. In Organo categoriam unam occupat, eorum nempe quæ ſunt ad aliquid: deinde permagnum caput de oppoſitis: in Analyticis per ſpecies varié attingitur: in Topicis infinité iteratur, ut per ſingulas ſpecies dicètur: in Phyſicis veró, nomine hujus argumenti, multa etiam cumulantur, Quód principia, ſint contraria. itẽ, τἀναντία τῶν ἐναντίων αἴτια εἶναι: adverſas adverſorũ cauſſas eſſe, ut 10. cap. 2. de Generatione: item 7. & 8. cap. 4. Meteororũ, quod ſpecialitèr etiã propoſitũ, generaliter oporteat intelligi: tum de adverſis motibus multa eſt in Philoſophia illa diſputatio. Quare ut materies illa á P. Ramo ſecundum Ariſtotelis leges & principia ſit explicata; ut genera generumque ſpecies, generatim & ſpeciatim propoſitæ; qualis denique agricultura ſit, attendamus. Conſentanea argumenta, uſum magnum habuere: Diſſentaneorum autem quantus ſit uſus, declarant Græcorum & Latinorum ſcripta innumerabilia, quæ feré tota ſunt in refutatione errorum & falſarum opinionum: quód é diſſentanëis fieri neceſſe ſit: pars perexigua eſt in confirmatione: & quidem ipſa multó ſæpius etiam é diſſentanëis petitur; vel in ſchola mathematica; quę ipſa multó ſeverioris Logicæ ſibi leges impoſuit: attamen demonſtrationes per impoſſibile, ex diſſentaneorum Topicis deductæ ſunt. Quare ut categoria conſentaneorum, priores dignitatis partes obtinebit: ita categoria diſſentaneorum, copiæ & ubertatis opibus longé ſuperabit. Diſſentaneorum autem doctrina quamvis ſit poſterior, quám doctrina conſentaneorum: attamen eſt etiam primorum argumentorum, quæ re ipſa ſeparata eſſe poſſunt á conſentanëis.

Diverſa vel] Categoria diſſentaneorum, prima partitione diſtribuitur ſecundum diſſenſionem rationis tantúm, tum rationis pariter & rei. Diverſa, illius primi generis ſunt; & uſum habent longé frequentiſſimum: neque tamen adhuc ſatis explicatum & diſtinctum. P. Ramus in explicandis & poëtis & oratoribus & philoſophis, cúm

c

fructum tam ordinarium & aſſiduum cerneret; præcepto comprehendit; & primam diſſentaneorum ſpeciem hîc inſtituit; quia ſimpliciſſima eſſet diſſenſio rationis tantùm. Itaque diverſorum alterum affirmatur, alterum negatur; vel utrumque affirmatur negaturve: tantúmque hîc diſtinctio, non autem concluſio quæritur. primum itaque diſſentaneæ categoriæ topicum, erit in Diverſis.

Pro Pompejo] Quinque ſequentia exempla, habent diſſenſionem rationis tantùm; quia ſimul eſſe re ipſa poſſunt.

Non Victoriam] Loquitur de Sylla & Muræna imperatoribus; qui de Mithridate ita triumphaverant, ut poſtea victus Mithridates, victoribus Romanis inſultaret, victoriæque inſignia, triumphi illi fuerint.

Formoſus] Præceptum Ovidii eſt, ad conciliandum amorem:

Nec levis, ingenuas pectus coluiſſe per artes,
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Tum ſequitur:

Non formoſus erat, ſed erat facundus Ulyſſes:
Et tamen æquoreas torſit amore deas.

Priamus] Priamus Pyrrhum alloqui parat, á quo Polytes Priami filius, in conſpectu patris trucidatur.

Nam ſi] Vox eſt Thaidis ad Chæream, qui Pamphilam Thaidis puellam vitiarat. & hîc ambo diverſa, ſunt affirmata.

Scelus] Tubero ſceleratũ Ligarium vocaverat, propter arma contra Cæſarem ſuſcepta: cui diſſentaneïs hiſce diverſis reſpondetur. Qualis illa eſt aliuſmodi diſtinctio pro
» Ligario: Non fuit ſcelus, ſed aut error, aut timor, aut ſpes,
» aut odium, aut pertinacia, aut temeritas. Qualis eſt etiam
» diverſitas in eadem Ligariana: Fuerint cupidi, fuerint irati,
» fuerint pertinaces, ſceleris veró crimine, furoris, parricidii,
» liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis aliis carere. Sed
» hoc argumentum eſt immenſi uſus. Verr. 3. Non enim fu-
» rem, ſed ereptorem: non adulterum, ſed expugnatorem
» pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religio-
» numque: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ci-
» vium ſociorumque, in veſtrum judicium adduximus.

CAP.

CAP. 13. *De Diſparatis.*

OPpoſita, ſunt diſſentanea, quæ ratione & re diſſentiunt: itaq̃ue eidem attribui, ſecundum idem, & ad idem, & eodem tempore non poſſunt. Sic Socrates albus & ater non poteſt eadem parte eſſe: pater & filius ejuſdem: ſanus & æger eodem tempore: At albus eſſe poteſt alia parte, & ater alia: pater hujus, filius illius: ſanus hodie, cras æger: Itaque ex altero affirmato, alterum negatur, aut contrá. Oppoſita, ſunt diſparata, aut contraria. Diſparata, ſunt oppoſita, quorum unum multis pariter opponitur, ut viride, cineracëum, rubrum, media ſunt inter album & nigrum: quæ ſingula extremis, & inter ſe diſparata ſunt. Sic liberalitas & avaritia inter ſe diſparantur: ſic homo, arbor, lapis, & ejuſmodi res infinitæ diſparantur: nec eadem res poteſt eſſe homo, arbor, lapis. Virg. 1. Æneid. hoc argumento diſputat:

O quã te memorẽ virgo: namq; haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem ſonat: O dea certé!

Oppoſita] Hæc definitio ſumi poteſt é Philoſophia 10. cap. 5. lib. Oppoſita ſunt, quæcunque non accidit ſimul adeſſe amborum ſubjecto. At ſi dixiſſet Ariſtoteles generaliter, quæ non accidit in eodem adeſſe; ut etiam ſubſtantiæ & res phyſicæ, oppoſitæ dicerentur, λογικώτερον definiviſſet. Oppoſita enim, non tantúm ſunt adjuncta, vel accidentia, (quæ vocantur) ſed etiam ſubſtantiæ, ſed denique τὰ ὄντα καὶ μὴ ὄντα, entia & non entia, quia oppoſitio, res eſt logica, & ideo communis rerum omnium: Deniq; oppoſita ſunt, quæ & ratione & re diſſentiunt, ideoque ſimul eſſe non poſſunt: Nam ſi Socrates dicatur albus alia parte, alia niger: item pater hujus, filius illius: ſanus

hodie, cras æger; ſophiſticé dicetur: Nec enim totus Socrates ita coloratus eſſet: nec paterna qualitas, qua pater eſt, refertur ad illum, cujus filius eſt: nec quando veré dicitur æger, eodem tempore dicitur ſanus: nec pater & filius opponuntur, ſed eſſe patrem ejuſdem, cujus ſis filius. Atque ex oppoſitorum altero affirmato, alterum negatur: ut, albus eſt: non igitur niger. Homo non eſt irrationalis: ergo eſt rationalis. Quare oppoſita, ſunt diſſentanea quæ diſſentiunt ratione & re: alteriuſque affirmatio, alterius negationem conſtituit: quod in diverſis non fuit. Propriumque omnino loci hujus illud eſt axioma, quod á P. Ramo 1. lib. Scholarum phyſic. copiosé tractatum eſt, φθαρτικὰ τῶν ἀλλήλων ἐναντία: corruptiva ſunt inter ſe oppoſita. Sic enim ἐναντία Ariſtoteles accepit. Itaque circulus, eſt Ariſtoteli in Mechanicis miraculum omnium miraculorum; quia oppoſita ei videantur ineſſe; convexum & concavum, motus & quies, contrarii motus.

Diſparata aut] Oppoſitorum diviſio deinde bifariam ſequitur, in diſparata & contraria: quorum differentia ſumitur ex eo, quod diſparatum, æqué multis diſparatum eſt: contrarium, uni tantúm. Hanc differentiam Rodolphus Agricola docuit 1. lib. de Inventione; quam P. Ramus ſequutus eſt; ſicut æmulatus in hac arte in primis induſtriam illius viri: quem in ſtudio logico, poſt antiquam illam Socraticorum Logicorum ſcholam (in qua non minús uſus artis, quám ſcientia tractabatur) omnibus poſtea natis Logicis anteponere ſolitus eſt; dicereque palám, ab uno Agricola verum germanæ Logicæ ſtudium in Germania primúm, tum per ejus ſectatores & æmulos, toto terrarum orbe excitatum eſſe. Percepit autem Pariſienſis Academia primó fructum illum adventu Jacobi Omphalii, Bartholomæi Latomi: ſed in primis Joannis Sturmii; á quo Logicæ artis utilitas, pleniús & uberiús eſt expoſita. Agricola autem, differentia vocavit, quæ P. Ramus diſparata dicere maluit; quia differentia totam diſſentaneorum categoriam complecti videretur, ut etiam trito in ſcholis verbo appellatur differentia communis, propria, maximé propria: tum quód differentia ab Ariſtotele opponeretur ſimilitudini pro diſſimilitudine. Diſpa-

rari, verbum eſt non minùs latinum, quàm rei accommodatum.

Qui eſt imperator divûm & hominum Juppiter,
Is nos per gentes, alios in alia diſparat;

ait Plautus. Cic. 1. de Invent. verbum hoc uſurpat pro genere diſſentaneorum contradicentium; ut ſapere, non ſapere. Et Quintil. 10. cap. 5. lib. diſparata dicit dura non duris. At contradicentium verbum, magis uſitatum eſt in hoc genere. Boëtius 1. lib. de ſyllogiſmis hypotheticis, diſparata dicit, quæ tantùm à ſe diverſa ſunt, nulla contrarietate pugnantia: veluti veſtis, ignis. Quare, verbum ſignificans, logicé pro hac ſpecie P. Ramus uſurpavit, ut commodiſſimum & aptiſſimum. Repugnantia pro eodem aliquando dixerat; ſed poſtea animadvertit; repugnantiæ verbum, majoris eſſe cujuſdam oppoſitionis, quàm hìc ſignificaretur, ut 2. Philipp. Qui tantarum rerum repugnantiam non videas; nihil profectó ſapis. Secundum igitur in diſſentanëis topicum, erit in diſparatis: Diſparata autem hìc quatuor exemplis declarantur: primum eſt de coloribus mediis.

Cineraceum] Cinericium vulgó id dicitur. at Plin. ait lib. 33. Terra, alia eſt ruffa, alia cineracea. color etiam cinerëus dicitur. Genera autem colorùm duo prima ſunt, albòr & nigror: unde media plurima, quæ inter ſe & extremis ſunt tantùm diſparata.

Liberalitas] Secundum exemplum ſumitur ex 2. Ethico Ariſtotelis ad Nicomachum filium, cap. 8. ubi hæc contraria vocantur ab Ariſtotele, ſignificatione quadam liberiore & minùs diſtincta: ſed tamen interim hoc theorema ethicum proponitur, Extrema videlicet magis inter ſe oppoſita eſſe, quàm ad medium collocata, qua ratione, effuſio & avaritia magis diſparantur; quàm effuſio & liberalitas, vel avaritia & liberalitas.

Sic homo] Tertium exemplum eſt de rebus phyſicis, quarum plures idem eſſe non poſſunt: ſed tamen certa diſſenſionis lege non opponuntur; ut homo, lapis, arbor, aqua, terra, ignis, aër, cælum.

Virgilius] Quartum exemplum poëticum eſt; ubi Æneas apud Virgilium diſputat; Venerem, quæ Spartanæ

virginis habitum ſimulabat, deam tamen eſſe: argumentum ſumitur á diſparatis: Virgo non eſt mortali vultu, nec humana voce: Dea igitur eſt.

CAP. 14. *De Relatis.*

"Contraria ſunt oppoſita, quorum unum uni tantúm opponitur. ſuntque affirmantia, aut negantia. Affirmantia, quorum utrumque affirmat, ut relata & adverſa. "Relata ſunt contraria affirmantia, quorum alterum conſtat é mutua alterius affectione: atque inde nominata ſunt relata, ut pater, qui filium habet: & filius, qui patrem habet: & ob hanc mutuam relationis cauſſam, relata dicuntur "ſimul eſſe natura, ut qui alterũ perfecté norit, norit & reliquum.
„ Pro Mar. Ex quo profectó intelligis, quanta in
„ dato beneficio ſit laus, cúm in accepto tanta ſit
„ gloria. Martial. in Soſibianum lib 1.

"Tum ſervum ſcis te genitum, blandéq; fateris,
Cúm dicis dominum, Soſibiane patrem,

» Sic apud Quintilianum lib. 5. cap. 10. Si "por-
» torium Rhodiis locare honeſtum eſt, & Herma-
» creonti conducere. Quomodo & in Oratore
» perfecto Tullius: Num igitur eſt periculum, (ait)
» ne quis putet in magna arte, &glorioſa turpe
» eſſe docere alios, id quod ipſi fuerit honeſtiſſi-
» mum diſcere? "Studium veró quoddam ſuum
Cicero é relatis illis in Oratore prodidit: Jam il-
» la (inquit) matura, uxor generi, noverca filii, filiæ
» pellex. Quod idem in ferreæ ætatis deſcriptione
Ovid. apertiús affectavit. 1. Metamorph.

— non hoſpes ab hoſpite tutus,
Nõ ſocer á genero, fratrũ quoq; gratia rara eſt.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Itaque argumentum talis relationis contrarium nihil habet, imó arguit mutuas cauſſas, ut Sum tuus pater, tu es igitur meus filius: at cúm dico, Sum tuus pater, non igitur tuus filius, contraria tum veré ſunt.

Contraria] Hæc definitio ab Agricola, ut dixi, facta eſt: Oppoſita (ait 1. lib.) ſunt quæ repugnant unum uni; ſic, ut neque alterum de altero, neque ambo de medio dici póſſint: Oppoſita vocat, quæ Cicero contraria. Contrarii verbum aptiús. Porró differentia eadem unitatis, etiam eſt in Ariſtotelis Philoſophia, ſed per ſpecies: quód relatio, ſit ἑνὸς πρὸς ἕν, unius ad unum, ut in Philoſophia 6. cap. 4. lib. item ἐναντίον ἓν ἑνὶ, adverſum unum uni, ut 2. cap. 1. de Cælo, & 6. cap. 4. Meteor. & in Philoſophia 4. cap. 10. lib. Manifeſtum quód non accidit, uni plura adverſa eſſe. & in Interpretatione, affirmatur ſimiliter, unam negationem duntaxat, uni affirmationi opponi; cúm de contradictione agitur. In privantibus res eſt manifeſtior. At ſi quid unum, duobus opponatur, opponetur duplici genere oppoſitionis; ut motus motui & quieti: ut eſt 7. cap. 8. Phyſici. Quare commune eſt omnium contrariorum, unum uni opponi: ſed generaliter (quia generale eſt) etiam proponendum: Hæc enim differentia eſt vera contra diſparatorum genus. Hæc autem unius ab uno diſſenſio, maxima eſt; quam ſexcentis locis Ariſtoteles adverſorum oppoſitioni attribuit: At communis eſt omnium contrariorum. Itaque P. Ramus huc etiam retulit. Plato in Alcibiade ſecundo idem propoſuit: Atqui duo adverſa uni rei quomodo fuerint? Alcib. Nullo modo. Quare conſtet definitio iſta; Contraria, ſunt oppoſita quorum unum uni tantúm opponitur. & contraria intelligam⁹, quę Ariſtot. vocat ἀντικείμενα, ἀντιτιθέμενα:

quomodo in Topicis 3.cap.2.lib.ἀντιθέσεις τέσσαρες, oppoſitiones quatuor appellantur. Diviſio deinde ſequitur in affirmantia & negantia. Affirmantia, quæ vocabulis affirmantibus exponuntur. neque negationem continentibus ut relata & adverſa.

Relata] Hæc definitio eſt Ariſtotelis in Categoriis: Ad aliquid autem talia dicuntur, quæcunque ipſa, quæ ſunt, aliorum eſſe dicuntur. Hîc enim mutua relationis affectio exprimitur: ſed illic additum eſt, Aut quomodolibet aliter ad aliud. quo additamento, definitio illa vera confunditur; & pleraque feré omnia, ad aliquid efficiuntur. Cicero in Topicis vocat relata, quæ cum aliquo conferuntur. Topicum autem relationis, in Logicis valde celebratum eſt; ſed valde etiam inconſtanter modó fit categoria é decem una integra; modó extra categorias, fit ſpecies contrariorum; ut rurſus in Topicis, in quibus duodecies citatur. Falce igitur Ariſtotelëi principii καθόλου πρῶτον, ad hanc tautologiam reſecandam, opus eſt; ut generale documentum ſemel exponatur.

Simul eſſe] Hoc Ariſtotelis eſt ἅμα φύσει, quód non tantúm ad æqualem vim argumenti attinet, ſed ad eſſentiæ reciprocationem & affectionem: Diverſa enim & diſparata & cætera diſſentanea, ſunt ſimul natura; neque quicquam hîc prius notitia vel poſterius: at mutuam eſſentiæ affectionem non ideo obtinent, ut alterum mutuó per reliquum definiatur. Relata veró ſunt ſimul natura dupliciter; & quia ſunt æqué nota, & quia mutuæ ſunt eſſentiæ, & mutuæ ſibi cauſſæ. Hinc relata, πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται, ad convertentia dicuntur, ut loquitur Ariſtoteles. Pyrrho ἀλογίαν ſuæ ἀκαταληψίας confirmare nitebatur, quia relata eſſent æqualiter nota: Sed æqualitas notitiæ, ignorantiæ æqualitatem non arguebat.

Servum] Hîc relata bis bina ſunt; ſervus dominus, filius pater: Pater eſt dominus, ergo filius ſervus. Jocus eſt Martialis in quendam patri tanquam domino & principi adulantem, quomodo hodieque nobiles appellantur á filiis.

Portorium] Uſus relationis eſt magnus ille quidem per ſeſe; ſed minús tamen exemplis oratorum & poëtarum

rum teſtatus. Proximum exemplum é Quintiliano ſumptum eſt.Diomedon item, publicanorum princeps, apud Ariſtotelem ſic argumentatur: Nam ſi vobis locare, turpe non eſt;nec nobis,conducere. Cicero adverſus reprehenſores, quód vir conſularis & tantis rebus geſtis ornatus, ſcriberet de artificio dicendi;arripuit hoc é relatis argumentum in Oratore perfecto; Honeſtiſſimum eſt, eloquentiam diſcere; ergo non eſt turpe, docere.

Studium] Judicium Ciceronis hac de re eſt in eodem Oratore ad Brutum, manifeſtum: Nam cúm locum Roſcianæ defenſionis de ſupplicio parricidarum ita extenuaſſet:Sunt enim (ait) omnia ſicut adoleſcentis, non tam re & maturitate,quám ſpecie & expectatione laudati. Tum ſubdit.Ab hac indole jam illa matura;uxor generi,noverca filii, filiæ pellex.Hoc igitur argumento,ab oratore improbitas & libido Saſſiæ(quæ mater Cluentii fuerat) exagitatur; quód & nomina neceſſitudinum, & jura naturæ violaſſet; cúm Melinũ generũ in amorẽ pellexiſſet,filiaq; Cluentia expulſa,ei nupſiſſet:Itaque ſocrus quæ fuerat,jam eſt uxor:& noverca filii Cluentii; quem odio nempe novercali perſequatur:& pellex filiæ Cluentiæ; cujus nempe virum ſibi pellexerit, & quæ tanquam concubina ſit marito filiæ.Ovidius Tullium in hoc videtur imitatus, ut violato toto neceſſitudinum illarum jure, concluderetur id quod ipſe concluſit,

Victa jacet pietas——

In hoc autem exemplo, relata alia ſunt unius nominis, ut hoſpes hoſpitis, frater fratris: alia duobus expreſſa nominibus, ſocer generi,conjux mariti,filius patris.Atq; hæc exempla propoſita fuerunt illius mutuæ relationis; & relationis uſus in eo genere magnus eſt:quod etiam teſtari poſſunt in locis inventionis tam multæ argumentorum definitiones,per relationẽ factæ:ut cauſſæ & effecti, ſubjecti & adjuncti,diſſentanei per diſſentaneũm: & ſic deinceps paria,majora,minora,ſimilia,diſſimilia,totum,pars, genus, ſpecies, definientur:attamẽ ſic ἐναντίωσις nulla eſt; at tum eſt,Sum tuus pater,non igitur tuus filius: verúm á frequentiore uſu nomen eſt factum.

CAP. 15. De Adverſis.

ADverſa, ſunt contraria affirmantia, quę inter ſe velut é regione perpetuó adverſantur. Æneid. 11.

"*Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.*

Sic albor & nigror, calidum & frigidum, virtus & vitium opponuntur. Parad. 1. contra Epi-
» cureos: Illud tamen arctè tenent, accuratéque
» defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum:
» quæ quidem mihi vox pecudum videtur, non
» hominum. Tu, cùm tibi ſive Deus, ſive mater (ut
» ita dicam) rerum omnium natura, dederit ani-
» mum, quo nihil eſt præſtantius, neque divinus:
» ſic te ipſe abjicies ac proſternes, ut nihil inter te
» atque inter quadrupedem, intereſſe putes? "Pecudem & hominem, adverſa Cicero oppoſuit. Voluptas, pecudis bonum eſt: non igitur hominis. Sic libertas & ſervitus apud Tibullum 2. lib.

"*Sic mihi ſervitium video, dominamq; paratã:*
Tu mihi libertas illa paterna vale.

» Pro Mar. Nunquam enim temeritas cum ſapi-
» entia commiſcetur, nec ad conſilium caſus ad-
» mittitur.

Adverſa] Secundum hoc contrariorum affirmatorum topicum à relatione diſtinguitur hoc ipſo, quód perpetuó ſit velut é regione oppoſitum: neque ideo inter ſeſe adverſa conferantur, ut relata; quæ inter ſe conferuntur: & hoc ipſum, é regione adverſari, Ciceronis eſt in Topicis:
» Contrariorum genera (ait) ſunt plura: unum, eorum quæ
» in eodem genere plurimúm differunt, ut ſapientia & ſtul-
» titia. In eodem autem genere dicuntur, quibus poſitis, oc-
» currunt tanquam é regione quædam contraria, ut celeri-
» tati tarditas, non debilitas; quibus contrariis argumenta

talĩa

talia exiſtunt: Si ſtultitiam fugiamus; ſapientiam ſequamur & bonitatem. Definitio autem adverſorum, generalis eſt & logica, id eſt omnis entis & non entis; quomodo Ariſtoteles loquitur; cúm dicit, generi ſubjectas differentias eſſe ἐναντίας, adverſas: quomodo differentias ipſas vocat ἐναντιώσεις, tanquam diceres adverſitates. Et ſic in Categoriis 6. cap. Plurimúm inter ſe diſtantia, ſub eodem genere, adverſa dicuntur. quod item repetitur in Philoſophia 4 cap. 10. lib. quam adverſorum definitionem pauló anté Cicero ab Ariſtotele mutuatus eſt. Eandem doctrinam infinitis per totam Philoſophiam exemplis, Ariſtoteles approbat; cúm elementa facit ἐναντία, motus ἐναντίους, & ſimiliter cætera. Locus autem eſt in Categoriis triplex contrarius: primus eſt 10. capite. In adverſis, ſi ſubjectum fuerit, poſſibile eſſe inter ſeſe commutari: niſi natura alterum inſit; ut calidum & frigidum mutuó ſeſe expellunt é ſubjecto corpore, niſi alterum inſit natura, ut calor ineſt igni. hic locus videtur ſola accidentia facere adverſa: quia ſubſtantia altera alteri non accidit, tanquam ſubjecto. Secundus locus eſt in capite de ſubſtantia; quód ſubſtantiæ nihil ſit adverſum: quod in Phyſicis 1. & 5. lib. eſt iteratum. Tertius in capite de quantitate, quód quantitas nihil habeat adverſum. At loci tres illi, falſi ſunt: Differentiæ enim eſſentiales, magis adverſæ ſunt, (ut rationale & irrationale) quám qualitates adverſæ quælibet: ut calor & frigus. Nam, ut Porphyrius ait, qualitates illæ miſceri poſſunt; differentiæ eſſentiales non poſſunt; ſicuti neq; quantitates, quæ non tantúm ſunt in loco, ſed complent locum, neque confuſionem patiuntur. Sed judicium controverſorum in Ariſtotelis Philoſophia locorum, ad leges Ariſtotelis referatur. Logica tota eſt entis & non entis: adverſorum doctrina, eſt pars Logicæ: quare entis & non entis: Peccat igitur Categoriarum locus ille triplex, qui adverſa tollit é mathematicis & phyſicis rebus, in quibus in primis uſum præcipuum obtinent. Relatio, facta eſt communis omnium entium; ſic ἐναντίωσις, omnium rerũm communis fieri debet; neque privari patrimonii ſui duabus ampliſſimis partibus, ſubſtantiæ nempe, ut in phyſicis rebus, & quantitatis, in mathematicis.

Adverſorum locus,non ſit categoria,ut relatorum:quamvis tamen potiùs eſſe debuit,cùm ſit amplioris uſus:ſpecies efficitur contrariorum poſt categorias,& rectè attingitur in lib. de Interpretatione, & in Analyticis: in Topicis autem totis, tautologia loci hujus longé omnium maxima: citatur enim novies & quadragies:tum per Phyſicam, tū per Ethicam, varié diſperſa ſunt quædam loci hujus axiomata: Quare redundantiam tam alienam, tamq; legibus Ariſtotelis damnatam tautologiam P. Ramus hoc loco evitavit;&locum adverſorum, ut cæteros, ſemel & generaliter,quia generalis eſſet,expoſuit.

Nulla ſalus] Drances hanc ſententiam dixit in conſilio Latini regis, cùm á Trojanis magna clades eſſet accepta. Itaq; adverſus Turnum authorem belli, pax á Latino poſtulatur.

Pecudem] Homo & beſtia, adverſa quidem ſunt: tota tamen enuntiatio, Voluptas eſt bonum pecudis, non ſatis eſt adverſa enuntiationi, Voluptas eſt bonū hominis; ut ex altero affirmato, alterum negandum ſit.

Sic mihi] Tibulli argumentum ſic eſt, Non ero liber poſtea;quia ſervus ſum,dominæ amicæ addictus. Tale eſt ejuſdem Tibulli lib.1.

At vos exiguo pecori furesq; lupiq;
Parcite:de magno eſt præda petenda grege.

Præda eſt petenda de magno grege; ergo non eſt petenda de exiguo. In hoc exemplo axioma oppoſitorum pené ſcholaſticé uſurpatur, quód oppoſita ſimul eſſe non poſſint.

CAP. 16. *De Contradicentibus.*

CONtraria negantia ſunt, quorum alterum ait,alterum negat idem:eaque ſunt contradicentia,aut privantia."Cōtradicentia,ſunt contraria negantia,quorum alterū negat"ubique: ut juſtus non juſtus, animal non animal, ſanguis non ſanguis, ſunt contradicentia. Sic in defen-

ſione

ſione Murænæ, contradicitur ſententiis Catonis & Ciceronis, illius Stoïci, hujus Academici. Dialogus eſt his verbis, Nihil ignoveris: Imó «
aliquid, non omnia. Nihil gratiæ cauſſa feceris: «
Imó ne reſiſtito gratiæ, cúm officium & fides «
poſtulabit. Miſericordia commotus ne ſis. Eti- «
am in diſſolvenda ſeveritate, ſed tamen eſt ali- «
qua laus humanitatis. In ſententia permaneto: «
Enimvero, niſi ſentētia alia vicerit melior. Martialis lib. 1. «

Bella es, novimus: & puella, verum eſt.
Et dives: quis enim poteſt negare?
Sed dum te nimium, Fabulla, laudas,
Nec dives, neq; bella, neq; puella es.

Cicero 1. Tuſc. cogit hoc argumento Atticum Epicurëum fateri mortuos miſeros non eſſe, ſi omnino nulli ſint, ut Epicurëi credebant. Jam mallem (ait) Cerberum metueres, quám «
iſta tam inconſideraté diceres. Atticus: Quid «
tandem? Marc. Quem eſſe negas, eundem eſſe «
dicis: ubi eſt acumen tuum? cúm enim miſe- «
rum eſſe dicis, tum qui non ſit, eſſe dicis. Tum «
poſt longam diſputationem, Atticus ait: Agé, «
jam concedo non eſſe miſeros, qui mortui ſunt: «
quoniam extorſiſti, ut faterer, qui omnino non «
eſſent, eos ne miſeros quidem eſſe. Sic Te- «
rentianus Phædria, Dori Eunuchi dictum elevat, quód affirmaſſet priús quæ póſt inficiaretur.

---*Modó ait, modó negat*, inquit in Eunucho.

Contradicentia] Contradicentia, appellantur ſæpe & in Organo, & in Philoſophia, affirmatio & negatio: ſæpe etiam ex altera parte, ἀποφατικὰ, negantia: Simplicium

autem partium, ut cauſſæ, facta, ſubjecta, adjuncta, relata, adverſa, privantia; ſic negantia, per ſe conſiderantur. Nomen ἀντιφάσεως, contradictionis, hîc proprium eſt. nam φᾶναι, ἀποφᾶναι, φάσις, ἀπόφασις, negare, affirmare, negatio, affirmatio, communia ſymbola ſunt: & proprié φάσις eſt, cùm affirmatur: ἀντίφασιν, quando negatur contrá. Α'ντίφασις etiam, partem ſæpe ſignificat: ac ſæpe Ariſtoteles ἀντιφάσεως nomē communiter accipit pro omni affirmationis & negationis oppoſitione. Hoc veró topicum, ſuam in primis tautologiam, eamque notabilem habuit in Ariſtotelis Logica & Philoſophia. In Logica, poſt Categorias, fit ſpecies contrariorum: totique feré duo libri de Interpretatione hîc conſumuntur. In Analyticis, & prioribus & poſterioribus, ſæpe multiplex eſt hujus loci doctrina: In ſecundo Priorum, capita decem tota ſunt de nugatoria é contradicentibus ſyllogiſmi poteſtate: de qua libro ſecundo dicetur ampliús: In Poſterioribus, de contradictione frequens eſt mentio, præſertim de ipſius axiomate. In Topicis citatur locus ipſe decies, & 3.cap.2.lib. inſtituitur nomine contradictionis, conſequētia ἡ ἀνάπαλιν, inverſaque eſt ſyllogiſmi connexi ſpecies ſecunda, ut in eo loco. P. Ramus docebit. In Philoſophia autem, totus feré quartus liber eſt de principio contradictionis. Talem tautologiam habet unica de contrariis ſpecies: quæ tamē tam multiplicata doctrina, ad Ariſtotelis leges á P. Ramo perpurgata, præter unicam in logica inventione definitionē, catholicum nihil habet: cætera paucula, ſi commodi quid habeant, judicii ſunt de enuntiatorum contradictione, de qua 2. libro. Ariſtoteles autem in Categoriis & Interpretatione 1. & 3.cap.1.lib. negat hîc affirmationem & negationem eſſe, ſed velut affirmationem & negationem appellat: ſed hoc placitum eſt hominis: & placitum multó pluribus ejuſdem authoris placitis refutatum: ac ſi nomina ſint contradicentiū ſymbola, vocat ὄνομα ἀόριστον καὶ ἀόριστον, nomē finitum & infinitū: ſic ῥῆμα ὁριστὸν καὶ ἀόριστον, verbum finitum & infinitum: Atque ſic utrumq; communiter definit, quod ſimiliter in quolibet eſt & ente & non ente: quia de quo juſtum nòn dicitur, non juſtum dicitur, & de quo ſedet non dicitur, de eo non ſedet dicitur.

Ubique]

Vbique] Hæc contradicentium lex traditur in Categoriis cap. 10. In ſolis enim his neceſſe eſt ſemper alterum verum, alterum falſum eſſe. Hic igitur proprium factum eſt ἀντιφάσεως axioma, multis locis apud Ariſtotelem citatum: Quidlibet affirmare aut negare verum, ut eſt 2. capite 2. Poſterior. Verùm præ cæteris contrariorum generibus contradicentium genus á philoſophis diſputatum eſt, & contradicentium definitio vehementer oppugnata. Anaxagoras inter verum & falſum, aliquid medium poſuit: cùm tamen nihil inter ens & non ens interjectum ſit. Antiſthenes dicebat, nihil poſſe dici, niſi propria oratione: unde efficeretur, ut non liceret ἀντιλέγειν contradicere, nec omnino mentiri, quia non propria oratione res tum diceretur: At cùm res falſa pronuntiatur, oratione contrarii dicitur. Anaxagoras dicebat, miſtum eſſe quodlibet in quolibet, & quales res quiſque putaret, ei tales eſſe: quo uno faciebat omnia falſa. Heraclitus omnia in perpetuo motu & fluxu ſtatuebat, ut bis in eundem fluvium ingredi equus non poſſit: omniaque & eſſe & non eſſe: quo uno, faciebat cuncta vera. Cratylus etiam Heraclitum carpebat: Imó veró (dicebat) ne ſemel quidem eundem fluvium ingredi equus poteſt: Itaque eó redierat, ut cenſeret loquendum non eſſe; quia rerum natura anté mutaretur, quám oratione pronuntiari poſſet: ſed digitum movebat tantúm. Democritus vacuum & plenum in quolibet ponebat: & hoc ens; illud, non ens appellabat: nihilque verum eſſe dicebat, aut certé nobis incertum. Protagoræ ſententia, Homo eſt omnium rerum menſura: Itaque quod ei videtur & apparet, verum eſt: contrarium, eſt falſum. Contra quos omnes fanaticos errores, Ariſtoteles diſputavit in libris de Philoſophia; eorumque omnibus argumentis refutatis, definitionem & legem contradictionis vindicavit. Atqui refutationis hujus ſtudio adductus Logicus neſcio quis (cujus Logicam in Philoſophia quarto libro ſecutus eſt Ariſtoteles) axioma contradictionis (Quodlibet affirmare aut negare, verum) tantúm extulit, ut principium firmiſſimum, clariſſimum, ſuppoſitione non indigens, axiomatum denique axioma, & principiorum

principium ſummum conſtitueret. At iſta laus nimis magna videtur contradicentibus attributa: Cauſſarum enim categoria, fontem veræ ſcientiæ continet: Contradictionis topicum, quamvis permagnum & perutile, huc tamen aſpirare non poteſt. tota vis ejus eſt in falſo refellendo: inde confeſſio quædam veri cogitur; ut id credas denique, cujus cauſſam neſcias: id eſt, verum confiteri cogaris, quod tamen verum eſſe neſcias: totaque illa diſputatio Ariſtotelis in Philoſophia pro contradictione adverſus Anaxagoram, Antiſthenē, Heraclitum, Cratylum, Democritum, Protagoram, demonſtrat, fuiſſe Logicos, qui tali principio non aſſentirentur: atqui negarent principium cauſſarum, omnia videlicet cauſſis ſuis conſtare, neminem ait Ariſtoteles fuiſſe: imó (ut antea conſtitit) omnes ad cauſſas in primis reſpexere, & in omnibus rebus conſectati ſunt: quamvis (ut Ariſtoteles putat) non ſint aſſecuti.

Stoici] Cicero in ea defenſione ſentiebat Muræam premi in primis authoritate Catonis: Itaque ad hanc authoritatem elevandum, Stoïca paradoxa, quibus Cato deditus erat, ita cavillatus eſt, ut totum judicium riſu compleverit. Itaq; Cato dicitur exclamaſſe, Dii boni, quám ridiculum conſulem habemus! Ergo huc pertinet exagitatio Stoïcæ ſectæ, quę virum bonum & ſapientem rigidum nimis ac ſeverum formabat.

Bella] Jocus eſt, Fabullæ ficto nomine, in mulierculam glorioſam & vanā, de ſuis bonis magnificentiús ſentientē.

Cerberum] Marcus Tullius diſputans cum Attico Epicureo, affirmante mortuos eſſe miſeros, qui omnino nulli eſſent, unáque cum corpore, etiā animus extinctus eſſet: interrogat, num metuat apud inferos Cerberum, Cocytum, & cætera. tum Atticus reſpondet, Adeóne me delirare cenſes, ut iſta eſſe credam? Quare pauló póſt argumento contradictionis convictum, Marcus eludit, quaſi multó levius fuerit, inferos admittere, quám in tam abſurdam contradictionis confeſſionem incidere.

Phædria] Locus eſt act. 4. ſcen. 4. de virgine ſtuprata per Chęream: quod factū cúm Phędriæ fratri Dorus affirmat: terretur, & ideo rurſum negat: Hinc refutatio teſtimonii é tali inconſtantia & contradictione.

CAP.

CAP. 17. De Privantibus.

PRivantia, ſunt contraria negantia, quorum alterum negat in eo tantùm ſubjecto, in quo affirmatum ſuapte natura ineſt. Atque hîc affirmatum, dicitur habitus: negatum autem, privatio. Sic motus & quies: ſic ebrius & ſobrius. Martialis lib. 3.

Ebrius es, nec enim faceres hæc ſobrius unquã.

Sic cæcum eſſe, & videre, pro Cælio: Exiſtat igitur ex hac familia aliquis, ac potiſſimùm cæcus ille: minimum enim dolorem capiet, qui iſtam non videbit. Sic pauper & dives opponuntur apud Martialem lib. 5.

Semper eris pauper, ſi pauper es, Æmyliane:
Dantur opes nullis nunc, niſi divitibus.

Talia ſunt, mors & vita, in Miloniana: Hujus mortis ſedetis ultores, cujus vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis? Item tacere & loqui, 1. Catil. Quid expectas authoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis? Doleo, cùm reſpublica immortalis eſſe debeat, eam in unius mortalis anima conſiſtere.

Privantia] Privantia ab Ariſtotele στερητικὰ appellantur, á στερήσεως privatione, parte altera oppoſitionis: cui opponitur ἕξις, id eſt habitus, quo bene aut malé afficitur affectũ, ut ſcribit Ariſtoteles cap. 20. lib. 5. Philoſ. Sic 2. cap. 4. lib. in Philoſophia, negatio & privatio diſtinguuntur: Abſentia enim, negatio illius eſt: in privatione autem & ſubjecta quædam natura eſt, ſecundum quam dicitur privatio. Et 12. cap. 5. Phil. Privatio, efficitur alicujus habitus, ne pura ac mera videatur negatio. Locus autem hic modicé proponitur in Ariſtotelis bibliotheca. poſt Categorias efficitur ſpecies contrariorum: in Analyticis ſemel

attingitur: in Topicis citatur undecies: Sed in Phyſicis
commentum Ariſtotelis ex hoc loco admirabile exortum
eſt: ut privatio, quæ nihil eſſet, fieret tamen cauſſa, & prin-
cipium phyſicarum rerum omnium. Sed tamen Ariſtote-
les poſtea in totis operibus phyſicis commentum hoc ab-
undé refutavit: cúm efficientem, materiam, formam, fi-
nem conſideret: commētitium illud privationis inſomni-
» um, in nullo prorſus naturæ opere adhibeat. Privatio au-
» tem, eſt negatio contrarii habitus in ſubjecto naturali, ut
» eſt in Philoſophia 4. cap. 10. lib. Item privatum, dicitur ha-
» bitus ſuſceptivum, cúm cui naturaliter ineſſe poteſt, non
» ineſt; ut eſt in Categ. 10. cap. Edentulū enim dicimus, non
quód dentes nō habeat: & cætū, non quód viſum non ha-
» beat: ſed nō habere, quādo habere ſuapte natura debeat, id
» privari dicitur: aliterq; homo cæcus, aliter talpa dicitur; ut
» eſt in Philoſophia 22. cap. 5. lib. Itaque circa idem, habitus
» & privatio verſantur, ejuſdemq; rei ſunt, *δύναμις καὶ ἀδυ-*
» *ναμία*, potentia & impotentia, ut eſt in Philoſophia 4. cap.
» 10. lib. Atq; horum contrariorum alia ſunt, in quibus im-
poſſibile eſt mutuam commutationem fieri; ab habitu
ſiquidē in privationem mutatio fit, ut á viſu in cæcitatem:
at á privatione contraria & cæcitate in habitum, impoſſi-
bile putat Ariſtoteles in Categoriis cap. 10. qui tamen alibi
author eſt, effoſſos hirundinum oculos reſtitui.

Motus & quies] Ariſtoteles in Phyſicis ſæpe motum &
quietem ſic opponit.

Ebrius] Martialis jocatur in cerdonem, in ludis facien-
dis res ſuas ſtulté conſumentem. argumentum eſt á pri-
vantibus: Sobrius, iſtos ludos non faceres: ebrius igitur
facis. ebrius enim, ſignificat habitū quendam: & ſobrius,
habitus ejus privationem: quaſi ſine ebrio.

Exiſtat igitur] Jocus Ciceronis eſt in his privantibus:
Appius ille cæcus minimum dolorem capiet, quia non vi-
debit impudicam Clodiam, ad quam objurgandum in-
ducitur.

Qui iſtam] Relativum pro cauſſali conjunctione poſi-
tum eſt, ut alibi Cicero, Actio maluimus iter facere pedi-
bus, qui incommodiſſimé navigaſſemus, id eſt quia.

Semper eris] Pauper & dives, privantia ſunt, quia pau-
per

per eſt, qui non habet divitias; dives qui habet. unde jocus eſt Martialis.

Mors] Mors, eſt privatio vitæ, in ea re, quæ vitæ capax ſit: vita, eſt habitus quidam viventis. Si poſſetis vitã Clodio reſtituere, nolletis: non debetis igitur mortẽ ejus ulciſci.

Tacere] Tacere, eſt privatio: Catilinæ autem ſuadet orator, ne á Senatu judicium vocis expectet, cúm tacitam damnationem videat. & ſic ibidem pauló póſt. Quid vocis « expectas contumeliã, cúm ſis graviſſimo judicio taciturnitatis oppreſſus? « Atque hæc de generibus contrariorum: « quorum maximam ἀντίθεσιν Ariſtoteles contradicentibus attribuit: idque duplici de cauſſa. Prima eſt 4. cap. 2. de Interpretatione, quia negatio eſt ἐναντιωτέρα, magis adverſa affirmationi, quám oppoſiti affirmatio: ad eã ſiquidem oppoſiti affirmatio revocari dicitur; quia privatio, quædam negatio ſit, negatio nempe habitus in ſuo ſubjecto, ut eſt in Philoſ. 4. cap. 10. lib. & é contrariis, alterum reliqui privatio ſit, ut diſſimilitudo ſimilitudinis, vitium virtutis, nigror alboris, ut eſt ejuſdem lib. cap. 2. De relatis idem fortaſſe, quamvis non exprimat Ariſtoteles, vult intelligi; ut ſervitus, privatio quædam ſit dominatus: & ſic cap. 4. 1. Phyſic. contrariorum quidam termini fiunt ὑπεροχὴ καὶ ἔλλειψις, exuperantia & defectus. Secunda cauſſa eſt, quód hęc ſola contraria, in re qualibet immediata ſint, nec mediũ admittant: Quidlibet, eſt aut non eſt. Verúm primæ cauſſæ reſponderi poteſt, adverſum adverſo multó magis oppoſitũ eſſe, quám affirmatũ negato: & præſtãtiſſimas diviſiones artiũ in adverſa fieri, nõ in cõtradicentia; quia negatio nullã ſcientiã faciat. Secundæ item cauſſæ reſponderi poteſt, iſtã veri & falſi immediatã diviſionẽ, communẽ etiam cum quibuſdã adverſis eſſe: ut vero falſo, ſimplici multiplici, & ſimilib. Quidlibet. n. verũ eſt aut falſum. Quare cauſſa hæc utraq; nihil cõcludit: & ſi maximé concluderet, ſubtilitatẽ tantúm ſcholaſticã cõcluderet, & Logicæ etiã legibus contrariam: Eſt enim logicum axioma, Generis eſſentiam non huic vel illi ſpeciei magis aut minús, ſed æqualiter omnibus attribui: itaque hac doctrina, relata, adverſa, contradicentia, privantia, neque magis, neque minús contraria dicentur.

CAP. 18. *De Paribus.*

" ARgumenta ſimplicia ita fuerũt in conſentaneïs & diſſentaneïs:" Cõparata ſunt, quæ inter ſe comparantur:" ſæpeque notis breviús indicantur": aliquando partibus pleniús diſtinguuntur. quæ πρότασις & ἀπόδοσις, propoſitio redditioque nominantur : totaque propoſitio argumentum facit, ſeu verum, ſeu etiam fictum ſit ipſum comparatum. Comparata veró, ſuapte "natura æqué nota ſunt, "ſicut antea oppoſita: quamvis alterũ altero ſit interdum clarius atq; illuſtrius. " Comparatio eſt in quantitate vel qualitate: Quantitas, qua res comparatæ, quantæ dicuntur: Eſtque" parium vel imparium. Paria ſunt, quorum eſt una quantitas. Argumentum igitur paris eſt, cúm par explicatur á pari: ejuſque notæ ſunt, par, æquale, æquare, idem quod, tam, quám, tantó, quantó, tot, quot, & non magis, non minús. Virgil. Æneid. 2.

"*Par levibus ventis.---*

Æneid. 3." *Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo.*
Æn. 6. *En huj⁹ nate auſpiciis: illa inclyta Roma,*
Imperium terris, animos æquabit Olympo.

» Partes deinde diſtinguuntur. 4. Catil. " Cujus
» res geſtæ atque virtutes, iiſdem quibus ſolis cur-
» ſus, regionibus ac terminis cõtinentur. Æneid. 4.

"*Tam ficti pravią; tenax, quám nũtia veri.*

Catul." *Tantó peſſimus omnium poëta,*
Quantó tu optimus omniũ patronus. (flores,
4. Triſt." *Littora quot cõchas, quot amœna roſaria*
Quotą; ſoporiferum grana papaver habet:

Sylva

Sylva feras quot alit, quot piſcibus unda nata-
Quot tenerũ pennis aera pulſat avis: (tur,
Tot premor adverſis: quæ ſi comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Cic. 9. Philip. Neque enim ille magis juris con- “
ſultus, quám juſtitiæ fuit: Itaq; quæ proficiſcebã- “
tur á legibus, & á jure civili, ſemper ad facilita- “
tem æquitatemque referebat: neque conſtitue- “
re litium actiones malebat, quám controverſias “
tollere. Ovid. 2. de arte: “

Nõ minor eſt virtus, quã quærere, parta tueri.

Cic. pro Muræna: Paria cognoſco eſſe iſta in “
L. Muræna: atque ita paria, ut neque ipſe digni- “
tate vinci potuerit, neque te dignitate ſuperarit. “
Parium axioma eſt: Si parium alterum ſit, reliquum eſſe: ſin alterum non ſit, reliquum non eſſe. Cic. 2. Philip. Quorum facinus commune, “
cur non eorum præda communis? Híc é pari af- “
firmato, par affirmatur. Terent. in Adelph.

Quando ego non curo tuum, nec cura meum.

Híc é pari negato, par negatur. hujus veró loci ſunt conſectaria illa é contrariis quidem orta, ſed parium axiomate tractata: ut Martialis illud:

Tum ſervum ſcis te genitum blandéq; fateris,
Cúm dicis dominum, Soſibiane, patrem.

Ovid. 1. Faſt.

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper ubiq; jacet.

Ex adverſis ſunt frequentiora. Cicero pro
Sylla: Neque veró quid mihi iraſcare, intelli- “
gere poſſum: ſi quód eum defendo, quem tu ac- “
cuſas, cur tibi quoque ipſe non ſuccenſeo, qui ac- “

» cuſes eum, quem ego defendo? Inimicum, in-
» quis, accuſo meum. Et amicum ego defendo
» meum. Sic 5. Tuſcul. Quod cúm fateantur ſa-
» tis magnam vim eſſe in vitiis ad miſeram vitam:
» nonne fatendum eſt, eandem vim in virtute eſſe
» ad beatam vitam? Contraria enim cõtrariorum
» ſunt cõſequentia. Paria veró″ficta ſunt illa apud
Æſchinem Socraticum, quibus demonſtrat Socrates cum Xenophontis uxore & cum Xeno-
» phonte ipſo″Aſpaſiam locutam: Dic mihi quæ-
» ſo Xenophontis uxor, ſi vicina tua melius habe-
» at aurum quám tu habes, utrúm illius an tuum
» malis? Illius, inquit. Et ſi veſtem, & cæterum or-
» namentũ muliebre pretii majoris habeat, quám
» tu habes, an illius malis? Illius veró, reſpondit. A-
» gé veró, ſi virum illa meliorem habeat, quám tu
» habes, an illius malis? Hîc mulier erubuit. Aſpa-
» ſia autem cum ipſo Xenophonte ſermonem in-
» ſtituit: Quæſo, inquit, ſi vicinus tuus meliorem
» equum habeat, quám tuus eſt, tuumne equum
» malis, an illius? Illius, inquit. Quód ſi meliorem
» fundum habeat, quám tu habes, utrúm tandem
» illius malis? Illius, inquit, meliorẽ ſcilicet. Quód
» ſi uxorem meliorem habeat, quám tu habes, u-
» trúm illius malis? Atqui hic Xenophon quoque
» ipſe″tacuit. Hujus etiam tractationis ſunt axiomata:″Quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe ſunt æqualia. Quæ rationes eidem rationi ſunt eædem, inter ſe ſunt eędem. Si æqualibus æqualia addantur, tota erunt æqualia. Tum, Si æqualibus ęqualia ſubducantur, reliqua erunt æqualia. Martial. 2.

Capto tuã (pudet heu) ſed capto, Maxime, cœnã:
Tu captas alias: jam ſumus ergo pares.
Mané ſalutatum venio: tu diceris iſſe
Anté ſalutatum: jam ſumus ergo pares.
Sũ comes ipſe tuus, tumidiq; anteambulo regis:
Tu comes alterius: jam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe:
Qui rex eſt, regem, Maxime, non habeat.

Parium tractatio illa, paululum etiam diverſa eſt in Terent. ubi Gnatho diſputat in Eunuch.

"Gn. *Scin' quando illa mentionem Phædriæ*
Facit, aut ſi laudat, te ut malé urat? Th. *ſentio.*
Gn. *Id ut ne fiat, hæc res ſola eſt remedio:*
Ubi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuó. ſi quando illa dicet, Phædriam
Intromittamus comeſſatum: tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam: tu hujus contrá. Deniq;
Par pari referto, quod eam remordeat.

Comparata] Comparatorum locus ſequitur, altera ſpecies primorum argumentorũ. Abſoluta enim ſpecies fuit in conſentanëis & diſſentanëis. Comparata igitur definiuntur, quæ comparantur inter ſe: cujuſmodi paria imparia, ſimilia diſſimilia deinceps eſunt. Cõparatorum aũt inventio, etſi in eadẽ rerũ genera incidit, in quæ abſolutorũ cogitatio: attamẽ cõparata ex abſolutis nõ oriuntur. Hoc autem problema, de ordine categoriç hujus, diu multúmque P. Ramo deliberatũ, neq; dũ tamen judicio ipſius ſatis concoctum eſt: ſicut nec antea de cauſſa per accidens, deq; fine. Interea igitur ordo hic teneatur, dũ perfectius & accuratius (ſi quid tamẽ eſt) aliquando cernatur. Comparata igitur dicũtur in Topicis σύμβλητα,, 13. cap. 1. lib. & cõparatio ipſa σύγκρισις 3. cap. 1. lib. Fuerit veró operæ pretium recordari, quæ antea de cauſſarũ & effectorũ velut inundatione dicta ſunt: ut doctrina cauſſarũ tot libros Analyticos,

Topicos, Phyſicos, Philoſophicos implerit: ut ex effectorũ loco ſex feré Ariſtotelis libri extiterint: ut loci temporiſq; é ſubjectis & adjũctis particula, tot capita in Phyſicis procrearit: ut diſſentaneorum locus, minús quidem ille, ſed tamen varié per totam Logicam, & nonnihil per Phyſicam, per Philoſophiam autẽ latiſſimé ſit diſperſus. Comparatorum veró locus, ampliſſimé quidem propoſitus, primúm in duabus ampliſſimis categoriis, quãtitatis & qualitatis: leviter autem in Analyticis attingitur: at in Topicis, rurſus effunditur latiſſimé: citatur enim per ſpecies, ter & ſexagies. At præcipua comparatorum redundantia, in mathematicas artes facta eſt: ut certé de tota logicę artis facultate, unicum comparationis locum mathematici videantur elegiſſe, quem præcipué non exemplis tantúm & uſu, ſed præceptis & doctrina excolerent. Si quid magnum eſt & difficile in toto Euclide, vel Archimede, & cęteris mathematicis, id per rationes & proportiones præcipué eſt declaratum: Itaq; in rationum & proportionum doctrina, octo axiomata primi libri, tum liber quintus totus, & ſeptimi pars præcipua conſumitur. Verúm Ariſtoteles id valde ac vehementer improbavit, atque in hac quæſtione in primis καθόλȣ πρῶτον uſurpavit. In Philoſophia enim, 3.cap.4.lib. affirmat τὰ ἐν τῆς μαθήμασι ἀξιώματα καλȣ́μενα, quæ in mathematicis appellantur axiomata, non eſſe mathematicorum, ſed ejus philoſophi, cujus ſit conſiderare περὶ τῶν συλλογιστικῶν ἀρχῶν, de principiis ſyllogiſticis, deque contradictionis principio,
» ratioque Ariſtotelis prorſus magna híc eſt: Hæc (ait) a-
» xiomata ſunt communia omnium entium, non autem
» propria generis unius cujuſpiam ut, Arithmetici & Geo-
» metræ crediderunt, διὰ τὴν τῶν ἀναλυτικῶν ἀπαιδευσίαν,
» propter Analyticorum imperitiã. Híc Ariſtoteles mathematicos, ut Logicæ ignaros coarguit; quód logicam doctrinam non exerceat, ut neceſſe erat; ſed quód tanquam mathematicam aliquam in ſuis præceptis adnumerent. Quin Ariſt. 5.cap.1. Poſter. eandem Logicæ ἀπαιδευσίαν in mathematicis pari ſeveritate reprehendit, quód proportionũ doctrinã in mathematicis elemẽtis permiſceãt. Itaque Ariſtotelis ingenium hac in re ſuſpiciendum eſt,

quód

quód nobiliſſimæ diſciplinæ confuſionem tantam deprehenderit, & quomodo vitanda eſſet, tam ſtudiosé admonuerit. Videbat nimirum philoſophus, ſi ad difficultatem rerum mathematicarum, etiam doctrinæ confuſio & obſcuritas accederet; fore, ut hæc ſtudia jacerent, ut poſtea tot ſecula jacuerunt: ut neque quiſquam adhuc inventus ſit, qui ſeptimus poſt Hippocratem, Leontem, Theudium, Hermotimum, Euclidem, Theonem, elementa commodiús & luculentiús explicare contenderet. Itaque & P. Ramus ſingulari alacritate, Ariſtotelis illã in Philoſophia & Poſterioribus vocem, tanquam ad ſe præcipué pertinentem excepit, totumq; mathematico Ariſtoteleæ agriculturæ ſtudio dies noctéſque ſeſe dedidit. Teſtis vigiliarum & meditationum fui, ut ſæpe difficultate rerum & labore pené obrutus, admoneretur á me, ut ſibi aliquando parceret, & quod vix, ac ne vix quidem hominum millia tam multa potuiſſent, id unum ſe ne ſperaret effecturum. quibus monitis non deterritus, ſed potiús accenſus, acrior ad inſtitutum revertebatur. Itaque jam perſpicimus, ut Ariſtotele vindice, poſſeſſionem logicam á mathematicis repetat: neque dubitet, ut geometricum in Logica ſit ἄλογον, ſic logicum in Geometria fore ἀγεωμέτρητον. Neque veró ſolúm logica á mathematicis repetivit, ſed mathematica ipſa alienis rebus obſcurata in priſtinum ſplendorem vindicare contendit. Sed hac de re P. Rami mathematicæ & Artes & Scholæ diſſerent pleniús.

Sæpeq;] Omnium comparatorum triplex quoddam privilegium eſt: primum, quód quibuſdam notis breviús interdum indicantur: neque enim id convenit cæteris argumentis. tales igitur notæ in ſingulis generibus comparatorum á P. Ramo ſtudiosé proponuntur, quæ tanquam artis magiſtræ & interpretes, ſtudioſo Logicæ dicant, Hoc argumentum eſt parium, illud majorum, iſtud minorum, tale ſimilium, aliud quoddam diſſimilium. Aliquando partes pleniús diſtinguuntur: Partes autem comparationis explicatæ & diſtinctæ, appellantur πρότασις καὶ ἀπόδοσις, propoſitio & redditio: eſt enim quod comparatur, & cui comparatur. Secundum autem privilegium híc eſt, quód tota πρότασις vel ἀπόδοσις, argumentum facit: non pars

altera,ſeu terminus alter propoſitionis, aut redditionis. In comparatis autem, terminus proprié dicitur; quamvis ſit commune omnis argumenti nomen. ut cauſſæ vocabulum,quamvis interdum omne argumētum ſignificet: attamen primam ſpeciem proprié ſignificat. Tertium eſt, quód ficta comparata, verorum etiam argumentorum vim obtinent: Quin Ariſtoteles in Rhetoricis lib. 2.cap. 20.indicat,fictarum comparationum inventionem faciliorem eſſe: verarum tamen utilitatem eſſe majorem. Sed Ariſtoteles de apologis & ſimilibus fictis ſpecialiter tantúm propoſuit: hanc gratiam P. Ramus ab Ariſtotele acceptam,partibus quatuor amplificat,& paria,majora,minora,diſſimilia etiam ficta,hanc habere vim oſtendit. Ergo ex Ariſtotelea καθόλȣ πρώτον lege, fundum Ariſtotelis fertiliorem quadruplo & fœcundiorem reddidit. Quintilianus lib.5.cap.10.vocat καθ' ὑπόθεσιν,docetque, ex omnibus locis duci poſſe:quia totidem ſpecies poſſunt eſſe fictę, quot veræ. quod verum eſt: ſed addit, id de quo quæritur, fieri ficto ſimile: in eoque Ariſtotelis elenchum illum ſecutus eſt. At poteſt redditum ficto eſſe etiam par, majus, minus,diſſimile,ut exemplis P.Ramus approbavit: Et tamen ſi quid fingatur ſine comparatione, argumentum veritatis non habebit,ſed mendacii: Itaque meritó P.Ramus hoc ſingulare comparatorū privilegium eſſe docuit.

Natura] Res anté in ſuperioribus locis eſt definita. quomodo cauſſa prior eſſet effectu, & ſubjectum adjuncto,& diſſentanea ſimul eſſent natura:De comparatis non commemini quicquam definitum eſſe ab Ariſtotele: attamen paria & imparia æquævam notitiam habere videantur:nec fortaſſe ſimilia & diſſimilia repugnabunt; cúm totum id ſit non é rerum natura,ſed é comparatione.

Comparatio] Diviſio comparatorum ſit in comparationem quantitatis & qualitatis: ſed quantitatis verbum ambiguum eſt in Ariſtotelis philoſophia. Quantitas aliás logicé,aliás mathematicé in philoſophia Ariſtotelis accipitur.Logicé quando ſit una decem categoriarum: generaliter enim & logicé tū accipitur pro quolibet argumento,quo res dicuntur æquales vel inæquales: quomodo & in Phil.2.cap.4.lib.& 2.cap.11.lib. ἰσότης καὶ ἀνισότης,æqualitas

litas & inæqualitas, dicuntur πρῶται διαφοραὶ, καὶ εἴδη, καὶ τὰ καθ' αὑτὰ πάθη τοῦ ὄντος, primæ differentiæ, & ſpecies, & per ſe affectiones entis. hæc logica eſt ſignificatio quantitatis, quæ etiam totis Topicis ab Ariſtotele tractatur: ſic quãtitas loci, temporis, facultatis & omnino rei cujuſlibet appellatur. Atque hæc quantitas eſt logica: at in categoria illa quantitatis, fit diviſio quantitatis in numerum & magnitudinem: quæ diviſio mathematica eſt, nõ logica: neq; enim quantitas illa logica, ſolùm valet in numero & magnitudine, ſed in quolibet ente & non ente. Itaque diviſio illa quantitatis logicæ in numerum & magnitudinem, vitioſa eſt in logica arte; parteſque toto diviſo longé minores & inferiores efficit: & in Mathematicorum ſophiſma ab Ariſtotele reprehenſum incidit, dum logicam, omniſque entis & non entis doctrinam, ſpeciali numerorum & magnitudinum ſubjecto attribuit.

Parium vel imparium] ἄρτιον, περιοσσὸν, ἴσον, ἄνισον: Par, impar, æquale inæquale. Mathematici (ut dictum eſt) ſibi uſurparunt: paritatemq; & imparitatem numeris, æqualitatẽ & inæqualitatẽ magnitudinibus attribuerunt. At Logica utrumq; logicé & generaliter ſuo jure ſibi vindicabit: & ſic Ariſtoteles in Philoſophia 15. cap. 5. lib. ait, Æqualia ſunt, quorum quantitas una. In Rhetoricis item 23. cap. 2. lib. Æquale, quod neq; magis, neq; minús. Quomodo Cicero in Topicis, Comparatio parium (ait) nec elationem habet, neque ſummiſſionem: eſt enim æqualis. Ariſtoteles in Topicis paria vocat, quæ ſimiliter inſunt: & feré cum ſimilium argumento confundit, & 4. cap 2. & 4. cap. 3. item 4. & 5. cap. 5. deniq; 2. cap. 7. Attamen ὁμοιότητα, id eſt ſimilitudinem, á paribus diſtinxit aliás, ut dicetur ſuo loco. Deinceps tria comparatorum privilegia in paribus ordine declarantur. Ad pariũ locum videntur ea referenda eſſe, quæ tam prolixé per Ariſtotelis philoſophiã diſperſa ſunt: Quot modis duo quælibet aut plura dicãtur idẽ & unũ: qui modi ſané quatuor omnino ſunt: é cauſſis, effectis, ſubjectis, adjũctis: in quos modos Ariſtot. incidit, cúm docet, unum dici, οὐσίᾳ, ποιότητι, ὑποκειμένῳ, πάθει. Sed rem totã nomine unius tam cõfundit, quám entis nomine: quod modó bifariã, modó trifariã, modó quadrifariã,

modó quotlibetfariam dividitur. Proponuntur novem ſpeciales notæ parium, quæ ſingulæ ſuis exemplis illuſtrantur: tria autem prima exempla, notis tantùm indicantur, reliqua latiùs.

Par levibus] Primæ notæ exemplum eſt de ſimulacro Creüſæ, quod Æneæ, conjugem ipſam ſolicité perquirenti apparuit: cúm Æneas memorat, ut reſpondere, ut complecti conatus ſit:

Ter fruſtra comprenſa, manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.

Et nunc] Secundæ notæ exemplum eſt: ubi verba ſunt Andromaches, quæ Hectoris uxor fuerat, & filium Aſtyanactem amiſerat: quem jam cum Aſcanio comparat:

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago!
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo.

Cujus] Tertiæ notæ eſt exemplum, & de Pompejo loquitur, cúm Africani, Pauli, Marii, Pompeji laudibus ſuas » orator exaggerat. Anteponatur (ait) omnibus Pompejus, » cujus res geſtæ atque virtutes, iiſdem quibus ſolis curſus, » regionibus ac terminis continentur: erit profectó inter » horum laudes, aliquid loci noſtræ gloriæ. Reliqua exempla cum notis, partes πρότασιν & ἀπόδοσιν explicatas habent.

Tam ficti] Quartæ notæ exemplum. de fama autem loquitur Virgilius, quæ Didonis & Æneæ amores divulgaverat: fama eſt tam nuntia mendacii, quám veritatis.

Tantó peſſimus] Quintæ notæ eſt exemplum, ex epigrammate Catulli, gratias agentis Ciceroni hoc modo:

Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt, quotq; fuere (Marce Tulli)
Quotq; poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas Catullus
Agit, peſſimus omnium poeta:
Tantó peſſimus omnium poeta,
Quantó tu optimus omnium patronus.

Littora] Sextæ notæ exemplum Ovidii apud Getas exulis, & multitudinem miſeriarum ſuarum comparatione ſex parium hyperbolica demonſtrantis.

Tene-

Tenerum] Cui ſunt innumeræ effigies animantium rerumque cunctarum impreſſæ: nec, ut in volucrum notamus ovis, lævitate continua lubricum corpus (quod clariſſimi authores dixere tenerum) argumentis indicatur. Plinius lib. 2. cap. 3. & ſic Virgil. Eclog. 6. dixit.

—ipſe tener mundi concreverit orbis.

Icariæ] Icarus filius Dædali, fingitur á poëtis alis cera compactis maria pervolaſſe: ſed liquefacta ſolis ardore cera, decidiſſe in mare, quod ab ejus nomine Icarium eſt appellatum. Ovidius,

Icarus Icariis nomina fecit aquis.

Neque] Duæ notæ ſequentes, ſunt per negationem imparium, ſeptima per negationem majoris, de laude Servii Sulpitii, qui maluit in juriſprudentia Romæ primus eſſe: quám Ciceroni in eloquentia ſecundus. Ergo ita laudatur, ut præſtantiſſimus jureconſultus laudari debeat, qui non magis juris & ſcriptarum legum, quám juſtitiæ & æquitatis ſit conſultus & peritus: quiq; malit controverſias tollere, bono & æquo conſulendo, quám alere lites, actionum formulas informando.

Non minor] Exemplum octavæ notæ, per negationem minoris. Ovidii autem eſt ſententia ad illum locum:

Non ſatis inveniſſe tibi eſt, me vate puellam:
Arte mea capta eſt, arte tenenda mea eſt.

Tum additur,

Non minor eſt virtus, quám quærere, parta tueri:
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.

Paria] De Sulpitio locus eſt, qui dejectus petitione conſulatus á Muræna, & ob id indignatus, Murænam accuſavit, ſeque digniorem fuiſſe diſſeruit. At orator, in contentione dignitatis, ut Murænam ſervaret, ſatis habuit æquare utrunque, & aliis poſtea rebus, ut militaribus artibus, Murænam præponere: In hoc autem exemplo (neq; vinci potuerit, neque ſuperarit) negatio eſt tum majoris, tum minoris. Eſt autem rationum, cúm συλλογιστικῶς tractantur, ſpecialis differentia apud Ariſtotelem. quæ ex rationibus æqualiter vel inæqualiter inſunt: quod eſt Ariſtoteli ἐνύπαρξις, tanquam diceretur, inexiſtentia. Tumq; comparationis argumentum, eſt tota protaſis, quæ ut pa-

riter vel impariter vera eſt, ita paris vel imparis argumentum faciet.

Axioma] Axioma interdum generaliter appellatur quodlibet propoſitum, ut Stoici in Logica ſunt locuti, ut etiam Ariſtoteles nonnullis locis: aliquando ſpeciem propoſitionis per ſeſe clariſſimam & evidentiſſimam ſignificat, quomodo ab Ariſtotele in Analyticis appellatur: qualia in elementis, duodecim proponuntur ab Euclide: Sed appellantur á Proclo, unico nomine axiomata: á Theone, *κοιναὶ ἔννοιαι*, per periphraſin. Sed de hac differentia P. Rami Scholæ mathematicæ loquentur uberiús.

Parium] Locus eſt Ariſtotelis 4. cap. 2. Topic. Parium ſi alterum non inſit, neq; reliquum: & ſi alterum, & reliquũ. Hoc Ariſtotelis axioma videtur eſſe ſyllogiſticũ illud quidem, & judicii magis, quám inventionis proprium. videtur enim concluſionis quandam regulam docere, ſed quæ vim hujus argumenti etiam explicat. Itaque cúm varié critica iſta & judiciaria axiomata P. Ramus verſaviſſet, tandem reliquit, dum accuratius híc aliquid occurreret. Talia antea ipſi ἀδιάλυτα fuerunt de cauſſa efficiente per accidens, de fine, de comparatorum genere & ordine. Addit etiam Ariſtoteles ad illud axioma parium, valere hoc argumentum in utramq; partem, affirmationis nempe & negationis: quod exempla ſequentia declarant.

Facinus commune] Oratio eſt, quam M. Antonio Tullius affingit diſſerenti contra Cæſarem: quód Cæſar ab eo ſectionem bonorum Pompejanorum repeteret, cúm tamen Antonius bellum cum Cæſare adverſus Pompejum uná fecerit, & uná vicerit. Atque in hoc exemplo, ex affirmato pari par affirmatur.

Quando] Verba ſunt Demeæ, actus 5. ſcena 3. Demea agreſtior, é duobus filiis Æſchinum dederat adoptandum fratri Mitioni, Cteſiphonem retinuerat ſibi: depactuſq; erat cum Mitione, ut Æſchinum ſuum curaret, Cteſiphonẽ ſibi curandum relinqueret: poſtea comperto, Cteſiphonẽ etiam á Mitione corrumpi, exclamat inter cætera: Quando ego non curo tuum, nempe Æſchinũ; ne cura meum, nempe Cteſiphonem. Atq; in hoc exemplo negatur par é negato pari: ita par valet in utramque partem.

Conſecta

Conſectaria] Hæc Ariſtotelis ſunt in Topicis 3. cap. 2. lib. ubi inſtituit é contrariis συμπλοκὰς, cõplexiones, quas appellat, indeq; duplicem conſecutionem, alteram τὴν ἐπὶ ταυτὰ, ad eadẽ: quã putat firmã eſſe in relatis & privãtibus.

Tum ſervum] Hoc conſectarium é relatis antea fuit: Pater eſt dominus: ergo filius eſt ſervus.

In pretio] Similis eſt ad eadem conſequentia, é privantibus: Dives honoratur: itaque pauper deſpicitur. Exemplum Ariſtotelis eſt, Viſus eſt ſenſus: ergo cæcitas, eſt ἀναισθησία, ſenſus impotentia. At conſectarium hoc accuratiús fuerit conſiderandum, necubi fallat, ut, Videns eſt vivus: ergo cæcus eſt mortuus: nõ ſequitur. In relatis autem, conſecutio eſt firma, propter mutuã relationis affectionem, vel in duobus tantúm, ut, Ariſtoteles fuit diſcipulus Platonis: ergo Plato fuit magiſter Ariſtotelis. quale feré eſt illud Quintiliani lib. 5. cap. 11. Si turpis dominæ conſuetudo cum ſervo, turpis domini cum ancilla.

Sylla] Cicero defendebat Syllam amicum ſuum accuſatum á Torquato etiã amico: Itaq; Torquatus ab eo violari amicitiam querebatur: cui reſpondet orator ex adverſis paribus: quam tamen conſequentiam Ariſtoteles in illo Topico firmam non putat: inſtatque exemplo: Bonus habitus eſt ſanitas: ergo malus habitus eſt morbus: non ſequitur, ait. At medici de inſtantia illa Ariſtotelis viderint. Certé in aliis exemplis perpetuum non erit: ut, Homo eſt mortalis, ergo beſtia eſt æterna, minimé ſequitur. Et quidem Ariſtoteles in Ethicis adverſus illud axioma citatum á Cicerone (quód contraria contrariorum ſint conſequentia) diſſerit, cúm fatetur, in vitio ſatis eſſe cauſſæ ad miſeriam, negat autem in virtute ſatis eſſe roboris ad beatitatem: quia corporis & fortunæ bona etiam neceſſaria ſint. quæ tamen ſententia valde mollis eſt, & indigna philoſopho.

Ficta] Comparationes generum omnium fingi poſſunt, ut dixi: Ex paribus eſt Æſchinis illa tota comparatio, quam Cicero primo de Inventione convertit: ubi duplex eſt πρότασις ad uxorem Xenophontis: Tu malles melius aurum, & pretioſiorem ornatum vicinæ, quám tuum: malles igitur & virum ipſius meliorem. Item πρό-

τάσις eſt duplex ad Xenophontē ipſum, Malles & equum, & fundum vicini tui meliorem: malles igitur & uxorem meliorem. Cicero 1. de Inventione, ubi vertit hunc locū, & poſt Ciceronem Quintilianus, hoc exemplum ad ſimilitudinem retulere: at paria ſunt, Tu malles vicinæ veſtem meliorem: ergo malles conjugem.

Aſpaſia] Aſpaſia Mileſia fuit, capta á Pericle, & poſtea propter ingenii & doctrinæ præſtantiam, ducta in matrimonium: docuit autem Socratem rhetoricas artes, ut eſt in Epitaphio Platonis: ubi & funebris Aſpaſiæ oratio recitatur.

Tacuit] Póſt autem Aſpaſia (ut habet ibidem Cicero) » Quoniam uterque veſtrum (inquit) id mihi ſolúm non » reſpondit, quod ego ſolúm audire volueram: egomet di- » cam, quid uterq; cogitet. Nam & tu mulier, optimum vi- » rum mavis habere: & tu Xenophon, uxorem lectiſſimam » habere maximé vis. Quare hoc niſi perfeceritis, ut neque » vir melior, neque fœmina lectior in terris ſit, profectó id » quod ſemper optimum putabitis eſſe, multo maximé re- » quiretis: & tu, ut maritus ſis cum optima muliere: & hæc, » ut quám optimo viro nupta ſit.

Quæ eidem] Axioma eſt primum Euclidis, quod videtur illius Ariſtotelëi *ἀντίστροφον* quoddam eſſe: Si parium alterum tertio convenit, & reliquum: ergo ſi duo conveniant eidem, paria erunt. quod etiam tam logicé & generaliter explicari tractarique poteſt, quám illud Ariſtotelëum, ut apparet in illo Martialis loco: Nam cúm dicit, Capto & captas, perinde eſt ac ſi diceret, hoc tibi & mihi pariter convenit: quare ſumus pares. Cui germanum eſt illud de rationibus eidem eiſdem propoſitum 11. prop. 5. & infinité totis mathematicis uſurpatum: Reliqua duo axiomata Euclidis, Si æqualibus æqualia addantur vel ſubducantur, tota vel reliqua erunt æqualia: eundem logicum & communem uſum habent: nam Martialis idem ſecundo & tertio diſticho, hoc idem demonſtrat, addendo tum Maximo, tum Martiali æqualia facta ſalutandi, comitandi: unde pares & æquales concludit. Idem porró fiet, ſi paribus copiis æquo Marte certatum ſit, tum reliquas copias pares eſſe concludatur.

Gnatho]

Gnatho] Locus eſt actus 3. ſcena 1. ubi paraſitus conſulit Thraſoni, ne purget ſe Thaidi de amore Pamphilæ, ſed potiús pari dolore repungat: ac ſicut é paribus factis concluſit Martialis, pares authores eſſe, ſic item Gnathonis ſyllogiſmus eſt in doloris & ſtómachi paris concluſione. Talis eſt lucta illa duorum paſtorum, Damœtæ & Menalcæ, ecl. 3. apud Virg.

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat cæli ſpatium non amplius ulnas.

Cui ænigmati cúm Menalcas reſpondere non poſſet, par ænigma repoſuit:

Dic quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcantur flores, & Phyllida ſolus habeto.

Hîc igitur, ut antea, é paribus ſilentiis, par utriuſq; paſtoris ignorantia concluditur.

CAP. 19. De Majoribus.

IMparia ſunt, quorum quantitas non eſt una. Imparis axiomata ſunt illa: "Si æqualium alterum tertio fuerit inæquale, & reliquum eidem erit inæquale." Si inæqualibus æqualia addantur, tota erunt inæqualia. Si inæqualibus æqualia ſubducãtur, reliqua erunt inæqualia. "Impar, eſt majus aut minus. Majus eſt, cujus quantitas excedit." Propriæ notæ ſunt hujus rationis, non ſolúm, ſed etiam, cúm, tum, malo hoc quám illud, plus, quám. Cicero pro Mur.

"*Tollitur é medio----*
non ſolúm iſta verboſa ſimulatio prudentiæ, ſed etiam illa domina rerum
----Sapientia: vi geritur res:
Spernitur orator----
non ſolúm odioſus in dicendo, aut loquax, verumetiam
---bonus: horridus miles amatur.

Hinc ſumitur interdum logica quædam gradatio climaci rhetorico conjuncta. Pro Mil.
» Neque veró ſe populo ſolúm, ſed etiam Sena-
» tui tradidit: neque Senatui modó, ſed etiam
» publicis præſidiis & armis: neque his tantúm,
» verumetiam ejus poteſtati, cui Senatus totam
» Rempubl. omnem Italiæ pubem, cuncta popu-
» li Romani arma commiſerat. 2. Agrar. "Quæ
» cúm omnibus eſt difficilis & magna ratio, tum
» veró mihi præter cæteros. Juvenalis Satyra octava:

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas,
Quám te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Plus admirationis habitura quám gloriæ, pro Marc. Sæpe ſine ulla harum notarum, hoc argumētum tractatur, ſecundum illud Ariſtotelis "axioma, Si quod minús videtur ineſſe, ineſt, &
» quod magis. Cic. Pro Arch. "Saxa & ſolitudines
» voci reſpondent: beſtiæ ſæpe immanes, cantu
» flectuntur atque conſiſtunt: nos inſtituti rebus
» optimis, nō poëtarū voce moveamur? Æneid. 1.

O ſocii (neq; enim ignari ſumus antè malorū)
O paſſi graviora, dabit Deus his quoq; finem,

„ Cicero pro Mur. "Noli tam eſſe injuſtus, ut cúm
„ tui fontes vel inimicis tuis pateant, noſtros ri-
„ vulos etiam amicis putes clauſos eſſe oportere.
„ Ovid. 1. de Remed.

Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec ſitiens ora levabis aqua:
Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Atq;

Atq; in hac tractatione eſt illa gradatio ſeptimæ Verrinæ, diſſimilis illius ſuperioris: Facinus « eſt vincire civem Romanum: ſcelus verberare: « propé parricidium necare. quid dicā in crucem « tollere? Ficta etiam majora plurimúm valent. 2. « Phil. O rem non modó viſu fœdā, ſed etiam au- « ditu: ſi inter cœnam, in tuis immanibus illis po- « culis, hoc tibi accidiſſet, quis non turpe duceret? « in cœtu veró populi, negotium publicū gerens, « magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vo- « mens, fruſtis eſculentis vinum redolētibus, gre- « mium ſuum & totum tribunal implevit. «

Imparia] Imparia definiuntur definitione oppoſita parium definitioni, quorum quantitas non eadem. hiſque tria axiomata communia majorum & minorum ſubjiciuntur, ut antea paribus tria ſubjecta ſunt.

Si æqualium] Antea fuit, Eidem æqualia, eſſe inter ſe æqualia: cui videtur oppoſitum, Quæ eidem inæqualia, eſſe inter ſe inæqualia. at omnium in mathematicis ſophiſmatum captioſiſſimum hoc eſt. eſt enim falſum. Nam tria, item altera tria ſunt inæqualia duobus: & tamen inter ſe non ſunt inæqualia Itaque á P. Ramo proponitur imparium primum axioma, uti oportuit: Duo ſequentia, ſunt Euclidis, ſecundum & tertium, quæ perinde communia ſunt: Lumina Solis & Lunæ ſunt inæqualia: æqualia addātur utriq; reliquarum ſtellarum lumina: tota erūt inæqualia: id eſt, majus, erit majus tātó, & minus, tantó minus: detrahantur utriq; æqualia eadē, reliqua erunt inæqualia: id eſt, ut antea, majus perinde majus, & min⁹ perinde minus.

Impar eſt majus] Dichotomia ſervatur perpetuó. Majus in Elemētis nunquam perſpicué explicatur, ſed nomine totius, ut in octavo axiomate primi: & nomine multiplicis, ut tertia definitione quinti, & quinta ſeptimi, obſcuriús comprehenditur: Itaque majus definitur á P. Ramo é logico & generali quantitatis ſenſu, antea declarato.

Propriæ notæ] Propriæ notæ majorum non tam mul-

tæ ſunt, quám parium: ſed tamen etiam certæ: ut non ſolúm, ſed etiam, cúm, tum, malo hoc quám illud.

Tollitur] Verſus ſunt Enniani, oratoriis comparationibus majorū illuſtrati: habent autem verſus proſæ interpoſiti, & gratiam & authoritatem: quod in Ciceroniano P. Ramus pleniús adnotavit.

Climaci] Climax hîc figura rhetorica eſt, cúm attenditur repetitio ſoni continuata multis ſubinde ſententiis: & ſonus item figuram verbi efficit: at majora minoribus comparata, præſentis loci argumentum faciunt: Quin poteſt iſta logica eſſe gradatio ſine climace rhetorico: ut apud Terētium, cúm Gnatho Thaidis gratias amplificat pro virgine:

Th. magnas veró agere gratias Thais mihi?
Gn. Ingētes. Th. Ain' tu? læta eſt? Gn. nō tā ipſo quidē
Dono, quám abs te datum eſſe: id veró ſerió
Triumphat.

Oratio á majoribus ſemper creſcit: plus enim eſt, ingentes, quám magnas gratias agere; & plus, triumphare, quám lætam eſſe: & plus, authore muneris, quám munere ipſo delectari.

Quæ cúm] Loquitur orator de Cōſulatus adminiſtrandi difficultate, quia nulla generis authoritate vel commēdatione defendatur, ſi quid offenderit.

Therſites] Malo te nobilem patris ignobilis eſſe filium, quám nobilis ignobilem. Therſites, fuit deformiſſimus & ignaviſſimus Græcorum: Achilles autem præſtantiſſimus. De Therſite eſt 2. Iliad. ut ab Achille, quód illi convitiaretur, ictu pugni ſit interemptus.

Æacide] Æacus, pater Pelēi, avus Achillis: unde jam nepos, Æacides appellatur.

Vulcaniaq;] Vulcanus, deus ignis fingitur, & faber armorum Jovialium adverſus gigantes.

Axioma] Habet veró majoris argumentum ſua etiam conſectaria, ſed affirmata tantúm: & minús ineſſe, ſignificat difficiliús ineſſe: Eſt autem axioma 4. cap. 2. Topici.

Saxa] Orator multis anté laudibus poëtas in defenſione proſecutus erat, ut etiam ſanctos appellaret & divinos: tum concluſionis loco, comparatió hæc inducitur á majoribus:

ribus: Majus enim & difficilius, ſaxa & beſtias moveri. Quint.lib. 8.cap.3. ſimilitudinem híc ſtatuit, ſed falſó: eſt enim majorum comparatio, non ſimilium.

O ſocii] Conſolatio eſt Æneæ ad ſocios tempeſtate vexatos & dejectos in Africam: Graviora pertuliſtis, leviora itaq; tolerate.

Noli eſſe] Servium Sulpitium alloquitur, qui (ut antea Torquatus) offendebatur, quód Tullius amicus defenderet Muræam, Sulpitii ipſius inimicum: Nam ſi tibi (ait « orator) neceſſe putas, etiam adverſariis amicorum tuorum « de jure conſulentibus reſpondere: & ſi turpe exiſtimas, « te advocato, illum ipſum, pro quo veneris, cauſſa cadere. « Allegoria autem feſtiva interponitur, ad placandum: aſſentatur enim interea, dum juriſprudentiam eloquentia tantó ſuperiorem facit, quantó fontes rivulis ſint ampliores.

Ut corpus] Hoc argumentum cuipiam videatur eſſe á minoribus. nam corpus, anima minus eſt: & hoc poëta ſignificat: Attamen pati corporis cauſſa, difficilius eſt, & minús videtur ineſſe: denique affirmatio (Tu pateris corporis cauſſa, patere igitur animi) argumentum majoris indicat, quale eſt illud Horatii,

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:
Ut teipſum ſerves, non expergiſceris?

Vincire] De Cajo Conſano loquitur, quem Verres pro fugitivorum ſpeculatore, quamvis civem Rom. verberibus cæſum, igne candentibuſq; laminis excruciatum, tandem in crucem egit. atqui leges Porciæ & Semproniæ, vincula, & virgas á corpore civis Romani, non ſolúm crucem ſuſtulerant, ut eſt pro Rabirio, & in eadem ſeptima Verrina. atque tres illi gradus, vincire, verberare, necare, quamvis res ſint minores, quám tollere in crucem: tamen ὕπαρξιν difficiliorem habent, & affirmant denique: unde majoris argumentum agnoſcimus.

O rem] De hoc vomitu ſic eſt 2. Phil. Tu iſtis faucibus, i- « ſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, « tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe « eſſet in Pop. Rom. conſpectu vomere poſtridie. «

CAP. 20. De Minoribus.

"Minus eſt, cujus quantitas exceditur. Minus autem, ſæpe indicatur" propriis notis, ut non ſolúm, ſed ne, antè illud quàm hoc: item per grammaticam comparationem: deniq; per negationem parium. Cic. 2. Catil. "Nemo nō modò Romę, ſed ne ullo in angulo totius Italię oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciverit. Virg. Ecl. 1.

"*Antè leves ergo paſcentur in æthere cervi,*
Et freta deſtituent nudos in littore piſces:
Antè pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim:
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Ovidius 3. de Triſt.

"*Sævior es triſti Buſiride, ſævior" illo,*
Qui falſum lento torruit igne bovem:

Atque hujus ejuſdem ſpeciëi ſunt hæ formulæ, quæ fiunt etiam negatione parium. Philipp. 9. "Omnes ex omni ætate, qui in hac civitate intelligentiam juris habuerunt, ſi unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio non ſunt conferendi. Catil. 2. Quanquam illi, qui Catilinam, Maſſiliam ire dictitant," non tam hæc queruntur, quàm verentur. Pro Muræna: "Quod enim fretum, quem Eurypum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuū, quantas perturbationes & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Axioma autē eſt minorū, Si quod magis videtur ineſſe, non ineſt, neque quod minus: quod tantúm valet in negando. Pro Marcel.

"Tantúm

"Tantúm abes á perfectione maximorũ operũ, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. Finguntur etiam minora. Terent. in Heaut.

--"Satrapes ſi ſiet
Amator, nunquã ſufferre ejus ſumptus queat,
Nedum tu poſſis.-- 5. Æneid. *(thor*
Magnanime Ænea, non ſi mihi Juppiter au-
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cælo.

Atq; hæc de majoribus & minoribus: quorũ cõmunis videtur" explicatio, ut antea ex paribus paria, ſic ex majoribus & minoribus inter ſe collatis, duorũ alterũ majus, alterũ minus, id eſt, ex imparib. imparia arguimus. Sic Ovid. amplificat Auguſti laudes collatione Romuli, quem (dum ejus facta factis Auguſti minora majorib. comparat) modis omnibus minorem facit. Faſt. 2.

Romule concedes, facit hic tua" magna tuendo
Mœnia, tu dederas" tranſilienda Remo.
Te" Tatius parviq́; " Cures," Ceninaq; ſenſit:
Hoc duce, Romanũ eſt ſolis utrumq; latus.
Tu leve neſcio quid victæ telluris habebas:
Quodcunq; eſt alto ſub Jove, Cæſar habet.
"Tu rapis, hic" caſtas duce ſe jubet eſſe maritas.
Tu recipis luco, reppulit ille nefas.
"Vis tibi grata fuit: florent ſub Cæſare" leges.
Tu" domini nomen, principis ille tenet,
Te" Remus incuſat, veniam dedit" hoſtibus ille.
"Cæleſtem fecit te pater, ille patrem.

Sic Cicero pro Mur." Imperatorem jureconſulto cõparat: Quî poteſt dubitari, quin ad Con- «
ſulatum adipiſcendũ multó plus dignitatis affe- «
rat res militaris, quám juris civilis gloria? Vigilas «

» tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas: il-
» le, ut eó quó intendit, maturé cum exercitu per-
» veniat. te gallorum, illum buccinarum cantus
» exuſcitat. tu actionem inſtituis: ille aciem in-
» ſtruit. tu caves, ne tui conſultores: ille, ne urbes
» aut caſtra capiantur. ille tenet & ſcit, ut hoſtium
» copiæ: tu ut aquæ pluviæ arceantur. ille exerci-
» tatus eſt in propagandis finibus: tu in regendis.

Minus] Minus in Euclidëis elementis, pars aut partes appellatur. pars, quādo aliquoties ſumpta reſtituit totum: ſecus partes appellantur, ut prima definitione quinti, & tertia quartaque definitione ſeptimi. Sed pars ambigué modó refertur ad totum: ut in nono axiomate primi, Totum eſt majus ſua parte: modó ad multiplum. Itaque hanc ambiguitatem P. Ramus evitavit.

Proprius notú] Notæ híc ſunt quatuor, non ſolúm, ſed ne: ante hoc, quám illud: tertió, nota comparationis, quartó, negatio parium. Præcipua autem eſt non ſolúm, ſed ne, oppoſita illi affirmatæ, non ſolúm, ſed etiam.

Nemo] De Catilina loquitur, qui ingenio prorſus admirabili, conflarat tantam improborum manum.

Ante leves] Hyperbolica eſt collatio Tityri: faciliús naturæ leges ſubvertentur, ut cervi paſcantur in æthere, mare arefactum deſtituat piſces, fluminaque mundi, ut Araris Galliæ, & Tigris Meſopotamiæ, hic in Germaniā, ille in Parthiā influant, quám beneficia Cæſaris obliviſcar.

Sævior] Tertia nota eſt minorum per comparationem. Buſiris fingitur á poëtis filius Neptuni, crudelitate necatorum hoſpitum infamis. Itaque cúm Herculem hoſpitem mactare vellet, ab eo interemptus eſt. de hoc 2. Georg. Virgil.

—quis aut Euriſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Illo] Periphraſis eſt Phalaridis tyranni Agrigentini: cujus exercendæ crudelitati cúm Perillus Athenienſis artifex ingenioſus bovem æneum ita fabricatus eſſet, ut rei per apertum pectus incluſi, ſubjectoq; igne toſti, mugitum bovis

bovis, non humanam vocem ederent: Phalaris artificii primum periculum in artifice ipſo fecit.

Omnes] Notæ ſequentes fiunt negatione parium, Non conferendi, Non tam, quám, Non tot, quot.

Omnes] Laus eſt Sulpitii magna, quó minores fiunt omnes anté nati Romæ juriſconſulti.

Non tam] Catilinarii, ut Ciceroni invidiam crearent, hoc dictitabant.

Quod enim] Hîc negatio eſt parium notarum, tantas, quantas. Freta nō habent tantas agitationes, quantas habent comitia.

Axioma] Axioma autē Ariſtotelis eſt 4. cap. 2. Topic. Valetque hic locus tantúm ad negandum, ut ſuperior ad affirmandum.

Tantúm abes] Cæſar conqueſtus de ſuſpicione conjurationis, dicebat ſe ſatis ſibi vixiſſe: At orator negat Reipublicæ collapſæ, nequedum reſtitutæ, ſatis eum vixiſſe. Nunc (ait) cúm ſalutem civium, cunctamque Rempub. « res quæ geſtæ complexæ ſint: tantúm abes á perfectio- « ne maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, « nondum jeceris. «

Satrapes] Verba ſunt Chremetis, act. 3. ſcen. 1. diſſuadentis Menedemo nimiam indulgentiam in amores Cliniæ filii; quia amica nimiúm ſumptuoſa ſit:

Primū(inquit) *jam ancillas ſecū adduxit plus decem,*
Oneratas veſte atque auro.———

Satrapes] Dictio eſt Perſica, quæ latiné præfectum ſignificat. Hîc igitur fictum eſt argumentum: Si Sitrapes amaret hanc, non poſſet perferre hos ſumptus: nedum, id eſt, non ſolúm non tu. nedum enim id proprié ſignificat. Majora videntūr hæc. At ὕπαρξις Ariſtotelis, & axiomatis negatio minora demonſtrant.

Juppiter] Fictio eſt ſimilis: Si Juppiter adeſſet, non poſſet inſtitutam velificationem ſequi: nos igitur non poſſemus. Vox autem eſt Palinuri, tempeſtatem inſurgentem proſpicientis, cúm ex Africa in Italiam claſſis Æneæ navigaret.

Colligere arma jubet, validiſque incumbere remis:
Obliquatque ſinus in ventum, ac talia fatur.

Talis eſt fictio 2. Æneid. cúm Hecuba Priamum deterret ab armis contra victores Græcos:

Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget: non ſi ipſe meus nunc adſoret Hector.

Talis apud eundem poëtam.

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Explicatio] Majorum minorumque ubertas eſt permagna: cujus & illud videtur, cúm quæſtio eſt de ipſa majoris & minoris inæqualitatis ratione, eaq; arguitur, illinc é majoribus, hinc é minoribus: quæ modó tamen antecedunt, modó ſequuntur: ut in exemplo Ovidii, initium eſt ab Auguſto, reliquæ rationes incipiunt á Romulo: contrá in exemplo Ciceronis, ratio incipit á Servio, tandem duplex ratio incipit á Muræna. In exemplo autẽ Romuli, præcipua ejus facta attinguntur.

Magna] Romulus fecit Romam quadratã, & quatuor tantúm portarum: Auguſtus, ad ſedecim regiones & portas deduxit.

Tranſilienda] Romulus ad tutelam novæ vrbis, vallum ſufficere putabat, ait Florus.

Tatius] Sabinorum rex, in media urbe contra Romanos præliatus, & conditione admiſſus in partem regni.

Cures] Oppidum Sabinorum, cui Tatius præfuit.

Ceninaque] Cenina oppidum Ceninenſium, captum á Romulo & dirutum. Romanum regnum exiguis circa Romam finibus continebatur. ſub Auguſto tantum fuit imperium, quantum poſtea fuit unquam.

Tu rapis] Simulatis quippe ludis equeſtribus, virgines, quæ ad ſpectaculum venerant, prædæ fuere, ait Florus.

Caſtas] Auguſtus leges de adulteriis, de pudicitia, de maritandis ordinibus, de divortiis tulit, de quibus Suetonius in ejus vita, cap. 34.

Vis] Romulus violentus admodum fuit, diſcerptumq; á Senatu putant, ob aſperius ingenium.

Leges] Auguſtus, pace toto imperio conſtituta, geminoq; Jano clauſo, pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens ſæculum, gravibus ſeveriſque legibus coërcuit, ait Florus.

Domini]

Domini] Romulus, Rex vel tyrannus potiús habitus eſt: Auguſtus, cúm aliquando dominus appellaretur reſpondit ſe Cæſarem eſſe, non dominum.

Remus] Remus interfectus á fratre Romulo, quia ſaltu deriſiſſet foſſæ Romanæ anguſtias.

Hoſtibus] Pleriſque hoſtibus ignovit, in multos tamen ſævus fuit: de quo Suetonius in ejus vita, cap. 13.

Caleſtem] Romulus, filius Martis creditus eſt, & ob id conſecratus: Auguſtus autem Julium, á quo erat adoptatus, conſecravit.

Imperatorem] Exemplum hoc facilius eſt, nec admodum interpretem requirit.

Aquæ pluviæ] Aqua pluvia, eadem aqua cæleſtis dicitur, & pluvialis. Si cui veró aqua pluvia damnum dabit, aquæ pluviæ actione avertetur aqua, ait Ulpianus.

CAP. 21. *De Similibus.*

ADhuc comparatio in quantitate fuit, ſequitur comparatio in ″qualitate: qua res comparatæ, quales dicuntur: nempe ſimiles aut diſſimiles. ″Similia ſunt, quorũ eſt eadem qualitas. Similitudo, proportio dicitur, ut ſimilia, proportionalia. ″Notæ ſimilitudinis (quæ uno verbo concluditur) ſunt, ſimilis, effigies, more, inſtar, tanquã, ſicuti: tum negatio diſſimilitudinis, haud ſecus, non aliter. 1. Æneid.

″*Os humeroſque Deo ſimilis.*—

9. Philip. ″Quanquam nullum monimentum « clarius Servius Sulpitius relinquere potuit, quã « effigiem morum ſuorum, virtutis, conſtantiæ, « pietatis, ingenii, filium. 1. Triſt. «

″*Namq; ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,*
Solus Achilleo tollere more poteſt.

In Piſ. Unus ille dies mihi quidem ″inſtar im- «

» mortalitatis fuit, quo in patriam redii. Verr. 1.
» Sed repentè è veſtigio ex homine, "tanquam ali-
» quo poculo Circeo, factus eſt Verres. Pro Pom-
» pejo: Itaque omnes quidem nunc in his locis
» "Cn. Pompejum ſicut aliquem, non ex hac ur-
» be miſſum, ſed de cœlo delapſum intuentur.
3. Æneid.

"Haud ſecus ac juſſi faciunt.——

Terent. in Phorm.

"Ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.

"Similitudinis explicatæ "axiomata ſunt, "Æqualia ſunt ſimilia ad idem. &, Idem eſt ſimile ad æqualia. contráque, Similia ad idē, & Ad quæ idem ſimile eſt, ſunt æqualia, ut Ajax, ſic" Ulyſſes ad Achillis arma: & contrà, Achillis arma ut ad Ajacem, ſic ad Ulyſſem. Eclog. 5. de Daphnide:

Ut Cereri" Bacchoque, tibi ſic vota quotannis
Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis.

Deinde, "Minora ſunt ſimilia ad æquè majora: ut duplum eſt multiplum: ſic dimidium eſt "multeſimum. Similitudo eſt" disjuncta vel continua. Similitudo disjuncta, eſt quando termini quatuor re ipſa diſtinguuntur. Eclog. 5.

"Tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine.——

Carmen ad auditorem, ut ſopor ad feſſum.
„ termini quatuor diſtincti ſunt. Ad Frat. 1. "Quē-
„ admodum gubernatores optimi, vim tempeſta-
„ tis, ſic ſapientiſſimi viri, fortunæ impetum per-
„ ſæpe ſuperare nō poſſunt. hîc quatuor ſunt item
„ termini, ut gubernator ad tempeſtatem, ſic ſa-
„ piens ad fortunam. 1. Triſt.

"Scili-

"*Scilicet ut fulvũ ſpectatur in ignibus" aurum*
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Cicero 2. Philip. Sed nimirum ut quidã" mor- «
bo & ſenſus ſtupore, ſuavitatem cibi non ſen- «
tiunt, ſic libidinoſi, avari, facinoroſi, veræ laudis «
guſtũ non habent. Virgilius fecerat hos verſus, «

(Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mané:
Diviſum imperiũ cum Jove Cæſar habet.)

"Batyllus arrogaverat ſibi, præmiumque magnum erat adeptus: his igitur ſimilibus Batyllum Virgilius luſit:

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aves:
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis vellera fertis oves:
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Aliquando nulla prorſus eſt nota. Eclog. 2.

"*O formoſe puer, nimiúm ne crede colori:*
Alba" liguſtra cadũt, vaccinia nigra leguntur.

"Ficta ſimilitudo, parem vim habet, ut ſuperiora illa. ſed præcipué in hac explicata ſimilitudine Æſopici apologi excellunt. Horat. 1. Epiſt.

"*Quód ſi me populus Romanus forté roget, cur*
Non ut porticibus, ſic judiciis fruar iiſdem,
Nec ſequar, aut fugiã, quæ diligit ipſe, vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam: quia me veſtigia terrent
Omnia te adverſum ſpectãtia, nulla retrorſum.

Atque hæc disjunctæ ſimilitudinis exempla ſunt. "Continua ſimilitudo eſt, quando eſt ut primus terminus ad ſecundum, ſic ſecundus ad tertium. 3. Leg. Videtiſne magiſtratus hanc eſſe «

» vim, ut præſit, præſcribat recta & utilia, & con-
» juncta cũ legibus? Ut enim magiſtratibus leges,
» ita populo præſunt magiſtratus. Hic termini ſunt
tres, lex, magiſtratus, populus. "Affectio mutua, ut cæterorum antea argumentorum, ita ſimilium eſt inter ſe ἀνάπαλιν καὶ ἐναλλὰξ, inverſé & alterné: "ἀνάπαλιν, quando invertitur ordo προτάσεως & ἀποδόσεως tantúm, aut etiã terminorum. Axioma igitur híc eſt: Si quædam ſimilia fuerint, ἀνάπαλιν ſimilia erũt: ut aurũ ad ignẽ, ſic fides ad periculũ: ergo, ut fides ad periculũ, ſic aurum ad ignẽ. Itẽ, Ergo ut periculũ ad fidẽ, ſic ignis ad aurũ. "Ἐναλλὰξ autẽ ſimilitudo eſt, quãdo ſimilitudinis datæ antecedens antecedenti, & conſequens conſequenti comparatur. Axioma igitur híc eſt: Si quædam ſimilia fuerint, alterné ſimilia erunt. ut aurum ad ignẽ, ſic fides ad periculum: Ergo ut aurum ad fidem, ſic ignis ad periculum.

Qualitate] Adhuc primum genus comparationis fuit in quantitate, ſecundum eſt in qualitate: & qualitatem logicé & generaliter intellige, ut Ariſtoteles intellexit in ca-
» tegoria qualitatis, cúm ait, Qualitatem autem dico, ſecun-
» dum quam quales quidam eſſe dicuntur. Quomodo & in Philoſophia 14. cap. 5. lib. vocat qualitates, differentias καὶ ὅσα ποιόν, & quaslibet affectiones. item 2. cap. 4. & 3. cap. 11. vocat ſimilitudinem & diſſimilitudinem, differentias entis. His igitur locis, Ariſtoteles logicum qualitatis & generalem ſenſum interpretatur: eumque P. Ramus ex lege καθόλου πρῶτον ſequitur: doctrinam veró categoriæ illius, de habitu, diſpoſitione, potentia, impotentia naturali, patibili qualitate & paſſione, figura & forma, ethicam, vel phyſicam, potiús quàm logicam, ex eadem Ariſtotelis lege refugit, ne doctrinam generalem, ſpecialiter interpretetur. Neq; veró qualitas ejuſmodi generalis & logica, in illa ſola dividitur: cúm in eadem categoria adjiciatur re-

ctitudo,curvitas:& dubitetur,utrúm alia poſſint adjici genera.Hîc igitur P.Ramus,ut in cæteris antea locis,eodem inſtrumento ſpinas evellit, quo evellendas pater ille Ariſtoteles tantopere monuit. Comparationem porró ſimilitudinis,& diſſimilitudinis Galenus in opere de Placitis Hippocratis & Platonis mirificé laudavit;eamque ſatis eſſe judicavit, εἰς μεθοδικὴν ἁπάσης τέχνης σύστασιν,ad methodicam cujuſlibet artis inſtitutionem.Galenus egregio cōparationis ſplendore captus, altiús pauló extulit, quám veritas pateretur. ſed hac de re á P. Ramo accuratiús reſpondebitur,in quæſtione de unica artis methodo.

Similia] Definitio eſt Ariſtotelis in Philoſ. 15. cap. 5. ὅμοια, ὧν ποιότης μία: Similia, quorum qualitas una. Locus ſimilitudinis,etſi uſus eſt immenſi;attamen modicé & parcé propoſitus eſt ab Ariſtotele.Primus locus eſt in categoria qualitatis: ſecundus,14.cap.2.Top. In reliquis Topicis,feré confuſus eſt cum loco parium: aliquando etiam diſtinguitur;& in confuſione illa citatur ſepties & vicies.

Proportio]Græcé ἀναλογία: quod nomen eſt Ariſtoteli 1.Poſter.5.cap.item 5.cap.5.Topic.In Rhetoricis eſt παρομοίωσις, ſimilitudo. Ariſtoteles in Philoſ.multus eſt in his verbis,6.cap.9.lib.item 15.cap.5.lib. & toto 10. ἑνότης καὶ ταυτότης,unitas & (tanquā diceres) identitas,valde affines efficiuntur ſimilitudini;tametſi ἑνότης, videtur genus eſſe ταυτότητος καὶ ὁμοιότητος: ut ταυτότης, ſit ἑνότης eſſentiæ: ὁμοιότης, ſit ἑνότης qualitatis adjunctæ. Euclidi eſt ἀναλογία καὶ ὁμοιότης, proportio & ſimilitudo, ὅμοιον, ὁμόλογον, ἀνάλογον.Frequenter autem τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν,eandem rationem habere,pro eodem.Quin ab Euclide pro una ſimilitudinis definitione, quatuor definitiones accumulatæ ſunt,quarta,ſexta, ſeptima quinti, & viceſima ſeptimi: quæ á P.Ramo ſuo loco examinabuntur. Fuit veró de ſimilitudinis argumento, duorum philoſophorum valde diverſum judicium: qualis antea in contradicentium topico ἀλογία melancholicorum illorum adverſus cōtradictioné,& Logica Ariſtotelis pro contradictione fuit: ſpecies litis hîc eſt minor, genus ſophiſmatis idem. Euclides Megaricus τὸν διὰ παραβολῆς λόγον tollebat,quia ſimilibus aut diſſimilibus conſtaret; at ſi conſtaret ex ſimilibus,

ad res potiús, quibus ea eſſent ſimilia, reſpiciendum eſſe: ſiné diſſimilibus, collationem inutilem eſſe. ſic enthymemate captioſo, ex argumentis clariſſimum Euclides carpebat; ut eſt apud Laërtium, in ejus vita. at pars dilemmatis prima falſa eſt: Nam etſi ipſa res utcunque appareat, magis tamen illuſtri ſimilitudine apparebit. At Empedocles, ut eſt in Philoſophia, longé ſecus, omnia videbatur ſimilitudinis argumento tribuere: ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ· γαίῃ μὲν γὰρ, φησὶ, γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ᾽ ὕδωρ, αἰθέρι δ᾽ αἰθέρα δῖον, στοργῇ τε στοργὴν, νεῖκός τε νείκει λυγρῷ. Cognitio autem ſimilis fit ſimili: terra enim, inquit, terram inſpicimus, aqua veró aquam, æthere autem ætherem divinum, ac amicitia amicitiam, & contentionem contentione pernicioſa.

Notæ ſimilitudinis] Similitudinis notæ longæ plurimę ſunt, primúm ipſo ſimilitudinis nomine, deinde negatione diſſimilitudinis: multa nomina ſunt. multaque adverbia, quæ ideo & adverbia ſimilitudinis vulgó á Grammaticis appellantur.

Os] De Ænea loquitur poëta, qui é nube Veneris erumpebat:

Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum:
Reſtitit Æneas, claraque in nube refulſit,
Os humeroſque deo ſimilis. Namque ipſa decoram
Cæſariem nato genetrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Quanquam] De luctu Sulpitii filii loquitur, poſtulantis „ á Senatu ſtatuam patri. Equidem (ait orator) etiam ad fa„ mam Servii Sulpitii filii arbitror attinere, ut videatur ho„ norem patri debitum præſtitiſſe. túm hæc loquitur, quæ ſunt in litera. ſed ſimilitudo eſt in verbo, effigiem. ut híc metaphora & ſimilitudo ſit in unico verbo: veréque dici poſſit, omnem metaphoram, ſimilitudinem eſſe contractam ad unũ verbum; quod Cicero affirmat 3. Oratorio.

Namque] Telephus ab Achille vulneratus eſt in Myſia, dum Ulyſſem perſequitur: poſtea oraculo monitus, vulnus ſanari non poſſe, niſi ab eo, qui feciſſet: Itaque ad Achillem rediit, á quo ferri rubigine ſanatus eſſe dicitur. Ut igitur Telephus ſanari non potuit, niſi ab Achille, á quo

erat

erat vulneratus: ſic Ovidius ab exilio revocari non poteſt, niſi ab eo, á quo in exilium ejectus eſt. Similitudo igitur hæc in notis illis (Achilleo more) incluſa eſt. Quale eſt & illud ejuſdem poëtæ:

Tempora labuntur more fluentis aquæ.

Inſtar] Loquitur de reditu ab exilio, quo die urbem eſt ingreſſus.

Tanquam] Locus eſt Ciceronis Verr. ſeptima de Verre: qui aliquantiſper virũ ſe bonum ſimularat; ſed repentè redierat ad ſeſe atque ad ſuos mores. Verres, porcus eſt non majalis, neque dum caſtratus.

Circeo] *Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſsis.* ut eſt 8. Eclog. Idem initio ſeptimi Æneidos pleniús exponitur de leonibus, ſuibus, lupis:

Quos hominum ex facie dea ſæva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Similitudo eſt igitur in verbis, Tanquam Circeo poculo. qualis eſt illa pro Muræna, de Sulpitio & Juriſprudentia: Et « quoniam mihi videris iſtam ſcientiam, tanquam filiolam « oſculari tuam; nõ patiar te in tanto errore diutius verſari. «

Cn. Pompejum] De continentia Pompeji loquitur, quã auget illa ſimilitudinis collatione. qualis eſt illa 1. lib. ad Frat. Nam Græci quidem ſic te ita viventem intuebuntur, « ut quendam ex annalium memoria, aut etiam é cælo di- « vinum hominem eſſe in provinciam delapſum putẽt. Hic « igitur in verbo Tanquam, ſimilitudo includitur: qualia ſunt adverbia ſimilitudinis reliqua. Verr. 7. Ut ex illo metu « mortis, & tenebris, quaſi jure libertatis & odore legum re- « creatus revixiſſet. «

Haud ſecus] Sequentes notæ negationem diſſimilium continent. Æneas ſociis arma imperaverat adverſus Harpyias: qui protinus obtemperant. Sic pro Muræna Cicero, Non ſecus ac ſi meus frater eſſet.

Ego iſti] Actus 3. ſcena 2. verba ſunt Dorionis lenonis, conquerentis de Phædria, qui promiſſum non perſolverit; cúm Dorio ipſe permaneat in ſententia.

Similitudinis] Superiores notæ ſimilitudinem magis incluſam & involutam habuerunt, ſequentes ſunt apertiores.

Axiomata] Axiomata parium & imparium antea ſex fuerunt Euclidi, illa quidē ἀξιωματικῶς habita. at ſimiliū axiomata, propoſitiones dubiæ & demonſtrabiles, eidem Euclidi fiunt: demonſtrantur autē genere demonſtrationis, quale Scholæ mathematicæ P. Rami ad eū locum loquentur. Tum veró axiomata illa omnia nomine magnitudinis proponuntur, cúm tamen omnia rerum ſint communia. itaq; contra legem καθόλε πρῶτον, magnum elenchum Euclidi admiſſum hîc Ariſtoteles diceret, quód logicum axioma tam generale, infra duos gradus amandatur, á Logica nempe ultra numeros ad magnitudinem.

Æqualia] Hæc propoſitio eſt ſeptima quinti elementorum: Æquales magnitudines ad eandē, eandem habent rationem, & eadē ad æquales: ex qua etiam nona propoſitio quinti convertitur: Ad eandem, eandem habentes rationem, magnitudines ſunt æquales inter ſe: & ad quas eadem habet eandē rationem, & illæ ſunt æquales inter ſe. Ergo hæc axiomata ex æqualitate terminorum duorū ad inæqualem tertium, colligunt æqualitatem rationum, id eſt ſimilitudinem terminorum: & contrá é ſimilitudine & æqualitate rationum, æqualitatem terminorum.

Ulyſſes] Nota eſt cōtentio de armis Achillis é 13. Metamorph. Ovidii, æquales autem competitores apparebant.

Baccho] Locus eſt de apotheoſi Daphnidis: ubi Daphnis & Menalcas, Baccho Cereriq; ſimiles efficiuntur. Itaque Ceres, Bacchus, Daphnis, velut æquales, fiunt ſimiles in tertio.

Minora] Propoſitio eſt decima quinta quinti: Partes ſimiliter multiplicibus, eandē rationem habent ſumptæ inter ſe. Quod axioma, ſua luce tametſi clariſſimū, demonſtratum tamen eſt ab Euclide: ſed ea demonſtratione, quæ in loco ipſo á P. Ramo declarabitur. axioma autem eſt per totā matheſin utilitatis immenſæ: itaq; ſtudioſo hîc conſiderandum. adjungitur huc ab Euclide undecima quinti, Quæ rationes eidem ſunt eædē, inter ſe ſunt eædem. ſed hæc propoſitio comprehenditur primo pariū axiomate, Eidē æqualia, inter ſe æqualia. & ſic aliquando in elementis rationes eædē dicuntur ęquales. itaq; prętermiſſum eſt á P. Ramo, ne generale ſpecialiter cōtra legē καθόλε πρῶτον repe-

repeteretur. Quare quatuor Euclidis propoſitiones in duo illa axiomata incluſa ſunt: ut conſtet, quomodo ex æqualibus & inæqualibus ſimilia naſcantur.

Multeſimum] Ariſtotelis exemplum eſt de paribus, Si triplum, multiplum, & triens multeſimus: πολλοςημόριον, P. Ramus vertit multeſimum, ſecutus Lucretium eo loco ſexti libri:

Quàm ſit parvula pars, & quàm multeſima conſtet.

Disjuncta vel continua] Genera ſimilitudinis ſunt á Mathematicis uſurpata; ſed communia rerum omnium, planéq; logica; non propria vel numerorum, vel magnitudinum: ut vel exemplis ſequentibus intelligetur. Itaque P. Ramus, ut antea axiomata parium, impariũ, ſimilium, ſic deniq; ſimilitudinis genera, authore Ariſtotele, vel potiús Ariſtotelea logicæ ſapientiæ lege á Mathematicis repetit; quia generalia non ſpecialiter, ſed generaliter exponenda ſunt.

Tale] Verba ſunt Menalcæ collaudantis Mopſum, qui ſuo carmine ἀποθέωσιν Daphnidis eximié cantaverat.

Quemadmodum] Quinto fratri tranquillam provinciam prorogatam anno tertio proponit; ut nullæ inſidiæ, nulla defectio ſociorũ, nulla inopia ſtipendii, nulla ſeditio exercitus pertimeſcẽda ſit; quę perſæpe ſapientiſſimis viris acciderunt: ut quemadmodũ, & cætera, quæ in litera ſunt.

Scilicet] Elegia quarta ſunt hi verſus, ad laudem fidelis amici.

Aurum] Aurũ, ait Plinius, quó ſæpius arſit, proficit ad bonitatem: auriq; experimentum eſt ignis. Primũ autem bonitatis argumentum, eſt quàm difficillimé accendi.

Morbo] De ſpreta ab Antonio recté facti gloria loquitur: Recordare igitur (ait) illũ diẽ, quo dictaturã ſuſtuliſti; pone ante oculos lætitiã Senatus, Populiq; Romani, cum nundinatione tua tuorumq;: tum intelliges quantũ inter laudẽ & lucrũ interſit. Talis eſt Tuſcul. 2. ſimilitudo illa, Ut onera cõtentis corporibus faciliús ferũtur, remiſſis opprimunt: ſimillimé animus intentione ſua preſſum depellit omnẽ ponderũ: remiſſione autẽ ſic urgetur, ne ſe nequeat extollere. Tales deniq; partibus expletis ſimilitudines permultæ ſunt in Cicerone, & in quovis excellente authore.

Batyllus] Hæc hiſtoria pleniús in vita Virgilii á P. Ramo narrata eſt, de ſpectaculis Cæſaris; cúm tota nocte pluiſſet, & mané ſerenitas diei, ſpectaculis Cæſaris reddita eſſet.

O formoſe] Querimonia eſt Corydonis de ſuo Alexi.

Liguſtra] Liguſtrum, frutex eſt Francis troëſna, cujus flores ſunt admodum candidi, & nunc per metonymiam, liguſtra dicuntur. grana autem nigra, quæ híc dicuntur vaccinia (quanquam vaccinia Maſſarius mora agreſtia putat eſſe) Ruellius vacietum Francicum putat. Hinc igitur ſimilitudo; Ut candidi flores liguſtri decidunt, grana nigra colliguntur: ſic candor formæ deperit, nigror remanet.

Ficta] Dixi antea de comparatorum tertio iſto privilegio, ut etiam ficta valeant: ficta autem ſimilitudo ejuſmodi, in Æſopicis fabulis apologus appellatur, cúm mutis pecudibus Logica quædam attribuitur. Apologi uſum permagnum teſtatur Ariſtoteles 20. cap. 2. Rhetorici, ubi apologos iſtos δημηγορικοὺς populares ait eſſe. Et veró prima illa Græcorum philoſophia non ſolúm ethica, ſed logica, ab Æſopo fuit: quanquam Quintilianus lib. 5. cap. 11.
» refert ad Heſiodum: Illæ quoque fabulæ, (ait) quæ etiamſi
» originem ab Æſopo non acceperint, (nam videtur earum
» primus author Heſiodus) nomine tamen Æſopi maximé
» celebrantur: ducere animos ſolent, præcipué ruſticorum
» & imperitorum; qui & ſimpliciús quæ ficta ſunt, audiunt,
» & capti voluptate facilé iis quibus delectantur, conſen-
» tiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patri-
» bus in gratiam traditur reduxiſſe, nota illa de membris
» humanis adverſus ventrem diſcordantibus fabula. Hæc Quintilianus: quibus ſimilia ſunt apud Ariſtotelem illa Steſichori adverſus Phalaridem, & Æſopi pro Demagoro: Nam Steſichorus Phalaridem ab Himeræis poſtulantem cuſtodias corporis, comparavit homini, qui equo adverſus cervum perſuaſit, ut frenos & ſe ſeſſorem pateretur. & Æſopus Demagorum pecunia publica locupletatum, ob idque apud Samios reum ita defendit, ut compararet populum & ipſum Demagorum, vulpeculæ caninis muſcis afflictæ, quas tamé ſanguine ſuo jam exaturatas, ab ericio

propelli

propelli noluit,ne famelicæ aliæ accederent, quæ reliquũ ſanguinem exorberent.

Quód ſi] Horatius prima epiſtola primi libri apologum vulpis & leonis uſurpat,ad irridendũ populi judicium: Ut cauta vulpes leonis antrum,ſic vir ſapiẽs populi judicium refugit.Apologus autem fingit, ad leonem ægrotum beſtias conſolandi cauſſa deſcendiſſe,nec inde ullam rediiſſe: propterea que cúm id vulpes animadverteret,neque interea cum cæteris deſcenderet, rogata á leone ut accederet, reſpondit ſe terreri veſtigiis,quæ in antrum adverſa eſſent omnia,nulla retrorſum. Hic igitur termini ſimilitudinis ſunt quatuor; vulpes,leo,ſapiens,populus:populuſque immaniſſimæ beſtiæ comparatur ; quod & Horatius adjungit:

Bellua multorũ es capitũ:nã quid ſequar? aut quem?

Continua]Nona definitio Euclidis videtur eſſe in 5.lib. hac de re,quód analogia ſit minimúm in tribus terminis: Hic veró termini quatuor ſunt,ut antea, ſed ratione tantúm diſtincti; quin duo tantúm, ſed ratione diſtincti eſſe poſſunt: Imó veró poteſt unicus eſſe, ut in comparatis æqualibus.Exemplum autem Ciceronis eſt initio tertii Legum, eique illud additum eſt: Veréque dici poteſt; magi- «
ſtratum,legem eſſe loquentem: legem autẽ, mutum eſſe «
magiſtratum. «

Affectio] Adhuc á mathematicis axiomata & differentiæ ſimilium repetitæ ſunt: Hic duæ aliæ differentiæ repetuntur. Hæc autem mutua affectio in quibuſdam duobus terminis declaratur,ut in cauſſis & effectis,in ſubjectis & adjunctis,in majoribus & minoribus.In quibuſdã comprehenditur uno nomine,ut in diſſentaneis, paribus, & nunc in ſimilibus: ſed in ſimilibus,affectio dupliciter declaratur, ἀνάπαλιν καὶ ἐναλλὰξ, quæ ſunt Euclidi 12. & 13. definitionis quinti.

Ἀνάπαλιν] Ut ex cauſſis effecta, & contrá ex effectis cauſſæ arguũtur,ſic é propoſito ſimili arguitur ſimile redditum, & é reddito viciſſim propoſitum: id duplici modo tractatur á mathematicis, cúm aut invertitur ſolus ordo protaſeos & apodoſeos,aut etiã totus ordo terminorum.

Ἐναλλὰξ] Euclidis eſt 12. definitio quinti, unde poſtea

factæ propoſitiones octo. Nam in quinto libro ſunt hujus generis 1.4.14.16.& in ſeptimo, 9.10.13.15. de quibus ſuo loco dicetur á P. Ramo. De priore autem genere ἀνάπαλιν, nulla propoſitio facta eſt, cúm eſſet tamen par & eadem confingendi occaſio. Itaq; etiam Campanus illinc propoſitionem facere tentavit: ſed tum P. Ramus reſpondebit Campano. Atque hæc analogia eſt, in qua Ariſtoteles nominatim mathematicos reprehendit 5. cap. 1. Poſter. quód communem omnium rerum doctrinam in numeris & magnitudinibus inſtituerent. Hîc veró duo tantúm termini convertuntur: primus enim antecedens manet, & ultimus conſequens: ſed é ſecundo antecedente fit conſequens primus, & é primo conſequente, fit antecedens ſecundus: Atqui ſubtilitas iſta & ἀνάπαλιν & ἐναλλὰξ, licet in populari & vulgari uſu minús trita ſit, accidere tamen poteſt, & utiliter adhiberi: quoniam ſimilitudo non tantúm eſt protaſeos & apodoſeos inverſæ, ſed etiam terminorum inter ſe. uſus tamen harum differentiarum ἀνάπαλιν & ἐναλλὰξ in mathematicis præcipué animadvertitur, quamvis veritas ipſa ſit generalis.

CAP. 22. De Diſſimilibus.

Diſſimilia, ſunt comparata, quorum qualitas eſt diverſa. Diſſimilitudinis propriæ notæ ſunt, diſſimile, diſpar, differens, aliud, ſecus.
» Pro Plan. Quanquam diſſimilis eſt ″debitio pe-
» cuniæ & gratiæ. Ennius:

″O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino!

» Cæſar 1. bell. Gal. ″Hi omnes, lingua, inſtitu-
» tis, legibus inter ſe differunt. 2. Agrar. ″Alio vul-
» tu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditaba-
» tur. Cic. 2. Nat. Quoniam cœpi ſecus agere,
» atque initio dixeram. Diſſimilitudinis notæ etiam ſunt per negationem ſimilium. 3. Orat:

Non

Non eſt ″philoſophia ſimilis artium reliquarum. 2.Æneid.

″At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo.—

Horat. 1.Epiſt.

″Non eadem eſt ætas, non mens.—

1.ad Frat. Sit ″annulus tuus, non tanquam vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu. Diſſimilitudinis explicatæ redditio, hìc appellatur ἀνταπόδοσις, diſſimilis redditio: ″Axiomata veró diſſimilium oppoſita ſunt axiomatis ſimilium: ″Inæqualium majus ad idem majorem rationem habet, quám minus: & idem ad minus habet majorem rationem, quám ad majus. contráque, Quod majorem rationem habet ad idem, eſt majus: & ad quod idem majorem habet rationem, eſt minus. Item, Si æqualium rationum altera ſit inæqualis tertiæ, reliqua eidem erit inæqualis. 3.Philipp. ″Certus dies non ut ſacrificii, ſic conſilii expectari ſolet. Hoc argumento ″paſtor ille errorem ſuum confitetur:

Urbem quam dicunt Romã, Melibœe, putavi
Stultus ego, huic noſtræ ſimilem.—

Et mox:

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Noram, ſic parvis componere magna ſolebam.

Ut nec canibus catuli, nec matribus hœdi, ſic nec Mantua Romæ ſimilis eſt. Nota plerunque nulla eſt, & diſſimilitudo etiam pleniús explicatur: ″Brutus occidit liberos proditionem molientes: Manlius virtutem filii morte mulctavit. Catull.

Soles occidere & redire poſſunt.
Nobis cúm ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

Diſſimilia ficta ſunt 6. Æneid. de immaturo Marcelli funere, deq; lõgioris vitæ (ſi ſupfuiſſet) futura gloria: ſed multiplicata fiunt illuſtriora:

Oſtendent terris hunc tantúm fata, neq; ultrá
Eſſe ſinent. Nimium vobis Romana propago
Viſa potens, ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.
Quantos ille virũ magnã Mavortis ad urbem
Cãpus aget gemitus? vel quæ, Tyberine, videbis
Funera? cúm tumulũ præterlabere recentem:
Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos
In tantúm ſpe tollet avos: Nec Romula quondã
Ullo ſe tantúm tellus jactabit alumno.
Heu pietas, heu priſca fides, invictaq; bello
Dextera. non illi quiſquam ſe impuné tuliſſet
Obvius armato: ſeu cúm pedes iret in hoſtem,
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos:
Heu miſerãde puer, ſi qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris.

Sic Cic. Philip. 2. de Varronis Caſſinate fundo, quẽ Antonius per vim occupaverat, varia diſſimilia, ſed vera coaggerat: „O tecta ipſa miſera, „ quám diſpari domino (quanquã quomodo iſte „ dominus?) ſed tamẽ quám á diſpari tenebantur! „ Studiorũ enim ſuorũ M. Varro voluit eſſe illud, „ non libidinum diverſoriũ. quæ in illa villa anté „ dicebantur? quæ cogitabantur? quæ literis mandabantur? jura P. Romani, monumenta majorum, omnis ſapientiæ ratio, omniſque doctrina. At veró te inquilino, (non enim domino) perſona-

perſonabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes, ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matreſfamilias verſabantur.

Diſsimilia] Hic locus quandam cum diverſis affinitatem habet, & P. Ramum diutius exercuit: attamen ſi ſimplex illic & abſoluta duorum diſſenſio ſpectetur, híc diſſimilis quatuor terminorum comparatio, diſcrimen percipietur. Eſt veró locus in tota Ariſtotelis philoſophia non admodum propoſitus. In Categoria qualitatis docetur, ſimile & diſſimile uni qualitati eſſe proprium: Diſſimilitudinis ſenſus talis, logicus eſt. itē in Philoſophia docetur, (ut antea etiam propoſitum eſt) ſimilitudinem & diſſimilitudinem eſſe primas differentias entis. hoc etiam logicé & generaliter pręcipitur. Decimum quartum caput 1. Topici totum conſumitur in inventione diſſimilitudinum & differentiarum: diſſimilitudinum quidem in diverſis generibus; differentiarum item in iiſdem: & ut differentiæ valeant ad definiendum & diſtinguendum. At iſtud argumentum eſt formæ, de qua in cauſſis: non eſt veræ comparationis, diſſimilem quatuor terminorum rationem facientis. Iſto modo differentia totis Topicis accipitur. At differentia ita ſumpta, nullam comparationem oſtendit; ſed vocabulum comparationis impropriè accommodat ſimplici & abſoluto argumento: Symbola autem hujus comparationis idem ſignificantia pleraque ſunt; quinque autem proponuntur.

Debitio] Diſſimilitudo illa partibus compluribus declaratur eodem loco: Nam qui pecuniam diſſolvit (ait orator) ſtatim nō habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet; & qui habet, in eo quod habet, refert. Atque hæc pro Planco. Exemplum autem contractius poſitum eſt, tantúm propter notam diſſimilitudinis. quale in Bruto eſt illud: Quid eſt tam diſſimile, quám Demoſthenes & Lyſias?

O domus] Verſus eſt Ennii 1. Offic. de domo, quæ homini honorato & principi decora eſt: ſi non domo dominus, ſed domino domus honeſtetur: odioſum eſt enim, cúm

á prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, &c.

Hi omnes] Cæſar loquitur de Gallis, Aquitanis, Celtis, Belgis.

Alio vultu] Rulli inſolentiam & ſpiritum his diſſimilibus exprimit orator; quod etiam ſequentia magis declarant: Veſtitu (ait) obſoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quám anté, barbaque majore, & oculis, & aſpectu, ut denuntiare omnibus vim tribunitiam, & minitari Reipublicæ videretur.

Philoſophia] Hæc etiam diſſimilitudo pleniús á Cicerone ſic exponitur: Nam quid faciet in Geometria, qui nō didicerit? quid in Muſicis? aut taceat oportet, aut inſanus judicetur. Hæc veró quæ ſunt in Philoſophia, ingeniis eruuntur: & ad id quod in quoque veriſimile ſit, eliciendum acutis atque acribus; eaque exercitata oratione poliuntur. Et hoc item exemplum brevioris notæ gratia, contracté poſitum eſt.

At non] Vox eſt Priami, Pyrrho exprobrantis cædem Polytis filii; quód Achilles nō talis in Priamū ipſum fuiſſet; ſed miſeratus ſupplicem, corpus Hectoris reddidiſſet.

Non eadem] Oratio eſt Horatii poſtulantis vacationē:

Spectatum ſatis & donatum jam rude, quæris,
Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo.

Annulus] De officio Prætoris multa ſunt in ea epiſtola ad Fratrem, tum fama quadam ſiniſtra laborantem, perſcripta: ut ſit cautior & diligentior, quám antea: Sint aures tuæ (ait) quæ id quod audiunt, exiſtimentur audire: non in quas ficté & ſimulaté, quæſtus cauſſa, inſuſurretur. Sit annulus tuus, non ut vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu: non miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ. Hic autem annulus ſignatorius intelligitur, quomodo & annulo ſigilla imprimere Academico 4. dicitur. Atque hic iterum protaſis & antapodoſis diſtinguitur per negationem ſimilitudinis: ſed additur ſimile, Tanquam ipſe tu.

Axiomata] Axiomata diſſimilitudinis reſpondent velut é regione, axiomatis ſimilitudinis, ea in logico Organo nulla ſunt, ſed á P. Ramo ex Ariſtotelis lege é mathematicis, ubi de magnitudine, & ſpecialiter & tanquam quęſtiones dubiæ proponuntur: quæ tamen communia ſunt, &

logica

logica & axiomata per ſe manifeſta. itaque logicam P. Rami in his excolendis axiomatis agriculturam hîc attendamus.

Inæqualium] Hîc tria axiomata diſſimilitudinis pariter reſpondẽt tribus axiomatis ſimilitudinis. Octava propoſitio quinti, hac de re ſic eſt: Inæqualium magnitudinũ major ad eandem majorem rationem habet, quàm minor: & eadem ad minorem, majorem rationem habet, quàm ad majorem. decima deinde ſequitur converſa octavæ: Ad eandem rationem habentium, majorem rationem habens, illa major eſt: ad quam autem eadem majorem habet rationem, illa minor eſt.

Certus] Queritur orator deliberari tardiùs de bello adverſus Antonium, fruſtraq; Calendas Januarias expectari: Dies enim afferat (ait) & hora potiùs (niſi proviſum eſt) magnas ſæpe clades: Certus autem dies, non ut ſacrificii, &c. Hîc partes diſſimilitudinis pleniùs explicantur, ſed tamen negando ſimilitudinis notam.

Paſtor] Locus eſt Ecloga prima apud Virgiliũ de magnitudine urbis Romæ, cui Mantua diſſimilis ſit, ut canibus catuli, ut matribus hœdi diſſimiles.

Brutus] Exemplum eſt Quintiliani capite undecimo libri quinti. hiſtoria autem de Bruto & Manlio nota eſt apud Livium, illa 2. lib. hæc 8.

Soles] Catullus invitat amicam Leſbiam ad delicias & voluptates in vita perfruendas, quæ poſt mortem nullæ futuræ ſunt: ubi ſol & vita diſſimiliter comparantur, quód ille ſæpius abeat & redeat ad nos; hæc nobis ſemel erepta, nunquam redeat. quod carmen Epicurëum & impium eſt: vita enim ſempiterna, ſempiternis animis futura eſt. Protaſis eſt in primo verſu; Antapodoſis in reliquis duobus. In hoc igitur exemplo, termini quatuor diſtinguuntur; ſol, occaſus, vita, mors.

Illuſtriora] Quod antea factum eſt in reliquis comparatorum generibus, idem & hîc agitur, ut diſſimilitudinis, præcipuæ opes propalam collocentur: & quidem hîc primúm exemplo ficto, deinde vero.

Marcello] Marcellus Octaviæ ſororis Auguſti filius, quem ſibi Auguſtus adoptaverat, in Bajano obiit, deci-

mo octavo ætatis anno. Proponitur autem mors illa immatura duobus primis verſibus uſque ad, Nimium : ubi diſſimile eſt fictum, Si fuiſſent hæc propria, id eſt perpetua.

Quantos] Iteratur πρότασις eadem, de interitu immaturo, fuſiúſque arguitur & explicatur per gemitus Populi Rom. editos in funere Marcelli.

Campus] In Campo Martio ſepultus eſt tum Marcellus. & hic velut epitaphium eſt Marcelli, ait Servius. quem locum quando, Virgilio recitante, Auguſtus & Octavia ſoror audierunt, obortis lachrymis ſilentium imperarũt: Octavia autem ipſa animo defecit, proque ſingulis verſibus, denis ſeſtertiis poëtam donavit. Vide P. Ramum in Virgilii vita.

Tumulum] Sexcenti funebres lecti tum intrarunt urbem.

Nec puer] Interponitur laus é diſſimili ſpe lõgioris vitę.

Heu pietas] Α'νταπόδοσις hic pleniús iteratur, de rebus quas geſturus fuerat Marcellus, ſi diutius vixiſſet. itaque totum hoc diſſimile fictum eſt. Talis eſt multiplicatorum diſſimilium collocatio 2. Æneid. de Hectore fœdé contrucidato & quondam triumphante:

Inſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi, largoſq; effundere fletus:
Raptatus bigis, ut quondam, aterq; cruento
Pulvere, perq; pedes trajectus lora tumentes.
Hei mihi qualis erat, quantúm mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli!
Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes!
Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios.—

Varronis] Varro fuerat Pompeji legatus in Hiſpania, tandemque in Cæſaris poteſtatem adductus, ut eſt 1. & 2. Belli civilis: Antonius igitur belli tempore, in fundũ Varronis invaſerat, & á Cæſare ſibi traditum ajebat: quanquam Varro & patriæ, & fortunis reſtitutus á Cæſare fuerat.

Caſsinate] Caſſinum in Samnitibus oppidum, unde fundus Caſſinas.

O tecta] Verſus Ennii jam antea citatus.

Studiorum] Doctiſſimus Romanorum Varro fuit, de quo primo Academicarum Marcus Cicero ita loquitur: Nos in noſtra urbe peregrinantes, erranteſque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt: ut poſſemus aliquando, qui & ubi eſſemus, agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem locorum, regionum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſſas aperuiſti. plurimum quidem poëtis noſtris, omninoque Latinis, & literis luminis, & verbis attuliſti: atque ipſe varium & elegans omni feré numero poëma feciſti, philoſophiamq; multis locis inchoaſti, ad impellendum ſatis, ad docendũ parum. Eſt autem generis hujus diſſimilitudo illa apud Salluſtium magnifica in primis & ſplendida, quam P. Ramus eximié laudabat de Cæſaris & Catonis diſſimilibus moribus: itaque huc etiam aſcribendam cenſui. Sed memoria mea ingenti virtute diverſis moribus fuere duo viri, M. Cato & C. Cæſar: quos quoniam res obtulerat, ſilentio præterire non fuit conſilium, quin utriuſque naturam & mores, quantum ingenio poſſem, aperirem. Igitur his genus, ætas, eloquentia propé æqualia fuere: magnitudo animi par, item gloria, ſed alia alii. Cæſar beneficiis ac munificentia magnus habebatur: integritate vitæ Cato. Ille manſuetudine & miſericordia clarus factus eſt: huic ſeveritas dignitatem addiderat. Cęſar dando, ſublevando, ignoſcendo: Cato nihil largiendo, gloriam adeptus eſt. In altero, miſeris profugium erat: in altero, malis pernicies. Illius facilitas, hujus conſtantia laudabatur. Poſtremó Cęſar, in animum induxerat, laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus, ſua negligere, nihil denegare, quod dono dignum eſſet: ſibi magnum imperium, exercitum, bellum exoptabat, ubi virtus ejus eniteſcere poſſet. At Catoni ſtudium modeſtiæ & decoris, ſed maximé ſeveritatis erat: nõ divitiis cum divite, nec factione cum factioſo: ſed cũ ſtrenuo, virtute: cum modeſto, pudore: cum innocente, abſ-

„ tinentia certabat: Eſſe, quám videri bonus malebat: Ita
„ quó minús gloriam appetebat, eó magis illam adſeque-
„ batur.

CAP. 23. De Conjugatis.

"HActenus prima argumenta ſunt expoſita: ſequuntur orta de primis: quæ perinde ſunt ad id, quod arguunt, ſicut prima, unde oriuntur: ut conjugata & notatio, diſtributio & definitio." Conjugata ſunt nomina, ab eodé principio varié deducta, ut juſtitta, juſtus, juſté. In cōjugatis "ſymbolum eſt conſentaneorum argumentorum. Propertius lib. 2.

Libertas quoniam nulli jam reſtat amanti,
Nullus liber erit, ſi quis amare velit.

Hic libertas, cauſſa eſt cur ſis liber. Cicero tertio de Natura deorum, cúm de "Dionyſio tyranno loquitur: Jam menſas argenteas
„ de omnibus delubris juſſit auferri, in quibus
„ quod (more veteris Græciæ) inſcriptum eſſet,
„ BONORUM DEORUM, uti eorum bonitate
„ velle ſe dicebat. Dii boni ſunt: eorum igitur bonitate eſt utendum. hic ex effectis ad cauſſas eſt diſputatum. Terent.

"Homo ſum, humani á me nihil alienum puto.

Ex ſubjecto eſt ad adjunctum. Contrá Philip. 2. "Non tractabo ut Conſulem, ne ille quidem me ut Conſularem. In Piſon. "Cúm eſſet omnis illa cauſſa conſularis & ſenatoria, auxilio mihi opus fuerat & Conſulis, & Senatus.

Hactenus]

Hactenus] Tranſitus fit á primis argumentis, ad ea quæ ſunt de primis orta: quę ſymbola quidem primorum ſunt, ſed tamen viam inventionis diverſam indicantia. Origo autem & derivatio primúm obſcurior eſt in conjugatis: at in notatione, diſtributione, definitione, eſt illuſtrior & manifeſtior. Dichotomia veró hîc etiam á P. Ramo ſervata eſt: ſed bis binæ ſpecies, pro duobus generibus ſunt adhibitæ. Ex unitate & multitudine parētum primorum, antecesſionis modus agnoſcitur. ex unico, oriuntur cōjugatio, notatio: ut é ſingulis apparebit per exempla. At diſtributio & definitio, etiam é compluribus ſunt. Categoria primi derivati argumenti, tota nominalis eſt: nec ideo nō logica: Logica enim, eſt entis & non entis, itaque etiam nominis: Eſt tamen Categoria hæc nominalis, omnium parciſſima: & parciſſimé omnium propoſita, miniméque diſperſa. Tautologiæ abſolutorum in conſentanëis & diſſentanëis per totam Ariſtotelis bibliothecam dictæ ſunt: dicta etiam comparatorum in mathematicas artes effuſio: hîc nihil admodū prodiga philoſophia reperietur: ideoque agricultura P. Ramo levior & facilior.

Conjugata] Ariſtoteli 3. cap. 2. Topici, σύστοιχα dicuntur, quæ proprié cognata dixeris, ut juſtitia, juſtus: ubi adverbia é nominibus nata, vocat πτώσεις caſus: ſed poſtea in aliis Topicis & in Rhetoricis, differentiam illam contempſit. Cicero in Topicis, quæ videri vult ab Ariſtotele tranſtuliſſe, σύζυγα καὶ σύζυγίαν, conjugata & conjugationem dicit: Verbum tamen Ciceronis, quamvis Ariſtotelis verbo non tam reſponderet, attamen magis eſt in hac re tritū & uſitatum. Locus cōjugatorum parcius appellatur in bibliotheca Ariſtotelis; particula ejus quædam, paronyma ſunt in Categoriis; ut á Grammatica grammaticus, á fortitudine fortis: in Topicis nominatim citatur decies & quinquies. hæc tautologia eſt quidē tam multiplex, quám dixi: ſed tautologia feré tantúm nominis, nullius autem prolixioris doctrinæ: ſed tamen hæc tautologia ex lege καθόλου πρῶτον amputatur á P. Ramo, & generale generaliter ac ſemel exponitur. Quintilianus autem libro quinto, capite decimo, hunc conjugationis locum ridiculum cenſuit. At P. Ramus in Scholis rhetoricis ad eum locum

» reſpondit Quintiliano: authoritas Ariſtotelis gravior erit,
» hunc locum præcipué celebrantis. Maximé opportuni &
» communes loci ex oppoſitis, & conjugatis, & caſibus, ait
» 4.cap.3.Topici.item: Sunt auté opportuniſſimi locorum,
» qui é caſibus & conjugatis: 2.cap.7.Topici. Itaque conjugatorum topicum Ariſtotelis authoritate bellé adverſus authoritatem Quintiliani defenditur. Sed tamen ut in commendationem contradictionis antea, ita nunc poſtea in conjugationis laudem Ariſtoteles profuſior videtur. Conjugatorum ſymbolum, eſt illud quidem egregium & prædicabile, ſed tamen cum nullo priorum, cum nullo item ſequētium comparandum: Ergo conjugatis ſummus honor eſto; ſed eo loco & numero, quo par eſt.

Symbolum] Conjugatio eſt é conſentanëis tantúm: In Propertii exemplo quatuor conjugata ſunt, libertas, liber, amans, amare: In quibus cauſſæ ſunt & effecta; ſed pauló diſſimiliter in (libertas & liber) item in (amans & amare)

Dionyſio] Hiſtoria hæc copioſé exponitur á Cicerone
» tertio libro de Nat. deorum, ut fanum Proſerpinæ Locris
» expilarit, deinde Jovi Olympio aureum amiculum detra-
» xerit grandi pondere; atque in eo etiam cavillatus ſit, æſta-
» te grave eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum: eique
» laneum pallium injecit, quum id eſſe aptum ad omne an-
» ni tempus diceret. idemque Æſculapii Epidauri barbam
» auream demi juſſit: neque enim convenire barbatum eſſe
» filium, cúm in omnibus fanis pater imberbis eſſet. tum ſe-
» quitur. Jam menſas argenteas, &c. Idem victoriolas aure-
» as, & pateras, coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis
» manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat: eaſque ſe
» accipere, non auferre dicebat: Eſſe enim ſtultitiam, á qui-
» bus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus
» nolle ſumere. Eundemque ferunt, hęc quæ dixi, ſublata de
» fanis in forum protuliſſe, & per præconem vendidiſſe, ex-
» actaque pecunia edixiſſe, ut quod quiſque á ſacris haberet;
» id ante diem certum in ſuum quodque fanum referret: I-
» ta ad impietatem in deos, in homines adjunxit injuriam.

Homo ſum] In Heaut. cúm Chremes Menedemum de filii abſentia triſtem videret, eum conſolatur: tum Menedemus ait:

Chreme,

Chreme, tantumne eſt abs re tua otii tibi,
Aliena ut cures? eaq; nihil quæ ad te attinent.
Chremes reſpondet, Homo ſum, id eſt, errare poſſum; attamen humani, id eſt humanitatis nihil alienum:
Vel me monere hoc, vel percontrari puta.
Hîc homo, ſubjectum eſt humanitatis.

Non tractabo] Cicero in Antonium Conſulem liberiùs vel petulantiús dicturus, indecori cujuſdam reprehenſionem á ſe deteſtatur: quia Antonius Ciceronem ipſum licet Conſularem, id eſt Conſulatu perfunctum, pro dignitate non tractarit.

Cúm eſſet] Conjugata hîc eadem ſunt, Conſul, Conſularis; Senatus, Senatorius: ubi Cicero, qui conſulari poteſtate, & ſenatoria authoritate, Catilinariam conjurationem repreſſerat, conqueritur, Conſulem Piſonem & Piſonis factione Senatum ſibi defuiſſe.

CAP. 24. De Notatione.

NOtatio, eſt "nominis interpretatio: nomina ſiquidem, ſunt notæ rerum: nominumque vel derivatorum, vel compoſitorum, ſi vera notatione fiant, ratio reddi poteſt ex aliquo "argumento primo: ut, "homo ab humo. Ovidius 6. Faſt.

"*Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.*
ex cauſſa eſt notatio:
At focus á flammis & quód fovet omnia dictus.

Item 4. Verr. O "Verrea præclara! Quó enim « acceſſiſti, quó non attuleris tecum iſtum diem? « Etenim quam tu domum, quam urbem adiiſti, « quod fanum denique, quod non everſum atque « exterſum reliqueris? Quare appellentur ſané i- « ſta Verrea, quæ non ex nomine, ſed ex moribus « naturaque tua conſtituta eſſe videantur. Ex ef- « fectis eſt notatio. Ovid. 1. Faſt. «

Prima dies tibi″ Carna datur: dea Cardinis hæc
Nomine clauſa aperit, claudit aperta ſuo. (eſt,

Hîc eſt notatio é ſubjecto cardine, circa quem numé deæ exercetur. At ex adjunctis notatio eſt ″Bambalionis 2. Philip. quia balbus & ſtupidus: hinc igitur cavillatio in Antonium generum:
» Tuæ conjugis bonæ fœminæ locupletis quidem
» certé, Bambalio quidam pater, homo nullo nu-
» mero: nihil illo contemptius, qui propter hæſi-
» tantiam linguæ ſtuporemque cordis cognomen
» ex contumelia traxerit. Ex adjunctis eſt notatio.
E diſſentanëis autem ſunt illa apud Quintilia-
» num lib. 1. cap. 6. ″Lucus, quia umbra opacus, pa-
» rum luceat: & ludus, quia ſit longiſſimé á luſu: &
» dis, quia minimé dives. Poteſt etiam é compara-
tis eſſe notatio: ut pyropus, quód ignis flammam imitetur. Eſt veró ut notationi ad ſuum nomen, ſic nomini ad notationem ſua″ affectio: ut animi plenus, ergo animoſus: & contra animoſus, ergo animi plenus.

» *Nominis*] Græci (ait Cicero in Topicis) ἐτυμολογίαν
» vocarunt, id eſt (verbum ex verbo) veriloquium: Nos au-
» tem novitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc
» notationem apellamus: quia ſunt verba, rerum notæ. I-
» taque hoc idem Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod lati-
» né eſt nota. Hæc ille: Sed tamen P. Ramus non hoc loco inſtituit notationes rerum, quæ ſunt ipſa nomina, ſed nominum ipſorum rationes, origines atque deductiones: é quibus res argui & explicari poſſit. Notatio autē á Grammaticis & dialecticis diſſimili ratione tractatur. ab illis, ut accidentia dictionum doceantur: ab hïs, ut ex origine & natura res ipſi ſignificationi ſubjecta arguatur & probetur. Sunt etiā qui originationem potiús vocant, ut ſcribit Fabius, quód origines & argumenta nominum aperiat, unde orta ductaque ſint. Topici autem hujus logica

Platoni

Platoni apud Græcos,& Varroni apud Latinos magni pretii fuit. De notatione in Cratylo Platonis longa eſt diſputatio: Nam cúm Cratylus nomina rerũ naturali quadam veritate; Hermogenes, hominũ inſtituto & lege tantúm conſtare diceret: Socrates, tanquã honorarius arbiter controverſiam in hunc modum diſceptat: Nominũ quædam eſſe vera, quę eſſentias rerum nominatarum ſignificant,& quorum recta ratio reddi poſſit: quędam eſſe falſa,& quorum notatio diverſa ſit á re, quæ nominatur: quædam eſſe primitiva, quorum origo barbara ſit, aut certé nobis ignota: Itaq; nomina quidem, arbitrio hominum conſtare, ſed ſæpe ſapienter, & rerum naturis nomina ipſa accommodante: qualia multa & divina & non divina Socrates in Cratylo interpretatur. quo in dialogo notabile eſt illud, quód Plato affirmat Dialectici opus eſſe, recté nomina rebus imponere,& impoſita interpretari. Ariſtoteles 1. cap. 1. lib. de Interpretatione, Hermogenem in hac doctrina ſequi videtur, quód vocabula ſint κατὰ συνθήκην, ad arbitrium hominis impoſita; quod etſi verum eſt, attamen in Analyticis & Topicis Cratyli ſententiam & Socratis manifeſté ſequitur, dum notationis argumentum inſtituit: Notatio enim appellatur ab Ariſtotele λόγος ὀνοματώδης, definitio nominalis, ut 10. cap. 2. Poſter. item λόγος ὀνόματος, definitio nominis, ut 2. cap. 2. Topici: ite τόπος ἀπὸ τῦ ὀνόματος locus á nomine, ut 23. cap. 2. Rhetorici. Quare Ariſtoteles nõ ita judicavit vocabula rebus impoſita, quin eorum (ſi compoſita præſertim aut derivata eſſent) ratio reddi poſſet.

Argumento primo] Id exempla ſequentia demonſtrãt, é ſingulis primis argumentis deducta.

Homo] Quintilianus lib. 1. cap. 6. hanc notationem deridet: Etiamne hominem appellari, quia ſit humo natus? « quaſi veró non omnibus animalibus eadem origo, aut illi « primi mortales anté nomẽ impoſuerint terræ, quam ſibi. «

Stat Vi] Veſta duplex fuit; altera terræ, altera ignis dea. hîc Ovidius de terra interpretatur.

Verrea] Verres in Sicilia triennium prætor fuit, homo multis ſcelerum notis. ſeptem libris Verrinarum notatus: hic Marcellea, diem Marcello feſtũ ſuſtulerat: pro iis Ver-

rea repoſuerat. ergo ſal oratori ex hac notatione quæſitus eſt,tanquam Verres á verrendo dictus ſit,cùm tamen verres,porcus ſit non caſtratus, ut antea dictum eſt. itaq; falſam notationem orator etiam ipſe indicat, cùm ait, Non ex nomine.Locus autem pauló ſecus in vulgatis exemplaribus legitur:Hotomannus autẽ jureconſultus ætatis noſtræ eximius,ita reſtituit:Sic Philip.8.Quid eſt enim aliud tumult᷒,niſi perturbatio tãta,ut major timor inde oriatur?

Carna]Ovid. Carnam á cardine derivat, & contractio quædam eſſet,Carna pro Cardinia.argumẽtum item primum hic manifeſtum eſt.

Bambalionis] Antonius nobiliſſima familia ortus, uxorem ignobilem duxerat,propter opes:ſed præterea hic ſoceri vilitas, é nominis interpretatione coarguitur. adjuncta hic ſunt manifeſta.

Lucus]Ἀντίφρασιν Grammatici hic appellant,cùm res ex contrario nominatur; ut lucus, ſylva ſacra, & ob arborum denſitatem opaca,quia minimé luceat,

Flammã] Hęc interpretatio fuit antea in Ovidii verſu,

Clara micante auro flammaſq; imitante pyropo.

Quód autem é conſentanẽis, diſſentanẽis, comparatis, nomen oriatur;proindeque notatio troporum,id eſt modificatio,é Rhetoricis, antea ſimile quiddam habuit, quæ etiam é diſtributione tropum deducebat.

Affectio]In ſuperioribus argumentorum locis, relatio illa manifeſtior eſt: hic etiam eſt. & quidem Ariſtoteles nomen ipſum 4.cap.1.Topici ait eſſe ὁρικόν τι,definitivum quiddã.itaq; ſi quęratur,quis inter Gręcos veré ſapit;& reſpõdeas,Socrates: hoc nomine arguere videris, & explicare quiddã:ὁρικὸν tamẽ illud metiendum ſit quadamtenus.

CAP. 25. De Diſtributione.

Reliquum eſt ex ortis aliunde argumentis, argumentum diſtributionis & definitionis:in qua utraque affectio reciprocationis eſt omnino propria,illic partium omnium cum toto: hic, definitionis cum definito. Diſtributio

eſt

eſt diſtinctio totius in partes. Totum, eſt quod continet partes. Pars, eſt quæ continetur à toto. Aque ut diſtinctio totius in partes diſtributio, ſic collectio partium ad conſtituendum totum, inductio dicitur. Diſtributio ſumitur ex argumentis, toti quidem conſentaneïs, inter ſe auté diſſentaneïs. Itaque tantó accuratior erit, quantó partium & cum toto conſenſio, & inter ſe diſſenſio major fuerit.

Reliquum] Categoriæ diſtributionis & definitionis ſuperſunt ex ortis argumentis, & originem ſuam manifeſtiús oſtendunt, quàm conjugatio & notatio: Diſtributionis enim & definitionis ſpecies, protinus loquuntur parentes unde ortæ & procreatæ ſint, ſicuti ex earũ partibus intelliget: neq; dubitatio ulla eſſe poteſt, quin topica hæc é primis oriãtur. Eſt veró diſtributionis & definitionis tãta vis & facultas, ut diſciplinarum tractationem pené ſolæ cõplectantur. Nã qui definierit, diſtribuerit, exemplis illuſtrarit; nihil admodum videtur habere reliquum in artibus, præſertim recté & ex ordine propoſitis & explicatis. Itaque ars diſtribuendi definiendique, valde á philoſophis propoſita & tractata eſt: & Ariſtoteles, qui aliquando Logicæ inventionem ſibi videtur attribuere, attamen 4. cap. 3. Philoſophiæ hanc diſtribuendi definiendique logicam videtùr ad Socratem principem atque authorem referre. Duo veró ſunt (ait) quæ quiſpiam attribuerit Socrati meritó, id eſt inductivas rationes, & univerſalem definitionem. Deniq; laudes definiendi, & diſtribuendi, & ratiocinandi viſæ ſunt Logicam totã cõplecti. quæ opinio etſi falſa eſt: (nihil enim de logica reliquorũ tot argumentorum, de logica euntiati, de logica methodi loquitur) oſtendit tamen maximum & frequentiſſimum in his argumentis differẽdi uſum verſari. Quopropter diſtributionis & definitionis vis & facultas eſt eximia.

Reciprocationis] Vitia diviſionis duo notantur 5. cap. 2. Poſter. ſi quid in ea redundet, ſi quid deſit: itaque convertitur in legitima diviſione totum cum partibus, eſtque re-

ciprocum & æquale partibus. De definitione idem docetur 2.cap.2.Poſter.& in Topicis iteratur. Itaque quod eſſet partitionis & definitionis commune, P. Ramus communiter & ſemel ex Ariſtotelis lege propoſuit, tautologias illas evitavit. Hæc autem reciprocatio reperitur in quibuſdam & cauſſis & ſubjectis: ut in forma cum formato, & ſubjecto cum proprietate: in relatis eſt etiam ſimile quiddam. At in toto genere vel cauſſarum, vel ſubjectorum, ut diſtributionis & definitionis, id non eſt perpetuum.

Diſtributio] Sed jam ſeparatim de diſtributione, P. Rami ſtudium diligentiamque ſpectemus: hic enim præcipué elaboravit: Materies, ut antea in cauſſis, effectis, diſſentaneis, comparatis, ſic jam deniq; in diſtributionis categoria permagna eſt: collegit igitur P. Ramus omnia quę tota Ariſtotelis bibliotheca, quæ in mathematicis uſquam de diſtributione traderentur: Ea ſunt primùm in ſingulis Organi logici libris (ne prorſus ullum excipiam) permulta, ſed cõmuni diſtributionis nomine, 32.cap.1.Prior. item 5.14.16.cap.2.Poſter. atque hæc in Organo. In Phyſic. 1. lib. de Partibus animalium: In Philoſophia plurima: In Rhetoricis item nonnulla. Denique diviſionis logica in artes mathematicas exundavit, & elemẽta octodecim peperit. Enimvero perjucundũ mihi fuit, controverſas Logicorum de diviſione opiniones é P. Rami prælectione & diſceptatione perdiſcere: Antea de duobus argumẽtis cõſimilis ludus nobis luſus eſt: Contradictio ab Heraclito, Anaxagora, cæteriſque illis valentibus Logicis exploſa de ſcholis, imó de argumentis erat: Ariſtoteles patrocinio diligentis & accuratæ defenſionis reduxit. Megarenſis Euclides, ſimilitudinis argumentum tota ſua item dignitate deſpoliavit: Empedocles contrá exornavit una omnium argumentorum laude & gloria, cenſuitque nihil niſi ſimile ſimili percipi. Sic Speuſippus (ut Ariſt. interpretes ajunt in locis Analyticis anté citatis) diviſionem damnabat, ut exiguam logicæ inventionis particulam, quæ non conveniret in omnem quæſtionem; quæ infirmus ſyllogiſmus eſſet, & ἀσυλλόγιστος: quód denique rem obſcuraret: ac, ſi quid afferre videretur, tamen impoſſibilis eſſet: His enim calumniis 23.cap.1.Prior.& 5.& 14. c. 2. Poſter. diviſionis logica

logica appetitur, quibus Ariſtoteles accuraté diligenterq; reſpondet. neque enim particulam eſſe ſpecialis cujuſdam quæſtionis, ſed omnis problematis communẽ doctrinã: id enim 16. cap. 2. Poſt. nominatim ꝓfitetur: eaq;, quãvis ſit ἀσυλλόγιστος, attamen ait, ἄλλον τρόπον γνωρίζειν ποιεῖ, alio modo cognoſcere facit, modo nẽpe & more principiorũ, quæ ſua luce ſine ullo ſyllogiſmo intelligentiã informant: ſic Ariſtoteles accuſationem hanc tuetur. Atqui etiam vel armis Ariſtotelis licet pleniús tueri; diceréq;, etiam diviſionem, cúm opus eſt, ſyllogiſticam eſſe, éque toto ad partes, é genere ad ſpecies, & contrá, ſyllogiſmum concludi poſſe. Tertiũ veró probrum illud, quód diviſio petat τὸ ἐν ἀρχῇ, quod in principio eſt, id eſt obſcuret, Ariſtoteles item vehementer inficiatur, aitque 14. cap. 2. Poſt. Diviſio ex contrariis immediatis probat, neque principium petit. Poſtrema veró illa Speuſippi oppugnatio ſimiliter rejicitur: Diviſio (ajebat ille) eſt impoſſibilis, quia omnes differentiæ & ſpecies eſſent tenendæ: quod homini impoſſibile eſt, Imó (reſpondet Ariſtoteles) ſatis eſt animal dividenti, notas eſſe differentias & ſpecies animalis: non autem leonis, equi, neceſſe eſt: niſi pariter & illa genera velit dividere: Sic igitur Ariſtoteles condiſcipuli Speuſippi impetus & conatus adverſus diviſionis doctrinam refutavit. Sed in Topic. addidit 2. capite 7. libri cúm locos é conjugatis & oppoſitis egregié commendaſſet, tum é reliquis tenendas eſſe maximé communes, quia eſſent efficaciſſimi; ut ſingulas partes ac ſpecies intueri; quo loco videmus, diviſionis locum ut efficaciſſimum ac præſtantiſſimum commendari. Quapropter his modis defenſam & exornatam dividendi doctrinam perſpicimus. Sed Plato in Sophiſta, Parmenide, Politico, Phædro, multa quidem hujus doctrinæ propoſuit: ſed illud in Phædro non eſt hoc loco prætereundum, quód imperitos hujus Logicæ partitores, ſimiles efficit inſulſorum coquorum, qui confringunt carnes, quas ſcienter ſecare debeant: inibique Socrates ait, Si quem offenderit, qui ſcité & apté unum multaque poſſit diſcernere, τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον, ὥστε θεοῖο: hunc conſectorá tergo veſtigiis, tanquã Deum. Quamobrem P. Ramus hanc de diviſione condiſcipulorum Speuſippi,

atque Ariſtotelis litem ita derimebat.jam videamus quomodo materiam tam multiplicem ad Ariſtotelis leges compoſuerit. Materies magna quidem & ampla, & á nemine (quod quidem conſtet) poſt veteres illos philoſophos digeſta. Citatur á Boëtio Andronicus in lib. de diviſione, laudatus á Porphyrio, & Jamblico. Si Boëtius Andronici Logicam de dividendo tranſtulit, nihil admodum videtur ea Logica fuiſſe: Itaque jam ſequentia conſideremus. Diſtributio, eſt cúm totum in partes diſtribuitur. hæc definitio eſt generalis, & communis ſequentium diſtributionum. Totum definitur, quod continet partes: & pars, quæ continetur á toto. At P. Ramus híc & totũ & partem communiter accipit, ut etiam & integrum, & genus, & ſubjectum, & adjunctum, totum dicatur: totamque diviſionis artem complectitur.

Atque ut] Diſtinctio totius in partes, diſtributio appellatur; & argumentũ tantúm fit, nunquam autem argumentationis ſpecies: Collectio partium ad conſtituendum totum, inductio dicitur, nomine quidem recté: at inductio, efficitur ſpecies argumentationis, deque ea ſeparatim agitur, ut 33. cap. 2. Pr. 10. cap. 1. Topic. Verúm inductio, argumentationis ſpecies non recté efficitur. nec enim forma híc ulla, vel diſpoſitio argumẽti traditur, quod argumentatio eſt: ſed tam nudum argumentum eſt á partibus ad totum, quám eſt á toto ad partes. útque eadem via Thebis Athenas, quæ Athenis Thebas: ſic quod ad rudem invẽtionis & indigeſtam materiam attinet, tam nudum eſt categorema partium, quám totius: ut ſi inductio á partibus ad totum, argumentatio dicatur; etiam diſtributio totius in partes, argumentatio ſit dicenda: quod tamen nemini adhuc in mentem venit, ut auderet in præceptis ponere: Quare P. Ramus á partibus argumentum facit, & collocat in argumentorum doctrina: non facit argumentationem, neque judicii diſpoſitioniſque ſpeciem. In eoque commentum logicum neſcio cujus ab Ariſtotele collectum, ex argumentationis definitione rejicit. argumentatio enim, diſpoſitionis regula eſt, non invẽtionis: neque tamen híc de re, ſed de rei ordine & loco in logica arte quæſtio eſt.

Diſtri-

Diſtributio ſumitur] Deinceps paucis verbis magna ſententia cõprehenditur,& magnopere animadvertenda; quód diſtributio ſit, in partes illas quidem conſentaneas toti, ſed inter ſe diſſentaneas: itaque tantó erit perfectior, quantó partes magis cõſentient cum toto, ut in cauſſis & effectis magis cõſentiunt,quám in ſubjectis & adjunctis: quantóque partes inter ſe magis diſſentient, ut oppoſitæ magis quám diverſæ, & ex oppoſitis magis contrariæ, quám diſparatę,& é contrariis magis affirmatę,quám negatæ:Itaque perfectio diſtributionis duobus conſtat,conſenſione partium cum toto, & diſſenſione partium inter ſe. Illinc ſequitur, diſtributiones ex cauſis effectiſq; perfectiores eſſe: hinc, ex contrariis, & præcipué affirmatis. Sed é partium diſſenſione, quæſtio gravis orta eſt,in quot partes abſoluta diſtributio fieri debeat; quæ veteres philoſophos,Platonem in primis atque Ariſtotelem exercuit. Hoſpes cúm pleraque de diuidendo in regno Platonis præcepiſſet,regemque á paſtorum cæterorumque artificum officiis diſtinxiſſet, ac denique regiæ facultatis *συναιτίας καὶ αἰτίας* concauſſas & cauſſas vellet dividere,tum ait: Noſti igitur quám difficile ſit dividere ipſas bifariam: « Cauſſa veró, ut opinor, progredientibus non minús erit « manifeſta. Socrat. Itaque ſic agendum.Hoſp. Membratim igitur,inſtar victimæ,dividamus, quoniam bifariam « non poſſumus: Oportet enim in quám proximum fieri « poterit numerũ ſemper dividere. Hæc in Platone hoſpes « Zeno,á quo Socrates Logicam didicit.unde intelligimus, jam primis illis temporibus agitatam eſſe diviſionis *διχοτομίαν*; præſtantiſſimamq; judicatam eſſe, ſed difficilem, Platonique ipſi interdum impoſſibilem. attamen ſi binarius partium obtineri non poſſet,perfecto diviſionis binario proximum numerum tenendum eſſe: Atq; hæc á Platone P.Ramus ita proponebat: tum comparabat in eadẽ quæſtione diſcipulum Ariſtotelem, qui 2. & 3. cap. 2. libri de Partibus animalium hoc problema revocavit præcipué adverſus Platonis eam doctrinam, ut Michaël Epheſius Græcus Ariſtotelis ad eum locum interpres ait.Sic igitur Ariſtoteles tum loquitur:Id veró ait,partim eſt non facile, « partim veró impoſſibile.Ariſtoteles igitur Platonis magi- «

ſtri difficultate terretur: imó quod Plato ſe non poſſe confitetur, plané diſcipulus impoſſibile profitetur. Sed argumenta Ariſtotelis adverſus Platonem audiantur. tria veró ea ſunt, cur διχοτομία ſit non ſolúm difficilis, ſed plané
» impoſſibilis. primum ſic eſt: Nonnullorum (ait) erit dif-
» ferentia ſola una, cætera erunt ſupervacua; ut pedatum, bi-
» pes, fiſſipes, multifidum. Deinde additur, ſecus tautologiã
» fore, ut idem dicatur ſæpius. At hoc primum Ariſtotelis argumentum Plato falſum diceret, argumentique exemplum magis etiam alienum, rationem denique additam argumẽto & exemplo, alieniſſimam. Neq; enim legitima generis unius unica differentia eſſe poteſt; ſecus, eſſet individua ſpecies, non genus: & ſi unica differentia ſignificet híc unicam diviſionem, ut alicui videatur: tum διχοτομία legitimarum differentiarum, tautologiam potiús ſuſtulerit, quám induxerit: imó prætermiſſa generali differentia, neceſſe ſit idem ſæpius in ſpecialium differentiarum multitudine repeti. Exemplum vitioſæ diviſionis (ut Ariſtoteles & Ariſtotelis græcus ille interpres indicavit) captioſi hujus argumenti occaſionem præbuit: Nam ſi Ariſtoteles legitimam διχοτομίαν ſibi propoſuiſſet, tautologiã comminiſci nullam potuiſſet. Quare hóc primum Ariſtotelis argumentũ Platonicã διχοτομίαν nihil offendit. Secundũ
» Ariſtotelis argumentũ ſequitur. Tum veró (ait) nõ cõvenit
» diſcerpere unumquodq; gènus, id eſt (ut ille interpres interpretatur) ſpecies ſpecialiſſima non eſt é ſuo genere in alienum traducenda. Itaque ut primum argumentum, tautologiã, ita ſecundum, ἑτερογένειαν pro abſurdo propoſuit. At Plato hoc argumentum multó juſtiús abnueret: quia διχοτομία in homogeneïs perpetua conſiſtet, itaque diceret, Ut legitima διχοτομία, non genuit illic tautologiam; neque híc ἑτερογένειαν gignet: adderetq;, exemplo híc iterum neſcio quo diſcipulum Ariſtotelem abuti, quód aves aliæ in aquatilium genere, aliç in alio collocentur: ex ſubjectis enim diviſio avium eſt ejuſmodi, non eſt totius in propria membra, non generis in ſuas ſpecies: quæ legitima diviſio & abſoluta eſſet. Ergo Platonis logica adhuc ſalva híc eſt. Tertium Ariſtotelis argumentum eſt, quód διχοτομοῦντες, cogerentur per privationem, qua tamen

nulla

nulla ſpecies conſiſtit, dividere. quod item falſum eſt; & ſiquando neceſſe erit, ignotis adverſis differentiis, per privātes dividere; tum privatione generi ſubjecta, ut animali irrationale & immortale, quas differentias Ariſtoteles ipſe ſubjicit, aliquid arguetur & explicabitur. Quin Ariſtoteles ipſe privationem tantopere repudiatam, in hac quæſtione aliquando pro differentia aſſumendam monet. Itaque tertium hoc argumentum, ab authore ſuo refelli Plato reſponderet, neque eo quicquam διχοτομίαν labefactari. Ergo Ariſtotelis in capitibus illis trium argumentorum diſputatio, nihil adverſus Platonis διχοτομίαν concludit: imó veró Ariſtoteles uno diſputationis illius loco re ipſa confirmat, quod verbo oppugnavit. Præterea contrariis oportet dividere. Hæc Ariſtotelis in illa diſputatione oratio & ſententia eſt: quæ diligenter animadverſa & conſiderata, totam controverſiam dijudicabit. Diviſio fieri debet in contrarias partes, ait híc Ariſtoteles: quod idem repetit & confirmat 14. cap. 2. Poſter. diſputans adverſus Speuſippum: ait enim illic, (ut jam dictum eſt) in diviſione eſſe ἀντικείμενα ὧν μὴ ἐςὶ μεταξὺ, oppoſita quorum non eſt medium. propterea que in diviſione, ait, non eſt poſtulatio. At, inquit P. Ramus, contrarium unum uni tantúm eſt; ut antea per relata, adverſa, contradicentia, privantia ex Ariſtotelis ipſius teſtimoniis patuit. Quare accuratam & abſolutam diſtributionem, neceſſe eſt διχοτομίαν eſſe. Hæc P. Rami de duorũ ſummorum philoſophorum ſententiis tam accurata diſceptatio fuit; unde conſtat, διχοτομίαν magnam quidem & difficilem eſſe, ut præclara omnia ſunt difficilia: ſed tamen & poſſibilem & neceſſariam. Rhetores etiam quæſtionem hanc de numero partium in dividendo ſuſcepere, ſed admodum dubié & anxié diſputarunt. Quintilianus lib. 4. cap. 5. non probat eos, qui partitionem vetant ultra tres propoſitiones extendere. Quæ ſine dubio, ſi ſit (ait) nimiúm multiplex, fugiet memoriam judicis, & turbabit intentionem. hoc tamen numero, velut lege, non eſt alliganda, cúm poſſit plures deſiderare. Idem eodem capite: Certus eſt diviſionis modus (ait) & evitanda maximé conciſa nimiúm & velut articuloſa partitio: in

» qua multa non membra,ſed fruſta; nec tam plura,quám
» minora. Hæc Quintilianus. Veruntamen hic magiſter nihil docet,dum tam logicé rhetoricatur: neq; nimis brevem,neque nimis prolixam diviſionem faciendam eſſe vult; at modi hujus fines nullos præſcribit:denique de numero partium nihil conſtituit.Sed de Quintiliani Logica, Scholæ rhetoricæ alibi loquuntur. Quare P. Ramus διχοτομίαν complectitur,quia duo tantúm contraria eſſe poſſunt,non plura.Quinetiam ſtudii ſui curam exemplis explicatæ adhuc & Grammaticæ & Rhetoricæ & Logicæ demonſtravit: in quibus diſtributiones bifariam facere contendiſſet; contrá comparabat exempla artium plurima, quibus artes obſcuratæ eſſent & confuſæ.

CAP. 26. De diſtributione ex cauſſis.

DIſtributio prima eſt ex abſoluté conſentaneis, cauſſis nempe & effectis. Diſttibutio ex cauſſis,eſt quando partes ſunt cauſſæ totius. Hic diſtributio integri in ſua membra præcipué laudatur.″Integrum,eſt totum, cui partes ſunt eſſentiales.Membrũ,eſt pars integri. Sic″Grammatica in Etymologiam & Syntaxin: ″Rhetorica in Elocutionem & Actionem: ″Dialectica in Inventioné & Judicium dividitur. ab his enim partibus artes illæ integrantur. Hæc diſtributio principalis eſt, cúm rei longioris explicatio ſuſcipitur. 1.Georg:

″Quid faciat lætas″ſegetes,quo″ſidere terram
Vertere,″Mæcenas,″ulmiſque adjungere vites
Conveniat:quæ cura boũ,quis cultus habendo
Sit″pecori,atq; apibus quãta″experiẽtia parcis,
Hinc canere incipiam.—

Cic.pro″Muræna: Intelligo (judices) tres totius accu-

accuſationis partes fuiſſe: & earum unam in reprehenſione "vitæ, alteram in contentione "dignitatis, tertiam in criminibus "ambitus eſſe verſatam." Hic etiam axioma ſuum eſt, Totum eſt majus ſua parte: Quin etiam aliter tractatur hoc argumenti genus per inductionem. Catull.

"*Quintia formoſa eſt multis: mihi cădida, longa,*
Recta eſt: hæc ego ſic ſingula confiteor:
Totum illud, formoſa, nego: nă nulla "venuſtas,
"*Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.*
"*Lesbia formoſa eſt, quæ cũ pulcherrima tota eſt,*
Tum omnibus una omnes ſurripuit veneres.

Diſtributio prima] Categoria diſtributionis bifariam dividitur, ut categoria conſentaneorũ, unde oritur: in primo genere, præcipué appellatur totum & pars: Itaq; communibus præcipué nominibus totius & partis, utrumque primariæ diſtributionis argumentum appellatur. E cauſſis veró ſingulis diſtributio eſſe poteſt. ex efficiente, ut Philoſophia ſcripta eſt partim á Platone, partim ab Ariſtotele. ejuſmodi diſtributio fit ex efficientibus cauſſis. Et materia ſimiliter diſtribui poteſt: Vaſorum regiorum alia aurea, alia argentea. ſi ejuſmodi tantúm vaſa rex habeat, ex materia diviſio fit. Vaſorum alia ſculpta, alia ficta: ex forma videri poſſit. Ex fine autem eſt illa Pythagorea diſtributio, quinta Tuſculana, Græcorum ad ludos Olympicos convenientium, gratia gloriæ, pecuniæ, ſcientiæ: Nam cúm « interrogaretur Pythagoras á Leonte Phliaſiorum princi- « pe, quinam eſſent philoſophi? Pythagoras tum reſpondit, « ſimilem ſibi videri vitam hominum, & mercatum eum, « qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ « celebritate: Nam ut illic alii corporibus exercitatis, glo- « riam & nobilitatẽ coronæ peterent: alii emendi aut ven- « dendi quæſtu & lucro ducerentur: eſſet autem quoddam « genus eorum, idque vel maximé ingenuum, qui nec plau- « ſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſſa venirẽt, ſtu- « dioſéque perſpicerent, quid ageretur, & quomodo. Hæc «

exempla P.Ramus afferebat,ut doceret,ex omnibus cauſſarum generibus diſtribui poſſe; totamque cauſſarum facultatē,quantacunq; in topicis quatuor efficientis & materiæ,formæ & finis contineretur, in diſtributionis categoriam redundare: attamen in hoc primo diſtributionis genere, integri in membra diſtributionem longiſſimé præferebat.

Integrum]Huc proprié pertinet definitio Ariſtotelis in
» Philoſophia 26.cap.5.lib. Totum dicitur, á quo nulla ab-
» eſt pars, ex quibus dicitur totum natura. quæ definitio
» 6.cap.3.Phyſici repetitur. Itē illa partis definitio 25.cap.5.
» lib.Partes ſunt,ex quibus componitur totum. Ex his igitur Ariſtotelis definitionibus, P.Ramus collegit definitiones integri & membri: é quibus apparet, integrum & membra,ſymbola eſſe cauſſarum & effectorum: nam membra ſingula materiam continent: & ſic cap.6.Phyſici 3. dicitur pars materia totius; membra veró conjuncta, continent materiam & formam integri.Ergo integrum ipſum, eſt effectus talium cauſſarum: indeq; apparet híc argumentum eſſe de primis ortum: & primum diſtribuendi genus & accuratiſſimum eſſe integri in membra,quia tum effectus arguitur & explicatur ex cauſſis.Enimvero una diſtributio integri in membra, híc præcipua eſt; appellaturque Ariſtoteli in Poſterioribus ἀνατομή, ſectio, & partitio Ciceroni in Topicis.

Grammatica]Grammatica vulgó quadrifariam ſecatur; in Etymologiā, Syntaxin,Proſodiā, Orthographiam. at duę poſtremę partes,ſunt fuſæ per totam etymologiam & ſyntaxin.Itaq; P.Ramus in Grammatica tantum partitionis elenchum ſuſtulit; ſicuti pleraq; in deſcriptione illius artis conſimilia ſophiſmata; quod Grammatica ipſius & grammaticæ Scholæ demonſtrant.

Rhetorica] Rhetorica diſtributa eſt á Græcis & Latinis Rhetoribus in quinque partes, Inventionem, Diſpoſitionem,Elocutionem,Memoriam,Actionē: At P. Ramus in rhetoricis in Ciceronē & Quintil. Scholis demonſtravit; inventionem & diſpoſitionem,partes eſſe Logicę:memoriam,tantúm eſſe umbram diſpoſitionis. Itaque duas tantúm Rhetoricæ partes proprias eſſe,elocutionem & a-

ctionem:

ctionem:quas nos deinde ejus & prælectionibus & obſervationibus inſtructi & conſiliis ducti, ita deſcripſimus; ut modó Logicam ab eo digeſtam præceptis, & illuſtratam exemplis,pauló pleniús & faciliús rudiorum gratia interpretamur.

Dialectica] Hæc partitio,una fuit, de qua tantopere á P.Ramo decertatum eſt: continet enim hæc una partitio commune quoddam lumen univerſæ Logicæ.

Principalis] A principe nempe argumento, id eſt á cauſſis profecta.

Quid faciat]Poëta ſummam Georgici operis ſibi propoſiti complectitur hac quadripartita diſtributione: Prima pars,eſt argumentũ primi Georgici,de cultu agrorum & de ſegetibus: ſecunda de arboribus & vitibus: tertia de pecore: quarta de apibus.

Segetes] Seges proprié ſignificat nondũ demeſſas fruges omnium ſeminum,unde panis conficitur. Lætas autem dicit poëta,per metaphoram,quę tanquam arrideant & reſpondeant votis avari agricolæ,ut etiam illic poëta ipſe loquitur.

Sidere] Sidus,proprié eſt ſtellarũ multarũ conjunctio, quæ ſignũ appellatur: qualia ſunt numerata ab aſtrologis 47.in Zodiaco 12.in Septentrione 20.in Meridie 15.

Mæcenas] Nobilis fuit eques Romanus, charus Auguſto,ſtudioſus poëtarum,& in eos beneficus:unde appellati ſunt Męcenates,omnes fautores ſtudioſorum, artiumq; liberalium ſtudiis deditorum.

Ulmiſque] De vitibus Italiæ loquitur, quæ ulmis & arboribus maritantur.

Pecori] Pecoris nomine intelliguntur á grammaticis equi,cameli,capræ,aſini,oves,omneque animal, hominis imperio ſubjectum,& pabulo terreſtri paſtum.

Experientia] Diligentia: id enim proprié eſt 5.Verr. Homo navus & induſtrius,experientiſſimus ac diligentiſſimus orator. Hoc igitur exemplũ eſt diſtributionis quadripartitæ: quæ tamen etiam bipartita eſſe potuerat, in plantas,& animantes mutas cicures: plantas, ut ſegetes & vites: cicures,ut pecora & apes. Nã ſi quid hic elenchi fuerit; ὀιχοτομία non attulit. ſed accepit é propoſito imperfecto phyſicæ argumento.

Muræna] Muræna reus factus erat de ambitu à Sulpitio & Catone,& pleraque objecta: quæ omnia orator in hanc partitionem concluſit.

Vita] Objecta eſt Aſia,ad voluptatem & luxuriam expetita,& Muræna ſaltator appellatus.

Dignitatis] De genere,integritate, induſtria.

Ambitus] Ambitus eſt aucupatio gratiæ & vitioſa emerendæ famæ cupiditas:hinc crimen largitione affectati magiſtratus:Hæc autem partitio Ciceronis, etiam bifariam fieri potuit,in contentionem dignitatis, & crimen ambitus:Nam reprehenſio vitæ cadit etiam in contentionem dignitatis.Neque nos Quintilianus hîc movebit lib. 14.cap.5.qui cùm diviſionem Ciceronis pro Cluentio re-
» prehenſam dixiſſet, Rurſus (ait) nemo tam erit aut inju-
» ſtus,aut ſtultus,quin eũ fateatur optimé pro Muræna eſſe
» partitum:Intelligo,&c. Nam ſic (ait) & oſtendit luciđiſſimé cauſſam,& nihil fecit altero ſupervacuum.Hęc Quintiliani eſt ratio,ſed fallax & captioſa: Nam dignitas ex anteacta vita etiam ducitur.

Hîc etiam] Antea patuit uſum diſtributionis eſſe multiplicem,primúm illum ἀσυλλόγιστον, é tota nempe diſtributions ſpecie. quó referri poſſit Euclidis axioma 9. nam totum hîc pro integro intelligitur, & pars pro membro. axioma veró miſtum eſt & comparatione quantitatis & loco diſtributionis.Itaque huc relatum, aliás veró diſtributio etiam συλλογιστικῶς καὶ ἀκολουθητικῶς tractatur: de quo axiomate affirmata ſunt illa 6.cap.6. Topici: In quo totum eſt,in illo oportet & partes eſſe; In quibus partes ſunt,& totum neceſſe eſt ineſſe.ibidem negationes oppoſitæ proponuntur: Si partium vel una deſit, totum nõ eſſe: at contrá non ſequi,Si totum non ſit, nullam partem eſſe hæc ἀκολουθητικὰ ſunt Ariſtotelis.

Quintia] Quidã diſputabant é partibus formæ,Quintiam formoſam eſſe; quia eſſet candida,longa,recta:at inductionem illam,ut ſophiſticam Catullus redarguit, quia pars una formæ deſit,venuſtas nempe: itaque totum inficiatur: Atque hîc poëta artificium genuſq; argumenti pené ipſe explicat ſcholaſtico more , Concedo partes iſtas ſingulas: totum illud, formoſa,nego.

Venuſtas]

Venuſtas] Venuſtas, propriè eſt pulchritudo muliebris; ut dignitas, pulchritudo virilis: hîc autem ſignificat gratiam & leporem vel ſermonis vel geſtus.

Nulla in tam] Allegoria eſt à cibis inſulſis & ſine ſale ingratis: Nam ſicut ſal ſuavitatem quandam cum mordacitate habet: ita etiam urbanorum joca (ait Quintilianus) Itaque ſales pro ridiculis & facetiis accipiuntur. Ergo Catulli argumentum eſt, Deeſt pars una formæ, ergo tota forma non eſt. idem Catullus è ſex partibus tollit totum in alio epigrammate de amica Formiani.

Salve, nec minimo puella naſo,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore ſicco,
Nec ſane nimis elegante lingua:
Decoctoris amica Formiani:
Ten' provincia narrat eſſe bellam?
Tecum Lesbia noſtra comparatur?
O ſeclum inſipiens & infacetum!

Lesbia] Comprehenditur magis quàm explicatur inductio ſecunda, quód Lesbia habeat omnes partes illas pulchritudinis, ſed præterea ſit omnium mulierum venuſtiſſima.

CAP. 27. *De diſtributione ex effectis:* *Ubi de genere & ſpecie.*

Diſtributio ex effectis eſt, quando partes ſunt effecta, ut in navi, nautæ alii "malos ſcandunt, alii per "foros curſitant, alii "ſentinam exhauriunt: "gubernator autem "clavum tenet in puppi. "Diſtributio generis in ſpecies hîc excellit "Genus, eſt totũ partibus eſſentiale. "Species, eſt pars generis. Sic animal, genus hominis & beſtiæ dicimus: Animal enim, eſt totum, cujus eſſentia (nempe ſubſtantia corporea, animata, ſentiens) ad beſtiam & hominem communiter

attinet. Sic dicimus hominem & beſtiam, ſpecies animalis, quia partes ſunt animali ſubjectæ, quæ animalis eſſentiam communem habent. Sic dicimus hominem, genus hominum ſingulorum, & leonem, ſingulorum leonum: cõtrá veró ſingulos homines, ſpecies hominis: ſingulos leones, leonis. Genus eſt″generaliſſimum aut ſubalternum: Species ſubalterna aut ſpecialiſſima. Genus generaliſſimum, cujus nullum eſt genus: ut in logica inventione, Argumentum eſt genus generaliſſimum artificialium & inartificialium. Species ſpecialiſſima, quæ eſt individua in ſpecies alias, ut materia & forma ſingulares. Subalternũ genus, ut ſubalterna itẽ ſpecies, quod ſpecies hujus, illius autẽ genus eſt: ut cauſſa, ſpecies eſt argumenti artificialis, genus materiæ & formæ. ″Genus veró & ſpecies notæ ſunt cauſſarum & effectorum: ut in animali eſt ſubſtantia corporea, quæ materia eſt ad ſpecies communiter attinens: tum facultas vitæ & ſenſus, quæ forma item communiter ad ſpecies ſpectat. Quare genus continet cauſſas, quæ communiter ad ipſius ſpecies attineant: contra itaque etiam ſpecies, effecta generis ſui continent. Hinc univerſale eſt inſigne ac″præſtabile, quia cauſſam declarat. ″Diſtributio generis in ſpecies valde quidem excellit, ſed difficilis eſt & rara inventu: Attamen illuſtrationis & exempli grátia, afferemus, quod poterimus. Ovid. 1. Metamorph. dividit animal in quinque ſpecies, ſtellas, aves, beſtias, piſces, homines: ſtellis animam tribuit, ut etiam philoſophi tribuere:

″*Ne*-

″Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque deorum:
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ:
Terra feras cepit, uolucres agitabilis aër.
Sanctius his animal, ″mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet,
Natus homo eſt.------

″Sic Cicero 1. Offic. Virtutem dividit in ſpecies quatuor, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam. Sed omne quod honeſtũ eſt, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perſpicientia veri ſolertiaq; verſatur: aut in ſocietate hominum tuenda, tribuendoq; ſuũ unicuique, & rerum contractarum fide: aut in animi excelſi atque invicti magnitudine ac robore: aut in omnibus quæ fiunt, quæque dicuntur ordine & modo, in quo ineſt modeſtia & temperantia. Diſtributio generis in formas ſpecierum eadem eſt, quia formæ cum genere conſtituunt ſuas ſpecies: ut animalium aliud loquens, aliud mutum. Genus & ſpecies, nõ ſolúm tractantur hac ſimplici diviſionis formula, ſed etiam ″ſeparatim alterum ex altero. Pro Archia: ″Ac ne quis á nobis hoc ita dici forté miretur, quód alia quædam in hoc facultas ſit ingenii, atq; hæc dicendi ratio, aut diſciplina: nec nos quidem huic cuncti ſtudio penitus unquam dediti fuimus: Etenim omnes artes, quę ad humanitatem pertinent, habent quoddã cõmune vinculum, & quaſi cognatione quadã inter ſe cõtinentur. Ars eſt gen⁹: poëtica & eloquẽtia ſunt ſpecies. ″Cõtrá gen⁹ tractatur p ſpecies, ut 4. de Triſt. apud Ovid.

Materiamque tuis triſtem virtutibus imple:
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis noſſet, felix ſi Troja fuiſſet?
Publica virtutis per mala facta via eſt.
Ars tua, Tiphy, jacet, ſi nō ſit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua, Phœbe, jacet.
Quæ latet, inque bonis ceſſat nō cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis.

Exempla igitur ſpecialia, ſuo generi accom-
» modata ſunt hujus loci. 7. ad Att. Urbem tu re-
» linquas? ergo idem ſi Galli venirent? Non eſt,
» (inquit) in parietibus reſpub. at in aris & focis.
» Fecit idem Themiſtocles. fluctum enim totius
» barbariæ ferre urbs una non poterat. At idem
» Pericles non fecit, annum feré poſt quinquage-
» ſimum, cúm præter mœnia nil teneret. Noſtri
» olim urbe reliqua capta, arcem tamen reti-
» nuerunt.

Diſtribuiio] Secundum hoc topicum, ex effectis quibuſlibet (caducis, æternis, nil intereſt) diſtributionem inſtituit. Primum exemplum, eſt effectorum caducorum, ſumptum de ſimilitudine Catonis, qua refellit ſenectutis reprehenſores, qui dicunt, homines ſenectute avocari ab
» agendo: Nihil igitur afferunt (inquit) qui in re gerenda
» verſari ſenectutem negant: ſimileſque ſunt, ut ſi quis gu-
» bernatorem in navigando nihil agere dicat, cúm alii ma-
» los ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhau-
» riant: ille autem clavum tenens, ſedeat in puppi quietus,
» non faciat ea quæ juvenes, at veró multó majora & me-
» liora facit. hæc Cato. Itaque pars ſimilitudinis hujus propoſita eſt ad exemplum qualecunq; diviſionis ex effectis, dum melius & accuratius occurrat: ut interea intelligatur, diſtributionē ex effectis tam laté patere, quám patet effectorum topicum: ſicuti in ſuperiore diſtributione, tam laté patuit ex cauſſis diſtributio, quám cauſſarum topicum.

Malos]

Malos] Malus, arbor eſt navis.

Foros] Fori tabulata, quibus perambulatur navis: dicti quód ferant inceſſus ambulantium.

Sentina] Sẽtina, eſt pars navis infima, quó defluit quicquid inſtillat aquarum: ideoque corrupta, malé olet: unde & nominata ſentina, quia gravis ejus odor ſentiatur.

Gubernator] Proprié rector navis, appellatur gubernator.

Clavum] Clavus per metaphoram, híc gubernaculum navis ſignificat. 5. Æneid.

Clavumque ad littora torquet.

Diſtributio generis] Partitio proprié eſt integri, diviſio generis, ut Ciceroni in Topicis placet; nomina tamen hæc interdum confunduntur.

Genus] Sequitur de genere & ſpecie ingens materia: De genere enim & ſpecie duo capita ſunt Porphyrii magna, & reliqui libri pars maxima in cõmunionibus & differentiis generis & ſpeciei: Regulæ ſunt in Categoriis de homogenëis & heterogenëis: In Poſterioribus Analyticis de genere & ſpecie, 15. cap. 2. libri: In Topicis problema unum de genere factum eſt, quartumque topicum ei tributum: Locus ipſe generis & ſpeciëi citatus eſt in Topicis bis & quinquagies: In Philoſophia, plurima ſunt de genere & ſpecie, deque idëis, occaſione generis & ſpeciëi. quam tantam materiam, quemadmodum ad Ariſtotelis leges P. Ramus conformarit, jam conſideremus. Sunt veró Topica generis & ſpeciëi, tantó præſtantiora, quantó præſtantiorum argumentorũ ſymbola ſunt. Si quid ex cauſſis atque effectis artes & diſciplinæ inſtituunt, id feré ſymbolis generis & ſpeciëi interpretantur: Si theſes & loci communes á poëtis vel oratoribus, ab hiſtoricis & philoſophis explicantur, explicatio per exempla ſpecialia deducitur: Si cõtrá hypotheſis fuerit, & ſpecialis aliqua quæſtio (quales omnes ſunt controverſiæ forenſes, ſenatoriæ, populares) tum ad genus univerſum recurritur: denique genus & ſpecies, omnem feré cauſſarum & effectorũ ubertatem complectuntur: induſtriam itaque P. Rami híc in primis amavi. Definit autẽ primó genus & ſpeciem é ſuis & propriis differentiis: deinde ſpeciales differentias generaliſſi-

mi, ſubalterni, ſpecialiſſimi: tum quomodo genus & ſpecies, ſint cauſſarum & effectorum ſymbola: deniq; exemplis uſum generis & ſpeciei declarat.

Genus eſt] Hæc definitio generis & ſpeciei, adverſas ſuperioris & hujus topici differentias oſtendit: illic integrũ, ſumit eſſentiam é membris: híc genus, eſſentiã ſpeciebus tribuit: Illic membra conſtituunt totum: híc ſpecies conſtituuntur á genere: Itaq; definitio generis, cõvenit ſpeciei: definitio autẽ integri, nõ convenit membro: relatioq; integri & membrorũ, contraria eſt relationi generis & ſpecierum. Atq; hæc relatio generis & ſpeciei, Porphyrio ſatis aperté propoſita eſt, ſed non ſatis conſtanter ſervata. Sedenim Logica P. Rami jam nobis repetenda eſt, ad exponendum quàm ſtudioſé, quàm accuraté poſitã generis & ſpeciei definitionẽ diſſerebat, cõfirmando & approbando, é duabus primúm Ariſtotelis definitionibus in Philoſophia
» 3. cap. 10. libri: quarum prima ſic eſt: Dicitur autem genus,
» ſecundum quod ambo idem dicuntur ſecundum eſſentiã, differentia. hæc Ariſtotelis definitio, demõſtrat genus eſſe totum, cujus partes habeant ipſius eſſentiã communẽ: & ſint eædẽ in ipſa generis eſſentia. Altera eſt generis defini-
» tio 7. cap. 10. lib. Tale enim genus voco, ſecundúm quod
» ambo unũ idẽ dicuntur, nõ ſecundũ accidens habẽs diffe-
» rentiã, ſive ut materia, ſive ut aliter. hæc Ariſtotelis altera definitio, rurſus oſtendit, genus eſſe totũ partibus ſuis eſſentiale. Ergo definitio generis, quam P. Ramus ſequitur, definitio etiã eſt Ariſtotelis: ſed tamen ne quis Ariſtotelis definitiones iſtas captioſas & fallaces arbitretur, multó majus argumentũ huc P. Ramus aggregabat, ex uſu nempe & obſervatione rationis, quid homines in vero ratiocinandi uſu genus intelligant, utrúm etiã hominũ genus dicatur, ut animaliũ: Ergo huc exempla & teſtimonia profe-
» rantur: Plauti. Juppiter, qui genus colis aliſq; hominũ: Ci-
» ceronis, Dum genus erit hominũ: jureconſultorũ, qui ho-
» minẽ genus dicunt, Stychũ & Pamphilũ ſpecies hominis:
» itẽ in mutuo, reddi genus, nõ ſpeciẽ. Quin Ariſtot. ipſe ita
» ſæpe loquitur 1. 3. 4. capitibus 3. Philoſophiæ. Extrema ge-
» nera, ut homo. Itẽ, 1. cap. 1. Philoſophiæ, Hominũ genus ar-
» te & ratiocinatione vivit. Itẽ de longitudine vitæ: hominũ

genus

genus eſt diuturnioris vitæ,quám equorũ.Quare P.Rami
ſtudiũ adhuc intelligimus in confirmanda Ariſtotelis illa
veriore doctrina,& quidẽ auxiliis ex Ariſtotelea facultate
copiaq; depromptis: duplici definitione, totq; idonëis ad
rem locupletibuſq; & aliorũ,& ipſius teſtimoniis & exem-
plis. Ergo hæc generis definitio ita confirmata & appro-
bata eſt: vocabulũ aũt generis ab Ariſtotele in Philoſophia
18.cap.5. libri dicitur ſignificare generationẽ & genitorẽ.
quod ſi ſit, tropus erit poëticus, potiús quám oratorius.
Porphyrius addit ad ſecundũ Ariſtotelis ſignificatũ, etiam
vocabulo generis ſignificari patriã: & ſic Pindarũ dici ge-
nere Thebanũ,Platonẽ Athenienſem:in quo fallitur aper-
tiús; nec Thebæ,vel Athenæ,genus : ſed Thebanorũm &
Athenienſium dicitur: & quidẽ ut animaliũ animal,ſic A-
thenienſis Athenienſiũ, & Thebanus Thebanorũ genus
eſt. Sed multó magis fuerat notanda ſignificatio generis
pro ſpecie,quæ longé frequentiſſima & uſitatiſſima eſt: ut
cũ dicim⁹, animaliũ,cauſſarũ & ejuſmodi rerũ genera.Sed
tamen ſignificatio,quę nobis híc neceſſaria ſit,definitione
ſatis explicat: cæteræ ſignificationes ex uſu grãmatici ſer-
monis,vel é tropis rhetoricis cognitæ,facilé diſtinguẽtur.

Species] Hæc definitio in Porphyrio pené eadẽ eſt:Spe-
cies,quod ſub aſſignato genere. itẽ: Species, quod ordina-
tũ eſt ſub genere. Ergo definitio ſpeciei,ſine cõtroverſia e-
juſmodi eſt.Speciei autẽ vocabulũ in Topicis Cic.repudia-
vit,propter caſus(ſpecierũ & ſpeciebus) aſperiores: forma-
rũ & formis,maluit. At cõtrá P.Ramus hic perſpicuã logi-
cæ veritatis intelligentiã maluit,quã rhetoricã Cic. elegã-
tiã: Cicero enim,formã in cauſſis nullã intelligebat, quæ
tamẽ in primis intelligenda ſit, quamq; P.Ramus Ariſtot.
ſecutus antea propoſuit:Itaq; ſi peccandũ híc fuerit;multó
ſati⁹ eſt peccare in voluptatẽ auriũ,quã in rerũ notionẽ &
ſenſum:quod accideret,ſi duo argumẽta uno verbo appel-
laremus.nec veró Cicero tales caſus nõ latinos cẽſet eſſe,
ſed duros.Quare ut ſpecies,ſic ſpecierũ & ſpeciebus, caſus,
á P.Ramo retinẽtur,meliore & juſtiore cauſſa, quã á Cic.
rejiciãtur.Speciei ſignificationẽ etiã Porphyrius proponit
pro forma.i.pulchritudine quæ vera quidẽ eſt:at ſpecies in
Ariſt.multó ſæpi⁹ ſignificat cauſſam formalẽ,ut in Phyſicis

& in Philoſophia: aliquando etiam genus, interdum ſubſtantiam, ut P. Ramus ex interpretibus Græcis collegit: Sed tamen totam hanc enumerationem ſignificationum in arte ſupervacuam judicavit: & eam potiſſimúm ſignificationẽ, quæ neceſſaria eſſet, definitione ſpeciëi comprehendit. Atque hæc de generis & ſpeciëi definitione, quæ valde confuſa eſt in bibliotheca Ariſtotelis, propter alterã utriuſque argumenti definitionem, non contrariã omnino, ſed certé valde controverſam. Sed hanc controverſiam P. Ramus verioribus illis definitionibus anté confirmatis facilé diſceptabat: diſceptatio igitur hęc attendatur, audiaturq; generica primúm definitio Eubulidis, vel Antiſthenis, vel neſcio cujus alius Logici, quem etiam Porphyrius & deinde ſcholaſtici interpretes univerſi, veriore illa rejecta ac contempta, ſunt ſequuti. eſt autẽ ejuſmodi: Genus
„ autem eſt, quod de multis & differentibus ſpecie in quæ-
„ ſtione quid eſt, dicitur. hæc definitio eſt 4. cap. 1. Topici, repetita iiſdem verbis á Porphyrio: Sed in hac definitione (quód genus ſit categorema multis commune) hoc convenit cũ veriore illa definitione generis, Genus eſt totum partibus eſſentiale; reliquæ duæ partes (differentibus ſpecie in quæſtione quid eſt) diverſæ ſunt tantúm, non oppoſitæ. & tamen ita diverſæ, ut plané ſint ad generis definitionẽ inutiles & otioſæ; & definitionẽ primã obſcurent, nõ tollant. Enimvero hoc ipſum (differre ſpecie) plané nugatoriũ ſophiſma eſt, ex homonymia verbi natũ: etenim cũ de logica ſpecie híc agatur, imó ſpecies ipſa definiatur: attamẽ ſpecies pro formali cauſſa híc intelligitur, quomodo
„ 7. cap. 1. Phyſ. Unũ enim ſpecie dico & ratione idẽ. híc enim ſpecies & ratio pro forma dicũtur, quod 8. cap. 10. Phil. ex-
„ ponitur apertiús: Quæcunq; in ratione ſunt adverſa, fa-
„ ciunt differre ſpecie. hi loci ſicuti alii quidã in bibliotheca Ariſt. docẽt, ea differre ſpecie, quæ differunt eſſentiali forma: Ergo (inquit P. Ramus) fallacia eſt valde inſulſa, cúm ſpeciem logicam, definias partem generis; in generis definitione, verbum ſpeciëi, non pro ſpecie logica, ſed pro cauſſa formali uſurpare. Etenim cúm genus definieris, intelligi vis ſolas ſpecies differre genere, nempe quæ diverſis genęribus ſubjiciuntur: ita cúm ſpeciem defi-

definieris partem generis, intelligas neceſſe eſt, ſola genera differre ſpecie, quæ ſpeciem non eandem habebunt. Sic enim differentiæ relatorum comparandæ ſunt: Differunt patre filii, qui patrem habent diverſum: Differunt filio patres, qui filium habent diverſum. at hic differre ſpecie dicuntur non genera, quæ ſpeciem habeant diverſam, ſed ſpecies quæ formam diverſam habent. Hoc igitur ſophiſma primum eſt in illa definitione: quo ſublato ſententia definitionis erit, Genus eſt quod dicitur de multis forma differentibus, in quæſtione quid eſt. At (inquit P. Ramus) tum duo quælibet different ſpecie, quia forma different, cúm omnium rerum ſua & propria forma ſit, qua res eſt id quod eſt, & differt á cæteris rebus. Neque audiendum ſit, quod dici videtur á Porphyrio, & nonnullis præterea in Ariſtotelea bibliotheca locis, individua non differre forma eſſentiali, ſed proprietate accidentium; ut mas & fœmina: quæ accidentia in Hermaphrodito miſcentur: Nam tum detractis (quod omnino ſaltem cogitatione fieri poteſt) accidentibus, omnes homines eſſent unicus & ſingularis homo: imó neque Deus, neque dæmon, neque homo, neque ulla prorſus eſſentia eſſet. (quod eſt ab Ariſtotele nominatim improbatum, cúm idealem hominem ejuſmodi derideat) ſed accidentia ſola. quod ſophiſma valde cornutum eſt, imó barbaræ prorſus & inauditæ impietatis plenùm: Quare ſinguli homines ſpecie, id eſt forma eſſentiali differunt, quod etiam Ariſtoteles 3. cap. 10 Philoſophiæ comprobat: Quicquid enim differt, differt aut genere, aut ſpecie: genere quidem, quorum non eſt communis materia, neque inter ſe generatio. Hæc Ariſtoteles ita philoſophatur: unde licet aſſumere, At ſinguli homines differunt inter ſe non genere, quia communis eorum materia eſt, & homo gignitur ex homine: Quare ſpecie ſeu forma (ut ſuperior illa interpretatio docuit) differunt ſinguli homines; & ſunt ſpecies hominis, & homo genus eſt ſingulorum hominum. Attamen hanc ipſam formæ differentiam in definitione generis collocare, nugatorium eſt: quia duæ res quælibet (ut patet é logica formæ definitione) forma differunt. Quapropter hic primus elenchus in definitione (quód genus dicatur de pluribus ſpecie dif-

ferentibus) obſcurat tantúm veram definitionem generis, prorſus nihil adjuvat: Secundus elenchus (quód genus dicatur in quæſtione quid eſt) longioris refutationis non indiget: etenim rem manifeſté ſupervacuā & falſam proponit. Definitio proprié reſpondetur ad quæſtionem quid eſt: attamen in definitionis definitione, hæc differentia nō
" adhibetur: Definitio (ait Ariſtoteles 4. cap. 1 Topic.) eſt ra-
" tio quid eſt, eſſe ſignificans. hic ſi neceſſe fuiſſet, dixiſſet Ariſtoteles, Definitio, eſt ratio, quid eſt, eſſe ſignificans in quæſtione quid eſt. at neque dixit, neque neceſſe fuit dici: Nam ſi nunquam interrogaretur, quid eſt, conſtaret tamen uſus definitionis: ita ſi generis proprium eſſet, reſponderi ad quæſtionem quid eſt: attamen hæc adventitia eſſet illi & externa differentia, non eſſentialis, neque ideo in definitionem adhibenda. at falſum eſt, genus ita reſponderi: quod Ariſtotelis doctrina in poſterioribus Analyticis, de quæſtione quid eſt, perſpicué demonſtrat: Docet enim, non genere, ſed definitione argui & explicari quæſtionem quid eſt: & quidem vera doctrina docet. Nam cúm quæritur, quid eſt Dialectica: ſi reſpondeas, eſt ars: ridiculus habeare, nō enim quęritur, é quo genere rerū ſit Dialectica, ſed quæ ſit ejus eſſentia & natura. Quare ſecundus hic elenchus, etiā abſurdior eſt ſuperiore.

Generaliſſimum] Hic privilegium relationis quoddā, generis & ſpeciëi loco attributum eſt á Logicis; quod erat tamen aliorum argumentorum commune: idem enim poteſt eſſe efficiens hujus, illius effectus: ut homo, effectus Dei, effector ipſe infinitorū operū, aliquid eſt tamē, quod tantúm eſt efficiens, nempe Deus: aliquid quod tantúm effectus. idem in ſubjectis & adjunctis: Terra eſt tantúm ſubjectum aquæ: cælum aëris tantúm adjunctum: intermedia ſunt ſubjecta ſuperioris, adjuncta inferioris: ſic idē, genus unius eſſe poteſt alterius ſpecies: ut oppoſitum, eſt genus diſparati & contrarii, ſpecies diſſentanëi: aliquid tamen eſt, quod ſit tantúm genus, quodque ideo Ariſtoteli primum dicitur: ejus autem interpretibus, γενικώτατον generaliſſimum, ut in logica inventione argumentum. Sic quædam ſpecies eſt tantúm ſpecies, ideoque εἶδος ἔσχατον ſpecies extrema Ariſtoteli, interpretibus autem εἰδικώτατον

κώτατον εἶδος, ſpecialiſſima ſpecies appellatur, ut in logica inventione exempla ſingularia & individua. 28. cap. 1. Prior. genera ſumma & infima rejiciuntur, tanquam ex iis concludi non ſoleat: quem errorem Scholæ dialecticæ illic abunde refutarunt: Ergo hæc viciſſitudo & relatio eſt generis & ſpeciëi: quæ tamen eadem eſt in aliis argumentis, etſi minús manifeſta, ſed vocabula deſunt, ut αἴτιον αἰτιώτατον, αἰτιατὸν αἰτιατώτατον: cauſſa cauſſaliſſima, (tãquam diceretur) & cauſſatum cauſſatiſſimum. Hanc autẽ relationẽ generis & ſpeciëi cúm Porphyrius multis verbis comparaſſet, mediorumque duplicem rationem: & cũ ſuperioribus, quorum ſpecies, & cum inferioribus, quorum genera eſſent: extremorum duorum, ſummi generis & infimæ ſpeciëi, illius ad inferiores ſpecies, hujus ad ſuperius genus, unicam rationem, ut proportio conſtaret, cõcludere debuit: & concluſit quidem recté in ſummo genere: perverſé autem in infima ſpecie, ex illa numeri differentia ratiocinatus, ſpeciem ſpecialiſſimam duplicis eſſe rationis, & ita definivit: Species eſt quod dicitur de multis “ & numero differentibus in quæſtione quid eſt. hæc enim “ definitio, duobus etiam ſophiſmatis ſophiſtica eſt: numeri ſiquidem differentia, quę dicitur, nil eſt aliud, quám ſpeciëi differentia, ut jam antea ex Ariſtotele patuit. Quic- “ quid differt, ait Ariſtoteles, differt genere aut ſpecie: terti- “ am hanc numeri differentiam illic Ariſtotelis non agnoſcit: neque omnino uſquam ad legem κατὰ παντὸς debuit agnoſcere. Quicquid enim præcipitur vel arguitur, generale ſit aut ſpeciale, neceſſe eſt: διχοτομία iſta clariſſimæ veritatis, commentitiam numeri differentiã reſpuit. Sic Ariſtot. 3. cap. 2. Phyſ. opponit ὡς τό καθ᾽ ἕκαστον καὶ ὡς τὸ γένος, ſingulare & generale, ut ſæpe aliás: Sic Quintilianus 10. cap. 12. libri loquitur, cúm ait, oratoris formas differre nõ “ ſolúm ſpecie, ut ſignum ſigno, & tabulam tabula; ſed ge- “ nere ipſo, ut á Græcis Tuſcanicæ ſtatuæ. Sic omnes denique homines ratiocinantur. Itaque quicunque vel Eubulides, vel ſophiſtes alius, iſtam tertiam numeri differentiam attulit, commentum ſuum, non obſervatum ex hominum uſu documentum prodidit. Quamobrem in logica & vera ſpecialiſſimæ ſpeciei definitione, P. Ramus

Porphyrianam illam numeri differentiam ſequi non debuit: De ſecundo elencho (quo ſpecies dicitur in quæſtione quid eſt) reſponſio eſt eadem, quæ priús: id eſſe definitionis, non ſpeciëi; & id adventitium, non eſſentiale: imó veró ne adventitium quidem: Etenim ut in Regno veriſſimé Plato docuit, Quicquid ſpecies eſt alicujus, ejus ipſius
» partem eſſe neceſſe eſt: neque ſpecies logica intelligitur,
» niſi relatione generis: ut neq; genus, niſi relatione ſpeciëi. Quapropter ut generis illa, ita hæc ſpecialiſſimæ ſpeciëi definitio, duobus ſophiſmatis ſophiſtica eſt: cúm conſtet é rebus falſis: aut ſi veræ ſint, alienis. Quamobrem recordemur in hoc uno generis & ſpeciei topico, diligentiam P. Rami, imó curam, ſollicitudinem, aliquando etiam ſtomachum & indignationem; cúm ſæpe in cathedra ipſa, de noſtrorum hominum moribus & ingeniis conquereretur, qui ætatem in nugis ſophiſticarum definitionum clamandis conſumerent, neque veritatem ante oculos poſitam cernerent: tantum inveterata opinio valet, ut anté vita plerunque, quám perverſa ſententia relinquatur. attamen agriculturæ princeps ille parenſque Ariſtoteles, longé alio animo ſedulitatem iſtam ſuſciperet; tantumque in logicas ipſius leges amorem, vel potiús ardorem mirificé complecteretur.

Genus veró & ſpecies] Declaratur origo generis & ſpeciei, ſicut in conjugatione, notatione, integro & membro declarata eſt, & id definitione jam comprehenſum eſt: ſed exemplo idem familiariús per cauſſarum ſpecies declaratur, materiam formamque, quæ ſpecies communes in genere comprehenduntur: Itaque Ariſtotelis illa ex relatis ἐπὶ ταυτὰ ἀκολύθησις, declarat, & id etiam concludit: Genus eſt αἴτιον ſpeciëi: ergo ſpecies eſt αἰτιατὸν generis. hæc conſideranda explicatio, quomodo genus & ſpecies argumenta ſint orta de primis; ſymbolaque ſint cauſſarum & effectorum.

Præſtabile] Sic ait Ariſtoteles 24. cap. 1. Poſteriorũ, τὸ δὲ καθόλυ τίμιον ὅτι δηλοῖ τὸ αἴτιον, Univerſale eſt honorabile, quia declarat cauſſam. atque inde laudes illæ capite ejuſdem libri viceſimo: Generale præſtare ſpeciali, quia ſit αἰτιώτερον, ἁπλύστερον, ἀρχοειδέστερον, magis & cauſſa, & ſimplex,

ſimplex, & principio ſimile:ideoq; ἐπιστημονικώτερον εἶναι, ſcientiæ aptius eſſe. Simplicius autem eſſe, indicabit ejus definitio; quæ pauciora continet, quám ſpeciei definitio. Quare ſi quis iratorum iſtorum adhuc quærat, cur genus & ſpecies fiant argumenta orta de primis, & dicātur ſymbola cauſſarum & effectorum;reſpondebit cum Ariſtotele P.Ramus, quia genus ſignificat cauſſam ſpeciei, & ſpecies ideo ſignificat effectum generis: útque antea conjugatorum,notationis,integri,membri,ita nunc generis & ſpeciëi topica originem ſuam é primis argumentis oſtendunt: quotieſque genus explicatur á ſpeciebus, cauſſa arguitur ex effectis: quoties contrá ſpecies arguitur é genere,effectus arguitur é cauſſis. Quare genus & ſpecies ſunt ſymbola cauſſæ & effectus:alia tamen eſt híc inventionis via quám illic. cauſſæ enim & effecta ſubtiliter illic explicantur:híc comprehenduntur.Ariſtoteles 14.cap.2.Poſteriorum, docet é relationis hujus occaſione, ignotum genus,é ſpecierum definitionibus inveniri: nam quod utriſque ſpeciebus commune fuerit,id genus futurum: at inventio hæc non tam valet ad inveniendum genus, quod illic inventum ſit, quám ad concludendum. Sed eadem via,ſi ſpecies ignorentur,ajebat P. Ramus diviſione generis inveniri: Quare totum caput illud nil aliud revera dicit,quám diviſione generis oſtēdi ſpecies, inductione ſpecierum colligi genus;quod híc novi nihil eſt.Sæpe veró Ariſtoteles,præcipué in cap. περὶ τῦ ἅμα docuit,ſpecies ejuſdem generis,ſimul eſſe natura:Quamvis enim genus,eſſe prius notiuſque ſpecie doceat, & ſub eodem genere ſpecies oppoſitas natura ſimul eſſe profitetur,neque alteram altera priorem aut notiorem: eſt tamen aliqua differentia ordinis,ut in arte ſpeciem hanc illi præponas. Atque hæc de generis & ſpeciëi definitione,cōparatione,origine: Unde quæſtio de idea(quæ totas Logicorum ſcholas infinité vexavit)ex Ariſtotelis judicio ſententiaque dijudicatur:Ideam nempe, genus eſſe logicum.ſic 8.cap. 2. Poſteriorum,idea dicitur ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπὶ πλειόνων, unum & idem in multis eſſe: quæ vera generis eſt definitio: item 8. cap.2.Poſteriorum, idea dicitur ἓν καὶ τὸ αὐτὸ παρὰ πολλά. unum & idem præter multa: ſic enim tum loquitur, & u-

num ac idem præter multa, dicit genus, ratione ſeparatum á ſpeciebus, in quibus revera conſiſtit. Quidam autem Logici veteres perverſé philoſophati, ideas quaſdam re ipſa ſeparatas á ſubjectis ſpeciebus commenti ſunt, quæ conſiſterent in mente divina, tãquam imagines quædam rerum, quas Deus intuens, ſingularia crearet: eamque opinionem ſemi Platonici ſemiq; Ariſtotelei quidam philoſophi, ut Porphyrius & Ammonius, Platoni attribuerũt: cúm tamen Plato, Socratis ore hoc commentum in Parmenide refellat: & Ariſtoteles qui, videtur aliquando hac in re Platonem perſtringere, attamen in Philoſophia 6. cap.3. libri aperté Platonis ideas logica genera eſſe, profi-
» tetur: item 4. cap. 13. libri, Socrates univerſalia ſeparata
» non faciebat. quod idem 9. cap. ejuſdem libri repetit. Exemplaria autem illa ſeparata valde & ſæpe labefactavit, ut
» 18. cap. 1. Poſteriorum, ubi ſic loquitur: *εἴδη χαιρέτω, τερε-*
» *τίσματα γάρ ἐστι.* Species valeant, præcentiones enim ſunt. In Philoſophia autem 7. cap. 1. lib. item 4. 5. 10. cap. 13. libri, longior eſt diſputatio, & in P. Rami metaphyſicis Scholis explicatio. Quamobrem imperiti homines Platoni calumniam imponentes, imó Ariſtotelem tanquam Platonis calumniatorem fingentes derideantur; gratiaque P. Rami vigiliis habeatur, per quas generis & ſpeciei doctrina tot tenebris circumfuſa, tam claré perſpicuéque proponatur. Atque hæc de generis & ſpeciei doctrina uſus & utilitas deinceps, id eſt demonſtratio doctrinę & approbatio conſideretur.

Diſtributio generis] Antea dichotomię difficultas propoſita eſt: huc alia difficultas accedit ex inventione ſpecierum, cúm etiam genus ipſum inventum ſit: Nam tametſi ſpecies quædam pateant, attamen proximæ illæ duæ, quæ differẽtiis adverſis *διχοτομίαν* conſtituũt, rariſſimæ ſunt: quin in poſtremis generibus *διχοτομία* plané impoſſibilis eſt, neque per naturam ulla eſt: niſi tum forté dicatur fuiſſe, cúm Adamus & Eva ſoli homines eſſent, pariaque eſſent ſpecierum talia in ſingulis generibus.

Neu regio] Cúm Ovidius mundi creationem, elementorum diſtinctionem docuiſſet, tum declarat partitione creationem animalium. Partitio autem eſt generis in

ſpecies,

ſpecies, qua non multó accuratiorem Plato in Timæo propoſuit; Erant autem, ait, animalium genera quatuor, unum divinum atque cæleſte, alterum pennigerum atque aerium, tertium terreſtre, quartum divinæ animationis. Primó autem διχοτομία, fieri potuit animalis, in rationale & irrationale: & deinde rationalis διχοτομία, item paganis illis, potuit eſſe in Deum & hominem: ſic enim Plato, & Ariſtoteles Deum, animal appellant: poſtremó autem, quam διχοτομίαν ſpecies irrationalis habeat, meditandum fuerit: utrúm in piſces & animantes terreſtres, ut feras & aves.

Mentisq;] Hæc differentia eſt homini communis cum ſtellis, judicio philoſophorum: itaque duæ ſpecies unius generis fuiſſent: ſed á poeta nō fuit Logica accuratior exigenda quám á Platone, qui elenchum eundem in partiendo fecit. Partitio autem Ovidiana, non ſolúm eſt generis in ſpecies, ſed adjuncti in ſubjecta: animal enim adjunctum in ſubjecta etiam dividitur, cælum, aerem, aquã, terram.

Sic Cicero] Cúm definitum eſſet honeſtum, tum diſtributio iſta ſequitur: Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides. quæ ſi oculis cerneretur (ut ait Plato) mirabiles amores excitaret ſapientię. Sed omne, &c. Partitio Ciceronis pro definitis ſpeciebus adhibet definitiones ſpecierum: Poterat orator híc διχοτομεῖν faciliús, quám illic poeta: Virtus enim, eſt prudentia, aut compoſitio morum: eaque temperantia aut fortitudo: juſtitia autẽ, eſt prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis conſenſio.

Separatim] Syllogiſtica Ariſtotelis axiomata de genere & ſpecie, 2. cap. 2. Topici ſubtiliús diſſecta ſunt. De genere affirmatum eſt iſtud: Neceſſe enim eſt, de quibus genus dicitur, de iis ſpecierum aliquam dici. ſed hęc affirmatio nimis anguſta eſt: Genus enim generaliter vel affirmatum, vel negatũ, ſpeciem quamlibet includit: ut, Si omne animal vivit, omnis homo vivit: non tamen contrá. Affirmati generis exemplum proximum eſt.

Ac ne quis] Archias poeta, civis Romanus factus erat eo jure cúm depelleretur, defenſus eſt á Cicerone ea defenſione, quæ extat. defenſionis ſuſceptæ cauſſam orator

attulit, quód tanquam diſcipulus magiſtro patrocinium præſtaret, quia ab Archia eſſet eruditus; tumque ſibi objicit, Tu es orator, ille poëta: quomodo igitur es ab eo eruditus? Tum generis hoc argumentum uſurpat, Omnes artes communi vinculo continentur: itaque poëtica & eloquentia (quæ ſunt artes) etiam continentur. Simile generis argumentum eſt in Catullo, ſed de unica ſpecie:

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle,
Quàm mihi: non ſi ſe Juppiter ipſe petat.
Dicit, ſed cupido mulier quod dicit amanti,
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

Negati generis axioma illud eſt ibidem : Quod enim generi non ineſt, neque ſpeciëi: Hæc negatio propoſita eſt accuratiùs, quám ſuperior affirmatio: Itaque negatum omnino genus, negat ſpeciem omnem: ut, Si nullum animal ſenſu caret, nullus homo caret ſenſu, non contrá. Tale eſt Lucani argumentum:

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.——

At Craſſus, Pompejus, Cæſar, ſunt ſocii regni & conſortes dominatus: propterea infidi.

Contrá, genus] Axioma de ſpecie affirmatum, ſic eſt: Quæcunque ſpeciei inſunt; & generi. & id Quintilianus, 5. lib. cap. 10. arripuit: Species firmam probationem habet generis: Nam quod juſtitia eſt, utique virtus eſt. Verúm ſpeciei affirmatæ axioma, genus tamen ſpecialiter affirmat, non generaliter, ut, Si homo ridet, animal ridet: aliquod nempe, non utique omne. Et quod Ariſtoteles é conſequentia non converſa judicat eſſe generale; non eſſet utique verum, ſi genus generaliter intelligeretur. At præſtantius erat axioma de omnibus ſpeciebus, Quæcunque ſpeciebus omnibus inſunt, inſunt & univerſo generi. Homo ſentit, beſtia ſenit: animal igitur ſentit. cujuſmodi eſt Ovidianum exemplum.

Materiamque] Hortatur Ovidius uxorem, ut in vero conjugii amore permaneat, pietatem rebus adverſis illuſtriorem fore.

Ardua] Attingitur quæſtio generalis, quæ mox clariús concludetur. tribus autem ſpecialibus exemplis approbatur:

probatur: primum eſt de Hectore, in virtute militari: ſecundum de Tiphy. in arte gubernandi: tertium de Apolline, in arte medendi.

Tiphy] Tiphys, fuit excellens opifex navium, & gubernator Argonautarum Ecl. 4.

Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo,
Delectos Heroas. —

Phœbe] Sic 1. Metamorph. Apollo de ſe loquitur:
Inventum medicina meum eſt, opifexq; per orbem
Dicor, & herbarum eſt ſubjecta potentia nobis.

Quæ latet] Generalis quæſtio tandem apertiús concluditur: Argumentum igitur eſt trium ſpecierum in tribus virtutibus, militari, nautica, medica, ad concludendum genus. Axioma negatum híc ab Ariſtotele factũ eſt: Quæcunque autem ſpeciëi non inſunt, non neceſſe eſt generi non ineſſe. & Quintilianus ibidem arripuit, Species infirmam generis refutationem habet: Nam quod non eſt juſtitia, poteſt eſſe virtus. at multó latius erat, ex omnibus ſpeciebus negare genus. Quale eſt illud Martialis:

Si quid opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum,
Bis nobis dicis, Bacchara, terque die.
Appellat rigida triſtis me voce Secundus:
Audis, ſed neſcis Bacchara, quid ſit opus.
Penſio te coram petitur, claréq;, palámque:
Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
Eſſe queror gelidaſque mihi, tritaſque lacernas:
Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
Hoc opus eſt, ſubito fias ut ſidere mutus:
Dicere ne poſſis, Bacchara, quid ſit opus.

Híc tribus ſpeciebus propoſitis, tollitur generale propoſitum.

Exempla] Exemplorum uſus quantus ſit, univerſa omniũ artium & invẽtio & tractatio teſtis eſt; Hinc enim ſunt ortæ omnes artes, per obſervationem & animadverſionem: Itaque Platoni & Ariſtoteli principia omnis doctrinæ, ἐπαγωγὴ, ἱςορία, inductio & obſervatio factæ ſunt, ſicut ad 14. cap. 1. Poſter. præcipué á P. Ramo declaratum eſt: Et quidem memini hoc loco, quantum verborum paucorum dogma P. Ramus extulerit, ut artes nõ ſolúm hinc

natæ ſint; ſed etiam cúm mortuæ & extinctæ eſſent, hinc rurſus velut ab inferis excitatæ: Grammatica, Rhetorica, Logica multos annos ſepultæ jacuerũt, quia exempla præſtantium authorum, iis, à quibus artes illæ tractatæ eſſent, ignota & occulta erant: poëtæ & oratores prodiere, exemplorum ſuorum luminibus tenebras protinus expulerũt. Logicé purioris ac ſyncerioris exempla inſigniora multis ſeculis nulla in ſcholis logicis fuerunt: Itaque uſus artis præſtantiſſimæ extinctus eſt: ſophiſtici tantúm clamores, & quidem de præceptis, remanſere. Reducantur exempla nobilia atque illuſtria; reviviſcet artis honor. Itaque in hac cohortatione, P. Ramus, Platonis & Ariſtotelis teſtimonia illa proferebat: Plato in Theæteto appellat παραδείγματα, ὁμήρους τοῦ λόγου, ſponſores & prædes rationis: tanquam ab iis fidejuſſum perſolveretur. Sed idem Plato in Regno,
" multó magnificentiús illud celebravit: Difficile eſt, ô bea-
" te, exemplis non utentem, res magnas explicare: videtur
" enim unuſquiſque noſtrum, tanquam per ſomnium, noſſe
" omnia, & omnia revera rurſus ignorare. Hæc Plato: quem velut ſtudio quodam conſimilis laudis æmulatus Ariſtoteles in Topicis cap. 2. lib. 8. idem pari magnificentia præ-
" dicavit: Ad perſpicuitatem veró, exempla & ſimilia tenen-
" da ſunt: exempla veró familiaria, & unde res cognoſcim*;
" qualia ſunt apud Homerum, non apud Chœrilum: ſic e-
" nim clarius & manifeſtius fit quod proponitur. hæc Ariſtoteles. unde ſophiſma convincitur imperitorum, qui ut mendacia quædam in Ariſtotelis bibliotheca tueãtur, negant exẽplorum veritatem in Logica requiri. Exemplorũ veró & in artibus, & omnino omnibus in rebus copiam hiſtoria ſuppeditat: Itaque cognoſcendum rerum geſtarum & memoriæ veteris ordinem, maximé ſcilicet noſtræ civitatis, ſed imperioſorum populorum & regum illuſtrium, Marcus Tullius admonet in Oratore. Huc etiam vel-
" ut axioma illud 4. Epiſt. referri poteſt, Quod exemplo fit,
" id etiam jure fieri putant. Itaque & Quintilianus, philoſophos & rhetoras ſequutus, doctrinam exemplorum toto capite undecimo libri quinti perſequitur: ſed exemplorum diſſentaneorum comparatorumque, non autem horum ſpecialium: ad quæ tamen fructus attinet ille, qui á

Quinti-

Quintiliano proponitur lib.3.cap.8.quód exempla in conſiliis plurimum valeant,quia faciliimé ad conſentiendum homines ducuntur experimentis. item quod 1.cap.11.lib. Potentiora exempla etiam ipſis artibus;cúm eó qui diſcit, perductus eſt, ut intelligere ſine demonſtrante, & ſequi jam ſuis viribus poſſit. Item lib.12.cap.4.præcipit, exempla & vetera & nova, ficta etiam & poëtica tenenda eſſe. Nam illa quidem,aut teſtimoniorum,aut etiam judicatorum obtinent locum:ſed hæc quoque, aut vetuſtatis fide, tuta ſunt,aut ab hominibus magnis,præceptorum loco ficta creduntur. Hæc Quintilianus. Ergo P. Ramus exempla tam magnifica philoſophorum & Rhetorum ſententia diſcipulis ſuis commendabat. Et nos initio interpretationis noſtræ, conſimili conſcientia freti, affirmavimus, quod rurſus affirmamus, exemplis, quæ P. Ramus in hac arte collegit, artis ipſius & veritatem & utilitatem præcipué demonſtrari.

Vrbem] Argumenta ſunt Ciceronianæ deliberationis adverſus Pompejum;qui Cæſaris adventu, Romã reliquit, & in Græciam confugit:ubi poſtea victus eſt á Cæſare. primum igitur exemplum eſt,Romani urbem non deſeruerunt Gallorũ aduentu:Deinde fingitur Pompejus cauſſam ſuã tueri exemplo Themiſtoclis, qui deſeruiſſet Athenas adventu Xerxis cum infinita multitudine equitum & peditum;tumq; navali prælio vicit, qui terreſtri victus fuiſſet:Deinde rurſus Tullius opponit exempla duo: primum Periclis,qui Athenas non reliquit, ſed in Marathone Perſas terreſtri prælio ſuperavit. ſecundum Romanorum,qui capta á Gallis urbe & incenſa, arcem capitolinam retinuerunt:tumque ſeſe & pretio redemerunt, & Camillo duce vindicarunt.

CAP. 28. *De Diſtributione é ſubjectis.*

Reliqua diſtributio eſt quodammodo conſentaneorum, ut ſubjectorũ & adjunctorum. Diſtributio é ſubjectis eſt, cúm partes ſunt ſubjecta. ut apud Catullum:

Virginitas nõ tota tua eſt: ex parte parentũ eſt:
Tertia pars matri data, pars data tertia patri:
Tertia ſola tua eſt: noli pugnare duobus,
Qui genero ſua jura ſimul cum dote dederunt.

» Sic Cicero 5. Tuſcul. Sint enim tria genera
» bonorum, ut jam á laqueis Stoïcorum, quibus u-
» ſum me pluribus quám ſoleo, intelligo, receda-
» mus. Sint ſané illa genera bonorum, dum cor-
» poris & externa jaceant humi, & tantummodo,
» quia ſumenda ſunt, appellentur bona. Alia auté
» divina illa, longé latéque ſe pandant, cælumque
» contingant, ut ea qui adeptus ſit, cur eum beatũ
» modó & non beatiſſimum dixerim?

Reliqua] Secundum diſtributionis genus eſt ex quodammodo conſentaneis, ſubjectis nempe & adjunctis: in quibus proprié neque totum, neque partes appellantur: cúm ſubjectum poſſit ab adjunctis, ſaltem cogitatione, ſeparari: Itaque de iis diſtributionibus, nulla eſt in Logica Ariſtotelis mentio: Andronicus, de quo antea diximus aut certé poſt Andronicum Boëtius, hujus utriuſque doctrinam propoſuit: P. Ramus exemplis, ut cætera, Homericis illuſtravit. Hoc autem ſecundarium diſtribuendi genus, ut doctrinæ accuratione imperfectius, ſic uſu multó frequentius: penéque aſſiduæ diſtributiones illæ ſunt, non ſolúm in poëtis & oratoribus, ſed in philoſophis, artiumq; & doctrinarum magiſtris. Diſtributio é ſubjectis, reſpõdet quodammodo diſtributioni integri in membra.

Catullum] Catullus in epithalamio Manlii & Juliæ, hortatur Juliam, ne ſit marito nimiúm refractaria: & pauló ante partitionem, verſus hi ſunt:

Et tu ne pugna cum tali conjuge, Virgo:
Non æquum eſt pugnare, pater cui tradidit ipſe:
Cúm par connubium maturo tempore adepta es.

Tum ſequitur, *Virginitas non tota, &c.* Ubi diſtributionis uſus duplex apparet; alter ſimplicis diſtributionis, quæ tripartita poteſt in dichotomiam ita redigi, & pené

etiam

etiam à Catullo redigitur. Virginitas, eſt partim virginis, partim parentum, patris & matris. & propriè parens in patrem & matrem dividitur. Hic ſubjecta virginitatis: virgo, in qua ineſt: pater & mater, ad quos attinet, manifeſta ſunt: alter uſus eſt ἀκολουθητικός: Unus maritus habet duas partes tuæ virginitatis, alteram patris, alteram matris: nō debes igitur ei reſiſtere.

Cicero] Tria bonorum genera ex tribus ſubjectorum generibus, animo, corpore, fortuna, manifeſta ſunt. Partitio tamen hìc minùs apertè facta eſt: ea autem eſt apud Platonem plerìſque locis, ſed quinto Legum ad finem clariùs expreſſa. Cùm tria ſint omnino, circa quę univerſi homines ſtudium ſuum collocant: ultimum ac tertium eſt, pecuniarum rectè collocatum ſtudium: medium autem, corporis; primum verò, animi. Atqui modò ſi Reſp. quam meditamur, honores ita diſtribuat, rectè erit conſtituta. Hæc Plato de tribus generibus bonorum, quibus rectè & ex ordine diſtinctis, ut primus honor ſit animi bonis, ſecundus corporis, tertius & extremus, bonis fortunæ: beatam fore civitatem ait. Ita nunc Tullius, Stoïcam philoſophiam complexus, longiſſimè animi bona cæteris anteponit. Hæc eadem partitio eſt primo Academico verbis compluribus.

CAP. 29. *De Diſtributione ex adjunctis.*

Diſtributio ex adjunctis eſt, quando partes ſunt adjuncta: ut, Hominum alii ſani, alii ægri, alii divites, alii pauperes. Sic Virgilius primo Georg. mundum dividit in quinque partes, mediam torridā, duas extremas frigidas, & reliquas duas temperatas:

Quinq; tenent cælū zonæ, quarum una, coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quam circū, extremæ dextra lævaq; trahūtur.
Cæruleæ glacie concretæ, atq; imbribus atris:
Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ divum.——

» "Cæſar 1.belli Gall. Gallia eſt omnis diviſa
» in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ, a-
» liam Aquitani, tertiam, qui ipſorum lingua, Cel-
» tæ: noſtra, Galli appellantur.

Ex adjunctis] Hæc altera ſecundariæ diſtributionis ſpecies, refert quodammodo ſecundam primariæ diſtributionis ſpeciem.

Quinque tenent] Virgilius cùm per ortus occaſuſque ſyderum, perque cauſſas aſtrorum pleraque deſcribenda haberet, in hanc mundi partitionem eſt deductus. Diſtributio autem terræ, fit nomine cæli, quia partes terræ, cæli partibus reſpondeant: nec enim cælum torridum, frigidũ, temperatum dicitur, ſed terra. Ergo ita poëta eſt intelligendus, tanquam diceret, Terreſtris mundus dividitur in quinque plagas & regiones, quæ totum undique cælum intuentur. Ovidius autem 1. Metamorph. pauló faciliùs expoſuit, comparatione cæli & terræ.

Vtq; duæ dextra cælum, totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas, totidem inter utramq; locavit:
Temperiemq; dedit miſta cum frigore flamma.

Media autẽ hæc regio, inter tropicos patet gradus 47.

Torrida] Hæc opinio veterum fuit uſque ad Plinium & Ptolomæum; qui deſcriptis tamen in eadem regione populis, docuerunt habitabilem, planéque habitatam regionem: Sed ſeculo ſuperiore, Hiſpani multò clariús docuerunt, tam multis inſulis, novoque terrarum invento orbe, in quo habitatio tẽperatiſſima perhibetur: eſt enim illic caloris diurni cum nocturno frigore ſumma moderatio & temperatio.

Extremæ] Arcticam & antarcticam plagas dicit, quæ ſingulę patent á tropico ad polum 23.gradus, & 30.minuta. Arctica plaga, circa Daniam & Gotthiam, glacie quidẽ riget locis & tẽporibus quibuſdã. at vel ipſa glacies ab hominibus teritur: quin prælia in ea interdum geruntur:

Duæ]

Duæ] Reliquæ duæ plagæ temperatæ ſignificantur, ſingulæ inter mediam & extremas, latæ gradus 43. quarum altera eſt noſtra; quæ primo á geographis trifariam diviſa, in Europam, Africam, Aſiam: altera eſt noſtrorum antipodum. ambarum communis eſt America.

Cæſar] Initium eſt Commentariorum Cæſaris, ubi dividitur tantúm Gallia, quæ nondum parebat Romanis, quæ proprié comata tum dicebatur; cúm bracchata, eſſet provincia: ſed multó major, quám hodie deſcribitur. complectebatur enim Delphinates, Allobroges, Narbonem, Tholoſam. Togata autem Gallia, trans Alpes in Italia fuit.

CAP. 30. De Definitione.

DEfinitio eſt ratio quæ explicat quid res ſit: eaque viciſſim definito argui poteſt. Definitio, eſt perfecta aut imperfecta: Illa proprié definitio, hæc deſcriptio dicitur. Definitio perfecta, eſt definitio cónſtans é ſolis cauſſis eſſentiá conſtituentibus: quales cauſſæ genere & forma comprehẽduntur. Atq; hoc modo definitur homo, animal rationale: Nẽpe genere (animal) intelligimus (ut dictum eſt) eſſentiam corpoream, plená vitæ & ſenſus, quæ materies hominis eſt, & pars formæ: cum qua ſi addas (rationale) totá formã hominis comprehendes, vitæ, ſenſus, rationis facultate. Itaque perfecta definitio, nihil aliud eſt, quám univerſale ſymbolũ cauſſarum, eſſentiã rei & naturã conſtituentium. Tales definitiones ſunt artium, Grammatica eſt ars bene loquendi: Rhetorica bene dicendi: Dialectica bene diſſerendi: Arithmetica bene numerandi: Geometria bene metiendi.

Definitio] Categoria definitionis, materiam magnam & nobilem continet: magnitudo proponitur primúm

28.cap.1.Prior.ubi definitio inter genera mediorum præcipué tractatur;deinde celebratur, quatuor feré libris: in poſterioribus Analyticis fit principium demonſtrationis: & totus liber ſecundus feré in Logica definitionis occupatur:tres certé Topici libri toti hic conſumpti ſunt,quintus,ſextus,ſeptimus: argumentum ipſum definitionis, totis Topicis duodecies citatum eſt:In Philoſophia,loci quidam ſunt de definitione. Materies igitur hujus categoriæ,amplitudinem tantam continet:nec veró minorem continet nobilitatem. Plato in Theæteto cúm docuiſſet nomine λόγυ ſignificari ſignum,quo res differat á ceteris,
» tandem ait, Definitionem accipere, & noſſe, idem eſſe. hanc definitionis laudem Ariſtoteles æmulatus, ait 17.
» cap.2.Poſteriorum.Omnes ſcientiæ per definitionem pa-
» rantur,idemque repetit in Philoſophia 6.cap.7.libri, quód
» ſit idem ſcire, & per definitionem intelligere. Itaque & Græci Ariſtotelis interpretes hic veluti rhetoricé excla-
» mant, Definitio omnem principatum obtinet. Quamobrem agite, P. Rami agriculturam attendamus in tam fœcundo nobilique agro:imó periculum, quod aliquando propterea adierit, recordemur:ut tantó magis amemus,quantó conſtantius præclaræ artis inſtituendæ, ardentiuſque ſtudium cognoſcemus. Definitio definitionis debuit habere genus innominatum illud diſtributionis & definitionis commune,ut deinde ſua forma diſtingueretur á diſtributione:quod illic, quotuplex: hic, quid eſt,explicatur: ut illic totum diſtingueretur in partes: hic totum ſuis partibus componeretur. Definitio autem á. P. Ramo adhibita,eſt Ariſtotelis 4. cap. 1. Topici. Eſt autem definitio,ratio quod quid erat,eſſe ſignificans. hic ab Ariſtotele gen⁹ illud γενικώτατον, λόγος,ratio adhibetur: proximum non exponitur.Nec in eo P.Ramus ſibi ſatisfaciebat:tamen utebatur eo quo poterat,dũ melius occurreret. Vocabula hic Græca ſunt,ὅρος,ὁρισμὸς,ὁριστικὸς λόγος,ut antea ſectionis,diviſionis:geometrica tota ſunt utraq; vocabula:unde pené intelligimus,quid logica hæc topica polliceantur.definitio,tanquã perimetro comprehẽdit: diſtributio,veluti diametro dividit.hæc eſt igitur horum argumentorũ vis:quæ faciliús animo concipitur, quám verbis explicari

explicari poſſit. Tria in definitione vulgó præcipiuntur, ut ſit dilucida, brevis, propria: & ſic Quintilianus lib. 7. cap. 3. Finitio, eſt rei propoſitæ propria & dilucida & breviter cō- «
prehenſa verbis enuntiatio: imó veró Ariſtoteles ipſe To- «
pico ſexto, prolixé perſpicuitatē in definitione commendavit: ut ſi obſcura ſit definitio, ſimilis (ait) futura ſit imaginibus τῶν ἀρχαίων γραφέων, veterum pictorum: quibus niſi adſcriptum eſſet, quorum imagines eſſent, animalium figuræ non agnoſcerentur. At perſpicuitas, communis eſt omnis argumenti: Niſi cauſſæ perſpicuæ, niſi facta perſpicua, niſi ſubjecta perſpicua, niſi adjuncta perſpicua, niſi omnino argumenta perſpicua ſint; nihil arguent, neque omnino argumenta erunt: Natura argumenti eſt, perſpicuum planumque facere: id eſt enim arguere: Quare definitionis non eſt hæc virtus propria. Appelletur itaque ex Ariſtotelis lege καθόλȣ πρῶτον, controverſia judicetur: Generalia (dicet Ariſtoteles) generaliter & ſemel explicanda ſunt, non in ſpecie aliqua ſpecialiter proponenda: Perſpicuitas, eſt virtus generalis & communis argumenti: generaliter igitur & communiter ac ſemel exponenda eſt, non ſpecialiter uni ſpeciei attribuenda. Brevitas veró, deriſa eſt ab Ariſtotele, ut mox apparebit; & ſophiſma brevitati huic oppoſitum, Ariſtoteli in Elenchis eſt περιεργία redundantia, commune vitium argumentorum. Itaq; brevitas, ſi virtus ſit, virtus erit communis omnium argumētorum; nec ad illam καθόλȣ πρῶτον legem, ſpecialiter hîc docenda. Proprietas autem & converſio, eſt item communis cum diſtributione, ut jam patuit: Quare ſi ſequi legem illam καθόλȣ πρῶτον debuit, iſtorum trium nihil in definiendi doctrina præcipué P. Ramus inſtituere debuit.

Viciſſim] Habet & definitio reciprocationem ſuam, licet una tantúm parte expreſſam, ſicut in notatione antea fuit: ut ex nomine notatio quoque poſſet argui: duobus autem nominibus expoſita eſt in cauſſis & effectis, in ſubjectis & adjunctis, majoribus, minoribus, integro, membris, genere, ſpeciebus: fuit autem unicum nomen in diſſentaneis paribus, ſimilibus, diſſimilibus: argumenti tamē ſua etiam reciprocatio fuit; quæ hîc denique ad extremum artificialium argumentorum genus exponitur. Ut autem

definitionis perfectum fuerit argumentũ, ita definiti erit imperfectum. Sed definitionis uſus eſt in illo ſimplici docendi genere frequentiſſimus: Ariſtoteles autem antea nominatim diſſeruit, efficientem, materiam, diviſionem, ἀσυλλόγιστον eſſe: de definitione, longum problema eſt in ſecundo Poſteriorum totis ſeptem capitibus, 3.4.5.6.7.8.9. quód definitio perfecta, neque demonſtret, neq; demonſtretur ſyllogiſmo: imperfecta autem, demonſtrari poſſit: quin tota poſteriora Analytica præcipué docent, nullo præſtantiore argumento ſyllogiſmũ concludi, quám definitione: ut hinc appareat, etiam definitionem ſyllogiſticam eſſe: quod antea jam docuimus omnis argumenti commune eſſe: ex omnique argumenti genere, ut enunciari, ſic & concludi modo ſyllogiſmi aliquo poſſe.

Perfecta] Partitio eſt ex Ariſtotele decimo capite 2. Poſteriorum, quód definitio ſit alia ἄμεσος immediata, alia ἔμμεσος mediata: illa διότι, hæc ὅτι appellatur. In Topicis pauló ſecus idem iteratur definitionis & proprii nomine, & utrique parti ſuum topicum integro libro tribuitur.

Conſtans] Id eſt Ariſtoteli 10. cap. 2. Poſteriorum, λόγος δηλῶν διὰ τι, καὶ ἀρχὴ: ratio declarans propter quid, & principium. Id obſcuriús dictum, faciliús á P. Ramo declaratur, cúm cauſſæ proferuntur, ipſam rei eſſentiam conſtituentes: & particulatim ac minutatim exponitur, quomodo genere & forma, cauſſæ illæ totius eſſentiæ authores continentur. Magna veró eſt á Platone uſque ad Ciceronem & Quintilianum repetita definiendi doctrina. Plato in Theæteto attigit his verbis: ἕως δ' ἂν κοινοῦ τινος ἐφάπτῃ, ἐκείνων οὐχί σοι ἔσται ὁ λόγος, ὧν ἂν ἡ κοινότης ᾖ donec
» commune aliquid attigeris, illorum nõ tibi erit definitio,
» quorum communitas fuerit. & ſubdit deinde, addendam propriam differentiam, ut definitio ſit differentiæ interpretatio. Ariſtoteles 14. cap. 2. Poſteriorum, ſubtiliús hanc rem dilatavit, tanquam quidlibet definiendum eſſet ſpeciale aut generale: ut omnia neceſſaria quærantur, non communiora tamen genere: deinde tot conjungantur, ut proprium aliquid efficiant. Doctrinam itaque definiendæ ſpeciei primúm proponit: definiendi contrá generis do-

ctrina eodem capite deinde conſimilis traditur: ut é ſubductarum ſpecierum definitionibus communia eliciantur: Itaque nihil aliud hîc Ariſtoteles præcipit, quàm utendum eſſe diviſione generis ad ſpeciem inductione ſpecierum ad genus definiendum. hæc totius hujus doctrinæ ſumma eſt, cujus ſubtilitas Ciceroni in Topicis arriſit, & ab eo adſcripta eſt, hoc modo: Sic igitur veteres præcipiunt, cùm ſumpſeris ea quæ ſunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, uſque eó perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit. Ut hoc, Hæreditas eſt pecunia. commune adhuc: multa enim genera ſunt pecuniæ. Adde quod ſequitur: quæ morte alicujus ad quempiam pervenit. nondum eſt definitio: multis enim modis ſine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ poſſunt. Unum adde verbum, jure: jam á communitate res diſiuncta videbitur: ut ſit explicata definitio ſic, Hæreditas, eſt pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure. Nondum eſt ſatis: adde, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta: confectum eſt. Hæc Cicero: qui bellæ ſubtilitatis hujus doctrina, quomodo eam definitionem compleverit, jureconſulti viderint. Quintilianus libro 5. capite 10. id breviús repetivit: A genere perveniendum eſt (ait) ad ultimam ſpeciem: ut, Homo eſt animal: non eſt ſatis: id enim genus eſt. mortale, etiamſi eſt ſpecies, cum aliis tamen communis finitio. rationale: nihil ſupererit ad demonſtrandum quod velis. Hæc Quintilianus. At P. Ramus totum hoc dogma breviús & ſuccinctiús & uſui aptiús comprehendit. hæc enim, quæ tam articuloſé proponuntur á philoſophis, repetunturque á Rhetoribus, tametſi falſa non ſint; attamen obſcuriora ſunt, & alligant doctrinam definitionis ad leges illas dividendi generis nimiúm difficiles: nulla enim eſt pars logicæ inventionis, illa una inventione difficilior: Et cauſſæ rerum per ſe interdum faciliús occurrent: quoties tamen proximum genus apparebit, erit aſſumendum: rectéque & in Analyticis & in Topicis præcipitur, definitionem, genere & differentia, id eſt, forma perfici & abſolvi. Itaque P. Ramus ad definitionis accuratæ fontem primúm recurrit; &

ſymbola illa, tanquam vaſa quædam aſſumit: ſed ſymbola, docet eſſe ſymbola, non archetypa illa exemplaria, quæ ſymbolis oſtenduntur. Sed tamen de perfecta definitione duplex quæſtio magna eſt; & quód ſit impoſſibilis; & ſi poſſibilis fuerit, eam tamen non eſſe logicæ facultatis, ſed altioris philoſophiæ. Sed primúm de prima illa. In tribus antea topicis certamen ſimile fuit: primum Heracliti & Protagoræ adverſus contradictionem; Ariſtotelis contrá pro contradictione: ſecundum Euclidis adverſus ſimilitudinem; Empedoclis contrá pro ſimilitudine: tertium Speuſippi adverſus diſtributionem; Ariſtotelis contrá pro diſtributione: quartum tandem Antiſthenis adverſus definitionem; Ariſtotelis contrá pro definitione. Quæſtio hęc
» tractatur in Philoſophia 3. cap. 8. lib. Itaque dubitationem
» quam Antiſthenëi & ſimiliter imperiti afferebant, jam
» tempus eſt diſſolvere. Quod non licet quid eſt, definire:
» definitionem enim, eſſe rationem longam: ſed quale quid
» eſt, accidit demonſtrare: ut argentum quid eſt, non: quód
» autem veluti ſtannum. hæc Ariſtoteles obſcuré: Videtur autem Antiſthenes dixiſſe, definitionem eſſe compoſitam é multis rebus, quarum ſingulæ inventionem impoſſibilem haberent; proptereaque definitionem impoſſibilem. quo argumento videretur & generis & formæ obſcuritatem ſignificare: tumque rem difficilem, nõ impoſſibilem eſſe concluderet. Alexander Aphrodiſëus orationem longam interpretatur, λόγον nempe pro oratione ſumi, quaſi dixerit Antiſthenes, orationem componi non ex uno nomine, ſed é genere & differentia, tanquã é materia & forma: ut in definitione, Animal rationale: animal, ſit materia: rationale, ſit forma: tumque Antiſthenis argumento Alexander ita reſpondet, ut dicat, partes definitionis, eſſe partes formę, non materię. idq; ait ex Ariſtotelis doctrina patere. Verúm (ajebat hîc P. Ramus) ad Ariſtotelis leges redeamus. Si Antiſthenes cenſuit, genere ſolã ſpeciei materiam contineri, falſum eſt: continetur enim pars formę, ut in litera declaratur: neq; κατὰ παντὸς Antiſthenes diſſeruerit. Sed Alexander graviús hîc etiam peccat, & longiús á κατὰ παντὸς recedit; qui putat, partibus definitionis ſolam ſpeciei formam contineri; materia enim etiã continetur:

tinetur: Itaque definitionis oppugnatio & propugnatio, hic valde varia & anceps: neque certamen hoc tam aperto marte certatum eſt, atque illa ſuperiora certamina: Unum hoc eſt certum ab Antiſthene, definitionem perfectam raram eſſe, cúm duabus é rebus conſtet, quarum utraq; per ſe ſit inventu valde difficilis: ideoque imperfectam deſcriptionis formulam tantúm in pleriſque rebus teneri: attamen veré & conſtanter Ariſtoteles contrá diſſeruit, non quia ſit difficilis, idcirco eſſe impoſſibilem: juſtoque argumento motus, imperitiã hanc Antiſthenis coarguit. Atque hæc duarum quæſtionũ prior eſt: poſterior ſequitur, Utrúm definitionis accuratæ doctrina, logicæ artis propria ſit, an Philoſophiæ altioris. Ariſtotelis hac de re ambiguus locus eſt 2. cap. 7. Topici: εἰθ' ὅτι δὶ ἀκριβείας μὲν, « ἄλλης ἐςι πραγματείας, ἀποδοῦναι καὶ τί ἐςι ὅρος, καὶ πῶς « ὁρίζεσθαι δεῖ. Deinde per accurationem quidem, alterius « eſt conſiderationis, præcipere, & quid eſt definitio, & quo- « modo oporteat definire. hic locus interpretes commovit, ut putarent argumento τῆς ἄλλης πραγματείας, primam philoſophiam argui & ſignificari. Atqui neque prima philoſophia eo loco appellatur: neque ſi appellaretur, vera eſſet appellatio: Etenim de accurata illa definitione plurimus & maximus eſt in poſterioribus Analyticis ſermo, ut argumento ἄλλης πραγματείας, analytica illa doctrina ſignificetur. In Philoſophia autem prima, nihil præcipitur admodum de definiendo. In tota enim Philoſophia, quatuor tantúm loci ſunt; eorumque duo falſi, reliqui ex Organo inutiliter repetiti. Primus locus & ſecundus eſt 4. & 5. cap. 7. quód definitio ſit maximé, & primó, & abſoluté « ſubſtantiarum; ſecundarió ſit accidentium. quod falſum « eſt. Arithmetica enim & Geometria, quæ ſunt accidentiũ (ut putantur eſſe) definitiones accuratiores habent, quám Phyſica. Ergo quicunque author ille, vel Antiſthenes, vel Eubulides, hoc primus attulit, quod Ariſtoteles ibi collegit κατὰ παντὸς non diſſeruit. Tertius eſt 10. & 11. cap. lib. 7. de partibus eſſentialibus, quæ ſunt priores toto. quod verum eſt: de materialibus, quæ ſunt poſteriores, eſt falſum: materia enim, cauſſa eſt conſtituens, ideoque prior: neque item iſtud κατὰ παντὸς arguitur. Quartus locus eſt 4. & 12.

cap.7.lib. & item 6.cap.8.lib. quód definitio ſit una,ratione eſſentiæ,non conjunctione partium: ut Ilias. qui locus verus eſt, ſed ex Interpretatione, 1. & 10.cap.2.Poſt. inutiliter iteratur, nec ideo καθόλȣ πρῶτον arguit. Quare locus ille Topici ſeptimi,ad primam philoſophiam ab interpretibus non potiús quám ad Analyticam doctrinam referri debuit: & ſi referendus authoris ipſius judicio videretur, falſum tamen id eſſet judicium: Etenim Ariſtoteles ipſe, ſua lege καθ' αὑτὸ,judicet, logica logicé: theologica (philoſophia enim illa,theologia Ariſtoteli eſt) theologica,in qua,theologicé doceantur: Cujus igitur doctrinæ (requirebat hîc P. Ramus) proprium eſt,de cauſſis, de genere,de forma,id eſt de corpore & anima definitionis præcipere? Logicę propriũ id eſſe,Ariſtotelis Analytica & Topica reſpondebunt. Quamobrem ubi corpus animaque definitionis fuerit,ecquis dubitabit etiam definitionem collocare? Quare doctrina accuraté definiendi,eſt Logicæ propria; & quidem tam propria,quám diſtribuendi, quám enunciandi,quám concludendi,quám denique diſſerendi. Habes igitur adhuc, perfectam definitionem conſtare é cauſſis naturam rei conſtituentibus: quæ ſi genere comprehendantur, & differentia ſeu forma, ſymbolis idoneis & aptis, ſuccinctior erit definitio: ſecús etiam definitio perfecta erit, ut ſi hominem definieris, quód conſtat é corpore atque anima, vitæ, ſenſus, rationis compote: ex cauſſis eiſdem definieris. Itaque (ut eſt 2.cap.7. Metaph.) Archytas meritó probabat eas definitiones, quæ rei materiam formamque complecterentur.

Grammatica] Hæc definitio etiam cauſſas continet: Nam artis nomine, intelligitur compoſitio dogmatum ad utilem vitæ finem tendentium. quæ materia eſt & pars aliqua formæ: tum bene loquendi, reliquam & propriam Grammaticæ formam, quinetiam formæ conjunctum finem continet. & ſic in reliquis artium definitionibus accuratiús invenietur.

CAP.

CAP. 31. De Deſcriptione.

″DEſcriptio eſt definitio ex aliis etiam argumentis rem definiens: ″ut, Homo eſt animal mortale, capax diſciplinæ. Hic cum aliqua cauſſa miſcetur communis itemque propria circumſtantia. Atque hæc ″ſuccincta brevitas, non eſt in hac ſpecie perpetua, ſed ſæpe illuſtriorem & magnificentiorem explicationem deſiderat. Sic ″gloria deſcribitur in Miloniana: Sed tamen « ex omnibus præmiis virtutis, ſi eſſet habenda ra- « tio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium, « gloriam: hanc unam, quæ brevitatem vitæ po- « ſteritatis memoria conſolaretur: quæ efficeret, « ut abſentes adeſſemus, mortui viveremus: hanc « denique eſſe, cujus gradibus etiam homines in « cælum videantur aſcendere. Sic 4. Æneid. Fama « deſcribitur:

″Extempló Libyæ magnas it fama per urbes:
Fama, malum, quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo:
Parva metu primó, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens, ira irritata deorum,
Extremā (ut perhibent) Cœo Enceladoq́; ſororē
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Mōſtrū horrēdū, ingēs: cui quot ſunt corpore plu-
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu) (mæ,
Tot linguæ, totidē ora ſonant, tot ſubrigit aures:
Nocte volat cæli medio, terraque per umbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno:
Luce ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti,

Turribus aut altis, & magnas territat urbes:
Tam ficti pravique tenax, quám nuntia veri.

Tales ſunt deſcriptiones "plantarum, "animalium in Phyſicis: item "fluminum, "montium, "urbium in Geographis & Hiſtoricis.

Deſcriptio] Hæc altera ſpecies eſt definitionis, cui Ariſtoteles quintum topicum attribuit: appellat autem pro-
» prium, & ita definit 4. cap. 1. Topici: Proprium autem eſt,
» quod non declarat quidem quid erat eſſe: ſoli veró ineſt, & viciſſim attribuitur rei: ut Grammaticæ capax. Híc videtur Ariſtoteles categorema ſimplex & unius vocis definire: At exemplum contrá, Grammaticæ capax, oratio eſt. & toto quinto libro declaratur apertiús, proprii nomine intelligi deſcriptionem. & 3. cap. 7. Topici, id etiam nominatim exprimitur: Nam ut plurimum, in complexione proprium aſſignatur. Deſcriptio Porphyrio dicitur ὑπογραφὴ, Rhetoribus periphraſis: Ciceroni in Topicis, παραγραφὴ: Platoni in Theæteto, σκιαγράφημα videtur appellari. Deſcriptio autem differt magis á perfecta definitione, licentia quadam & libertate, quám argumentorum primorum genere: tanquam deſcriptio, ſit definitio, quæ non explicat quid ſit, ex ſolis cauſſis rem conſtituentibus, ſed vel ex aliis tantúm, vel ſimul quibuſdam & cauſſis, & non cauſſis.

Ut homo eſt] Exemplum eſt Ariſtotelis 1. cap. 5. Topici, ζῶον θνητὸν, ἐπιστήμης δεκτικόν. ubi comprehenditur in genere, animal: item circumſtantiæ duæ, altera communis, Mortale, altera propria, Capax diſciplinæ. Deſcriptiones brevitatis paris ſunt illæ: Horatius in epiſt.

Ira furor brevis eſt.——

Juppiter ita definitur Poëtis:

——*Divum pater atque hominum rex.*

» 2. Philip. Pax eſt tranquilla libertas. 2. Amor.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago?

Succincta brevitas] Præceptum jam olim á Rhetoribus commendatum, ſed ab Ariſtotele meritó deriſum 16. cap. 3. Rhetorici: ut ſi quis piſtori interroganti, durumne an molle pinſeret: quid? reſpondeat aliquis, ἀδύνατον καὶ

ὁ ταῦτα

ὡσαῦτα ὁμοίως, an impoſſibile eſt & híc cõvenienter agere? neque enim vel longum, vel breve, híc eſt τὸ εὖ, ipſum bene: ἀλλὰ τὸ μετρίως, ſed quod apté & congruenter agitur. & id eſt quod prædixeram, brevitatem ab Ariſtotele irriſam eſſe: Sed enim Rhetores imitati philoſophum, hoc idem valde dilatarunt: Sic Tullius Oratorio ſecundo ait, in civilibus cauſſis ſuccinctam brevitatem perquám puerilem ſibi videri: Alia eſt enim, ait, cúm inter doctos homines de iis ipſis rebus, quæ verſantur in artibus, diſputatur, verborum definitio: ut cúm quæritur, quid ſit ars, quid ſit lex, quid ſit civitas. alia eſt rerum civilium inter homines plerunq; ineruditos explicatio: etenim definitio primúm reprehenſo verbo uno, aut addito, aut dempto, ſæpe extorquetur é manibus: deinde genere ipſo, doctrinam redolet exercitationemque pené puerilem: tum & in ſenſum, & in mentem judicis intrare non poteſt: anté enim præterlabitur, quám percepta eſt. In quibus eſt animadvertenda differentia & diſſimilis uſus duarum definitionum, quód accurata definitione ſit utendum in artibus, & cum doctis hominibus: in vulgus autem & imperitorũ ſenſus, deſcriptiones aptiores eſſe. Quin eodem in libro Tullius idem iterum apertiús nomine narrationis: Narrare veró, ait, rẽ quód breviter jubent (ſi brevitas appellanda eſt, cúm verbum nullum redundet) brevis eſt L. Craſſi oratio: ſi tum eſt brevitas, cúm tantum verborum eſt, quantum neceſſe eſt: aliquando id opus eſt, ſed ſæpe obeſt vel maximé in narrando: nõ ſolúm quód obſcuritatem affert, ſed etiam, quód eam virtutẽ quæ narrationis eſt maxima, ut jucunda, & ad perſuadendum accommodata ſit, tollit videlicet illa. Hæc Tullius de ridiculo brevitatis præcepto. Quintilianus idem ſequutus eſt 3. cap. 7. lib. Agenti veró, ait, quæ tanta eſt hujus præciſæ comprehenſionis neceſſitas? an ſi non dixero, Homo eſt animal rationale, mortale: non potero expoſitis tot corporis animique proprietatibus, latiús oratione ducta, vel á diis eũ, vel á mutis diſcernere? Quamobrem ex his & philoſophorum & rhetorum teſtimoniis intelligimus, quód nõ ſit omnis definitionis propria brevitas: imó quám ridiculum ſit in definitionis doctrina, præceptum brevitatis. Conſtet igitur Ariſtotelis illud, τὸ

εὖ καὶ μετρίως, in accurata definitione ſuis finibus, cauſſarum nempe rem conſtituentium, genere formaque definitum. ut jam præcipere vanum ſit, longum an breve: quia quantum eſſe debeat, ſic ita definitum. Cúm præſcripſeris lineam bipedalem, fruſtra ſit dicere, ut ſit brevis, non longa: nam quantum opus eſt, tantum eſt declaratum.

Gloria] Locus eſt in peroratione Milonianæ defenſionis, ubi Milo de ſe magnificé loquitur, & viros fortes contentos eſſe conſcientia recté factorum: ſe fortem eſſe. tum additur hæc correctio: Sed tamen, &c. quæ ipſa probatur gloriæ deſcriptione. Hoc enim exemplum etiam ſyllogiſticum eſt: quomodo per definitionẽ concludi quidlibet poſſit. imó (ut antea jam ex Ariſtotele dictum) optimé & clariſſimé poſſit.

Extempló] Dido regina Carthaginis, fingitur á poëta occaſione venationis & interea ortæ tempeſtatis, in antrũ cum Ænea deſcendiſſe, & amoribus indulſiſſe: quod fama protinus per univerſam Africam divulgatũ ſit. Ergo hinc famæ deſcriptio oritur: primó ex genere, malum: tum ex minoribus, quód nullum velocius: tum ex adjunctis, effectis, parva, magna, ingreditur, condit: deinde ex efficiente cauſſa, matre terra. rurſus ex adjunctis, velocitate, pernicitate: iterum ex aliis adjunctis, monſtrum horrendũ. tum é partibus, oculis, linguis, auribus, ſed pariũ forma expoſitis: rurſus ex effectis nocturnis, diurnis: denique rurſus é paribus: tam variis argumentis fama deſcribitur á poëta, ut non excellentiús coloribus & penicillo Apellis pingi potuerit.

Plantarum] De quibus libri á Phyſicis deſcripti, in omni genere herbarum, arborumque. ita malus medica deſcribitur 2. Georg.

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali: quo non præſentius ullum,
(Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ,
Miſcueruntque herbas, & non innoxia verba)
Auxilium venit, ac membris agit atra venena:
Ipſa ingens arbos: faciemque ſimillima lauro:
Et ſi non alium late jactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis:

Flos

Flos apprima tenax: animas & olentia Medi
Ora fovent illo, & ſenibus medicantur anhelis.

Hæc deſcriptio ex effectis, quód fructus hujus arboris abigit venena: tum é ſimilibus adjunctis foliorum & florum: iterumque ex effectis, quód anhelitum adjuvet.

Animalium] De quibus Ariſtotelis, Oppiani, Plinii, tamque multorum Phyſicorum libri: & generatim de avibus, piſcibus, feris. quorum omnium etiam imagines pinguntur.

Fluminum] Sic Rhenus, Rhodanus, Padus, Danubius in Europa: Nilus in Africa: Euphrates, Tigris, Ganges, Indus in Aſia, deſcribuntur.

Montium] Sic Alpes, Olympus in Europa: Atlas in Africa: Taurus & Caucaſus in Aſia: denique geographia mundi terreni his definitionibus declaratur.

Urbium] Talis eſt Syracuſarum deſcriptio ſexta Verri- «
na: Urbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum urbium, «
pulcherrimamque omnium, ſæpe audiſtis. eſt (judices) ita «
ut dicitur: nam & ſitu eſt communito, tum ex omni adi- «
tu, vel terra, vel mari præclaro ad aſpectum: & portus ha- «
bet propé in ædificatione aſpectuque urbis incluſos: qui «
cúm diverſos inter ſe aditus habeant, in exitu conjungun- «
tur & confluunt. & deinde tota illa ampliſſima deſcriptio «
per quatuor partes urbis, Inſulam, Acradinam, Tychen, «
Neapolin. Sed hactenus, de definiendi doctrina, quæ «
poſtremum in ordine artificialium argumẽtorum locum obtinuit, quia definitio poteſt ex omnibus illis antecedentibus argumentis inſtitui: Nec ſequitur, ſi in uſu argumentorum & in diſſerendo ſit incipiendum á definitione, ut ideo doctrina inveniendæ definitionis, reliquorum argumentorum inveniendorum doctrinam præcedere debeat. hoc argumentum in methodo nullum ſit: ſed doctrina ea præcedere debet, quæ magis ſit communis, & quæ ſine conſequentium doctrina poſſit intelligi: At doctrina illa inveniendi, cauſſas & antecedentia cætera, poteſt intelligi ſine iſta doctrina definitionis, non contrá, cúm definitio ex illis componatur.

CAP. 32. De Teſtimonio divino.

EXpoſito artificiali argumento, ſequitur inartificiale. Argumentum inartificiale eſt, quod non ſua natura, ſed aſſumpta artificialis alicujus argumenti vi arguit: Itaque cúm exquiſita rerum veritas ſubtiliús exquiritur, perexiguam vim probationis habet. In civilibus autem & humanis rebus plerunq; hoc argumentum fidem é moribus teſtis arguentis efficit, ſi prudentia, virtus, & benevolentia adfuerint. id uno nomine teſtimonium dicitur: eſtque divinum vel humanum. In divinis teſtimoniis numerantur non ſolúm deorum oracula, ſed etiam prodigia, reſponſa vatum & fatidicorum: quæ omnia 3. Catil. adhibentur: Nam „ ut illa omittam (ait orator) viſas nocturno tem- „ pore ab occidente faces, ardoremq; cæli, ut ful- „ minum jactus, ut terræmotus, cæteraque quę ita „ multa nobis Conſulibus facta ſunt, ut hæc quæ „ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur. „ deinde pauló póſt: Quo quidem tempore, cúm „ Aruſpices ex tota Hetruria conveniſſent, cædes „ atque incendia, & legum interitum, & bellum „ civile ac domeſticum, & totius urbis ac imperii „ occaſum appropinquare dixerunt, niſi dii im- „ mortales, omni ratione placati, ſuo numine pro- „ pé fata ipſa flexiſſent. Tandem cúm dixiſſet, ut ex Aruſpicum reſponſis ludi facti, & Jovis ſignũ majus factum, converſumque ad Orientẽ, tum „ ait: Illud veró nónne ita pręſens eſt, ut nutu Jovis „ optimi maximi factum eſſe videatur? ut cúm hodier-

hodierno mane per forum meo juſſu, & conjurati & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipſo tempore ſignum ſtatueretur: quo collocato, atque ad vos Senatumque converſo, omnia & Senatus, & vos, quę erant contra ſalutem omnium, cogitata, illuſtrata & patefacta vidiſtis. Brevius eſt illud Tibulli.

Quòd ſi vera canunt ſacris oracula templis:
Hæc illi noſtro nomine dicta refer.
Hoc tibi conjugium promittit Delius ipſe,
Felix: ac alium deſine velle virum.

Expoſito] Categoriæ novem artificialium argumentorum in cauſſis & effectis, in ſubjectis & adjunctis, in diſſentaneis & comparatis, in nomine, in diſtributione, in definitione, ſunt adhuc ex veterum authorum, præcipué Ariſtotelis theſauris depromptæ, μεθοδικώτερον expoſitæ, exemplis denique excellentium authorum demonſtratæ & illuſtratæ: Decima ſupereſt, in teſtimonio: cujus in tota Ariſtotelis bibliotheca rariorem materiam P. Ramus habuit: quater tantúm in Topicis utcunq; hoc argumentum citatum eſt: in Rhetoricis veró, copioſiús eſt propoſitum: unde ſequentia feré collecta ſunt. Atque híc nullum fortaſſe genus argumenti Logicum & commune entium & non entium videatur, quia teſtimonium tantúm Dei poſſit eſſe & hominis: quæ antea P. Ramo conjectura quædam fuit de fine, vtrúm logica cauſſarum ſpecies eſſet. at híc ſecus videatur: quamvis enim teſtimonium Dei tantúm ſit & hominis, attamen de quolibet & ente & non ente, teſtimonium eſſe poteſt.

Inartificiale] Hæc definitio pauló ſecus inſtituitur ab Ariſtotele 2. cap. I. Rhetor. Inartificialia autem dico, quæ non comparata ſunt á nobis, ſed anté extiterunt. Verúm (ut initio jam patuit, cúm de artificialis argumenti definitione dictum eſt) hæc definitio ex foro nata eſt, ubi plerunque teſtimonia afferuntur á litigatore ad oratorem: & topicum præceptum de teſtimoniis inveniendis, valde ri-

diculum eſſet, ſi artem traderet rei inveniendæ, quę ab artifice ipſo inveniri nō poſſet. In Rhetorico ad Alexandrum paulò ſecus eadem definitio inſtituitur. Atque hæc argumenta, dicuntur πίστεις ἐπίθετοι τοῖς λεγομένοις καὶ πραττομένοις, probationes adjunctæ iis quæ dicuntur & fiunt. Cicero Oratorio ſecundo, foris aſſumpta hæc argumenta appellat; quæ non ſua vi, ſed extranea ſublevantur: ut hæc, Hoc verum eſt: dixit enim Qu. Luctatius. Hoc falſum eſt: habita enim quæſtio eſt. Hoc ſequi neceſſe eſt: recito enim tabulas. Sic in Partitionibus dicit modò aſſumpta, modò ſine arte, modò remota: in Topicis has probationes ἀτέχνους, artis expertes, item aſſumpta nominat. Quintiliani locus jam antè propoſitus eſt, ut ab Ariſtotele traditam partitionem artificialium & inartificialium, conſenſu ferè omnium comprobatam diceret: Sed & elenchus ille item patuit, generalem doctrinam, omnis entis & non entis communē ſpecialiter explicans, teſtimoniaque ad uſum forenſem referens. Sed καθόλου πρῶτον, hujus elenchi remedium ſuppeditabit; dicetque, generalem, argumenti logici categoriam, generaliter explicandam eſſe. Quare P. Ramus ut Ariſtoteleam illam ſapientiæ legem ſequeretur, inartificiale argumentum definit, quod ex ſeſe artis hujus, id eſt probationis & fidei nihil habeat, nihilque ſua natura arguat: denique ſit ἄτεχνον, inartificiale & expers artis: ut etymologia nempe nominis, & privatione artificialis argumenti, vis ejus intelligitur; argumentum quidem arguens & declarans aliquid, ſed vi artificialium adjunctorum: Etenim ut definitionis hujus veritas clarior & planior fieret, memini quæ tum in categoriæ hujus expoſitione P. Ramus à Platone & Ariſtotele repeteret: Plato contra teſtimoniorum inertiam ſæpe diſſeruit, ſed præcipuè in Protagora & Gorgia. Socrates Protagoram ridet à re propoſita ad quæſtionem de poëtis digreſſum, quos citat ut » locupletiſſimos teſtes: Videtur enim mihi, ait, diſputatio » de rebus poëticis, perſimiles eſſe conviviis imperitorum » plebejorumque hominum, qui cùm propter inſcitiam, » nequeant invicem propria voce ſuiſque ſermonibus ipſi » colloqui, mercede exhibita, tibicines introducunt, & aliena

aliena voce, id eſt tibiarum flatu, convivium tranſigunt: «
ubi autem boni præclarique & eruditi viri conveniunt, «
neque tibicines, neque ſaltatrices, neque cantatrices ul- «
las videas, ſed voce propria, remotis iis nugis jocíſque, «
convivium celebrare, & alternis interrogationibus re- «
ſponſionibuſque modeſté diſſerere, etiam ſi vinum abun- «
dé bibant. Eodem modo ad diſputationes hujuſmodi ſi «
viri conveniunt tales, quales eſſe noſtrum plurimi præ- «
dicant: haudquaquam aliena voce opus eſt, neque poë- «
tarum, quos percontari de his quæ ſcribunt, non datur: «
& qui eorum teſtimonia in medium afferunt, alii hoc, «
alii aliud, poëtam dicunt ſentire: neque tamen convin- «
cere rem poſſunt, de qua diſſerunt, aut expedire. Tales «
ergo confabulationes viri ſapientes mittunt, ipſique in- «
ter ſe colloquuntur, viciſſimque ingenii periculum fa- «
ciunt. Diſputatores autem hujuſmodi, ut arbitror, ego «
& tu nunc imitari debemus: & poëtis poſthabitis, no- «
ſtris rationibus rem ipſam diſcutere, facereque tam in- «
genii noſtri, quám veritatis periculum. Hic primus eſt «
Platonis locus, de veritate rerum ex his artificialibus,
argumentis exquirenda, deque teſtimoniorum tenuiſ-
ſima fide. Atque hic in Protagora, Platonis locus eſt.
Secundus locus eſt in Gorgia: cúm Polus juvenis de
beata vita diſputans, authoritate teſtium maximé ni-
teretur; Socrates eum admonet, veritatem in diſpu-
tando, non ex teſte aliquo, ſed ex argumento eſſe pon-
derandam: ut eã diſputandi ratio ſit optima, cúm uni-
cus in cauſſa adverſarius ratione convictus fuerit: At «
ego unus (ait) tibi non aſſentior: non enim me ratio- «
nibus cogis, ſed falſis teſtibus contra me productis, ex «
ipſa veritatis ſubſtantia dejicere me moliris: Ergo veró «
niſi te ipſum teſtem unum adduxero mihi aſſentientem, «
nihil exiſtimatione dignum in his, quæ tractamus, per- «
feciſſe me arbitror: Nihil etiam te profecturum puto, niſi «
ego unus ſoluſque tibi conſentiam: tum omiſſa aliorum «
teſtium multitudine, id ipſum efficias. Eſt igitur unus, «
ut dixi, iſte arguendi modus, quemadmodum tu aliique «
multi putatis: Eſt & alter, quem ego puto: Eos igitur invi- «
cem comparantes, utrúm & quo pacto inter ſe diſcrepent, «

» diligenter conſideremus. Ergo hæc Plato, qui idem repe-
» tit in Charmide & Critone. Quidnam refert (inquit Char-
» mides) ô Socrates, ex quo audiverim? Nihil (inquam) pro-
» fectó: Neque enim id conſiderandum eſt, quis dixerit: ſed
» utrúm veré dicatur, necne. Probé nunc loqueris, inquit.
» Recté, per Jovem, inquam. Simile eſt illud Socratis in
» Critone: Conſiderandum eſt igitur, agendane hæc nobis
» ſint, an non: Nam ego is ſum, nō modó nunc, ſed & ſem-
» per, qui meorum nulli paream, præterquam rationi, quæ
» ratiocinanti mihi optima videatur. In hūc igitur modum
Plato contra teſtimonia, tot locis diſſeruit. quod Ariſto-
teles 8. cap. 1. de Interpretatione breviter & ſuccincté repe-
» tivit: Neque enim quia affirmatum ſit aut negatum, ideo
» erit aut non erit. Neque omnino philoſophus unquam ul-
» lus tam videtur id propoſitum habuiſſe, quám Ariſtoteles
unus, qui contra omnes omnium hominum authorita-
tes liberrimé & ſenſerit & ſcripſerit; cuíque amicus Socra-
tes, amicus Plato, magis tamē amica veritas fuerit. Idem
» á Cicerone 1. de Nat. feré propoſitum eſt. Non enim (ait)
» tam authores in diſputando, quám rationis momenta
» quærenda ſunt. Quare definitio illa argumenti inarti-
ficialis hinc repetita eſt P. Ramo, quód hoc argumen-
tum ex ſeſe nihil poſſet, & quod poſſit, adjuncta artificia-
lium argumentorum fide poſſit. poteſtas tamen hæc ad-
ventitia, immenſa eſt per omnem hominis vitam: Nam
ſi de capite, fama, fortuniſque omnibus (quæ maxima
& ſola bona pleriſque exiſtimantur) contenditur, non
aliis feré argumentis controverſia facti tranſigitur. Quid
igitur? inquies: argumentum inartificiale nihil probat,
& tamen idem probat omnia? Equidem diſtinctio-
nem unam certam animadverto; ut in artium expli-
catione & accurata demonſtratione, his argumentis
locus nullus ſit: Sic in mathematicis elementis (quæ
veriſſimæ diſciplinæ putantur) inſtituendis, authoritas
prorſus nulla eſt, neque Pythagoræ, neque Hippocratis,
neque Leontis, neque Hermotimi, neque Euclidis, á qui-
bus inventa & conſtituta narrantur. At in politicis, & po-
pularibus rebus, ſi de facto quæritur, inartificialium ar-
gumentorum præcipua & ordinaria vis eſt: ſed veritatis
cauſſis

cauſſis adjutorum. quod Quintilianus lib. 5. cap.1. breviter complectitur: Sed ut ipſa per ſe, ait, carent arte, ita ſummis eloquentiæ viribus & allevanda plerumque & refellenda. Itaque & Ariſtoteles & Quintilianus hîc tantúm communes locos inſtituere confirmandorum & refellẽdorum teſtimoniorum: ſed totum foro & judiciis accommodarunt. Ariſtoteles cauſſas perſuaſionis & fidei adjunctas teſtimoniis, uno morum nomine ita complectitur 2. cap.1. Rhetorici: Mores, præcipuam fidem habent. fundamentum igitur fidei inartificialis Ariſtoteles in moribus collocavit: atq; hinc fama & exiſtimatio teſtantis. Deinde 1. cap. 2. Rhetoricî, in tria genera hãc moralẽ cauſſam diſtribuit: Sunt autem hæc, prudentia, & virtus, & benevolentia. Neceſſe igitur eſt eum, qui hæc om̃nia habere videatur, auditoribus fidei plenum videri. Hæc Ariſtoteles acuté: in his argumentis fide dignum teſtem haberi, ſi ſapiens, ſi probus, ſi amicus; unde contrarium etiam intelligimus ad refellendum teſtem adhibendum eſſe: ſi hæc omnia, vel eorum aliquid defuerit, indignum fide teſtem futurum: ſi & ſtultus, & improbus, & inimicus: vel tantúm ſi ſtultus, ſi improbus: vel etiam cúm ſapiens & probus habeatur, ſi tamen ſit inimicus. Sic idem in Philoſophia docet, hujus argumenti fidem præcipuam eſſe é moribus & conſuetudine.

Divinum] Teſtimonii logica & vera genera nulla ſunt, ut neque materiæ, neque formæ: attamen ut extremæ hujus categoriæ tantus uſus aliqua deſcriptione fieret illuſtrior, ſpecies diſtributionis á P. Ramo adhibita: primó ex efficientib. cauſſis, ſolus Deus & homo teſtari poſſunt: quæ partitio eſt in Partitionibus Ciceronis: Teſtimonium, ait, eſt divinum & humanum: Divinum, ut oracula, ut auſpicia, & vaticinationes, & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, conjectorum: humanum, quod ſpectatur ex autoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expreſſa: in quo inſunt ſcripta, pacta, promiſſa, jura, quæſita.

Vatum] Vates á fando, quaſi fates, divinator, propheta: fatidicus autem, qui fata & decreta deorum interpretatur.

3.*Catil.*] Teſtimonia divina ad gloriam detectæ conjurationis orator mirificé hic adhibuit: ſic autem propoſuit: Quanquam hæc omnia, Quirites, ita ſunt á me adminiſtrata, ut deorum immortalium nutu atque conſilio & geſta, & proviſa eſſe videantur: idque cúm conjectura cōſequi poſſumus, quod vix videtur humanis conſiliis tantam molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe: tum veró ita præſentem his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, ut deos pené oculis videre poſſemus. hæc Ciceronis generalis eſt oratio, quód deorum pené pręſentiū ope, conjuratio detecta ſit: deinde tria divinorum teſtimoniorum genera exponuntur, primúm de meteoris oſtentis: ſecundum de Aruſpicum reſponſis: tertium de Jovis ſimulacro, eo die collocato, quo conjurati ſunt compreheſi.

Quod ſi] Tibullus inſomniū exponit elegia illa, quod præcedenti nocte de Neæra ſomniaverat: utque Apollo optatum conjugium ei promiſerit, mandaritque ut amicæ hoc oraculum annuntiaretur.

CAP. 33. *De Teſtimonio humano.*

TEſtimonium humanum eſt, generale aut ſingulare: generale, ut lex & illuſtris ſententia: legis autem & non ſcriptæ & ſcriptæ teſtimonium eſt pro Milone: Eſt enim (judices) non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verúm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. & ibidem: Quód ſi duodecim tabulæ nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impuné voluerunt: quis eſt, qui quoquo modo quis interfectus ſit puniendum

putet, cúm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus? Sententiæ illuſtris ſunt″ proverbia: ut, ″Pares cum paribus facillimé congregantur.″ Spartam nactus es, hanc exorna. Sunt item dicta″ ſapientũ: ″Noſce teipſum.″ Ne quid nimis.″ Sponde, præſtó eſt detrimentum. Singulare, ut Platonis illud 1. ad Frat.″ Atque ille quidem princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum deniq; fore beatas Reſpublicas putavit, ſi aut docti & ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent. Talia ſunt in poëtis præcipua 6. Æneid.

″*Diſcite juſtitiam moniti, & ne temnite divos.*

Sic Homerico illo verſu, Megarenſes

(Αἴας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας)

cúm de Salamine contenderent, victi ſunt ab Athenienſibus. Præſentium & ″vivorum teſtimonia ſunt, non tantúm cúm quæritur de fundo aut cæde & ejuſmodi negotio aliquo, ſed etiam eſt ″obligationis, confeſſionis, jurisjurandi.″ Obligationis exemplum eſt 5. Philipp. Audebo etiam obligare fidem meam, P.C. vobis P.Q.R. (quod profecto, cúm me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimeſceremque in re maximé pepericuloſa, opinionem temeritatis) promitto, recipio, ſpondeo, P. C. Cæſarem talem ſemper fore civem, qualis hodie ſit, qualemque eum maximé velle & optare debemus.″ Pignus autem, obligatio quædam eſt, ut apud Virgil. Ecloga 3.

Vis ergo inter nos, quid poſſit uterq;, viciſſim
Experiamur? Ego hãc vitulã (ne forté recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

Confeſſio, eſt libera, vel expreſſa tormentis, quæ proprié" quæſtio dicitur. Tale fuit argumentum contra Milonem, quod á Cicerone deridetur: Age veró, quæ erat aut qualis quæſtio? heus? ubi"Ruſcio? ubi Caſca? Clodius inſidias fecit Miloni? Fecit. certa crux. Nullas fecit. ſperata libertas. huc etiam referri poteſt argumentum quo utimur, cúm affirmationis noſtræ approbationem" experientiam proponimus. 4. Verr. "Ecquis"Volcatio (ſi ſua ſponte veniſſet) unam libellam dediſſet? Veniat nunc, experiatur: tecto recipiet nemo. Terent. in Eunucho:

---*Fac" periculum in literis,*
Fac in palæſtra, fac in muſicis: quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.

Ovidius tertio de Triſtibus:

"Quod magis ut liqueat, neve hoc ego fingere credar:
Ipſe velim pœnas experiare meas.

"Jusjurandum, etiam teſtimonium eſt. quale eſt 6. Æneid.

Per ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt:
Invitus, regina, tuo de littore ceſſi.

"Reciprocatio hic obſcurior eſt: ut quia teſtatum verum ſit, teſtis ſit etiam verax.

Humanum] Teſtimonii humani quædam ſpecies hic utcunque colliguntur: primó generale, quod nulli ſingulari homini tribuitur: ut lex, ut illuſtris ſententia: hic modó tria numerantur ab Ariſtotele 8. cap. ad Alexandrum, teſtes, jusjurandum, quæſtiones: modó adduntur duo, ut

15. cap.

15.cap.1. Rhetorici, nempe lex & pactum. Quintilianus addidit præjudicia,famam,tabulas, & ſeparatim teſtes. P. Ramus legem & illuſtrem ſententiam conjunxit,quia ſæpe argumenta generalia continent multarum rerũ communia: reliqua frequentiús ſunt ſingularium teſtium.

Scripta]Sic Ariſtoteli νόμος κοινὸς ἢ ἄγραφος καὶ γεγραμμένος,lex communis aut non ſcripta & ſcripta dicitur: Politici autem legumlatores,ut legibus ſuis authoritatem & fidem majorem tribuerẽt,deos authores commenti ſunt; ut Lycurgus Apollinem,Solon Palladem,Numa Ægeriam nympham.

Eſt enim] Milo premebatur ab adverſariis, tanquam præjudicio Senatus, quaſi ſenatuſconſulto judicatum eſſet, nefas eſſe eum lucem intueri, qui á ſe hominem occiſum fateretur.Id variis argumentis refellitur á Cicerone, tum hoc in primis teſtimonio legis naturalis.præcedit veró illud: Inſidiatori & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex?Quid comitatus noſtri?quid gladii volunt? quos habere certé non liceret,ſi uti illis nullo pacto liceret. Argumentatur igitur orator á lege naturali: Permiſſum eſt defendendi ſui cauſſa,latronem interficere:non igitur cædes omnis eſt nefaria.

Quódſi] Hoc item argumentum ex lege ſcripta, ad eandem quæſtionem adhibetur pauló ante, & habet comparationem majorum admiſtam teſtimonio.

Proverbia] Proverbiorum quantus uſus ſit, declarant Deſ.Eraſmi Chiliades ex hoc argumento ſolo compoſitæ. Ariſtoteles comprehendit ſub teſtimoniis, hoc modo: Item parœmiæ,ut dictum eſt,teſtimonia ſunt: ſi quis conſulit,amicum ſenem non eſſe faciendum:proverbium hoc teſtificatur,Non eſſe beneficium in ſenem collocandum. Quintilianus proverbia ſubjicit exemplis, non recté quidem, neque logicé:ſed tamen quo poſſit præſentem uſum adjuvare:Ea quoque, ait, quæ vulgó recepta ſunt, hoc ipſo quód incertum autorem habẽt,velut omnium fiunt: quale eſt,Ubi amici,ibi opes.&,Conſcientia,mille teſtes: & apud Ciceronem, Pares autem(ut eſt in vetere proverbio) cum paribus facillimé congregantur. Neque enim duraſſent hæc in æternum,niſi vera omnibus viderentur.Ci-

» cero Oratorio ſecundo hinc etiam jocum petit:In hoc ge-
» nus (ait) conjiciuntur proverbia : ut illud Scipionis: Cùm
» Aſellus omnes provincias ſtipendia merẽtem ſe peragraſ-
» ſe gloriaretur:Agas aſellum, &c.

Pares] Cato in Senectute hoc teſtimonium ſic uſurpa-
» vit:Sæpe enim interfui querelis meorum æqualiũ : Pa-
res autem cum parib. veteri proverbio, facillimè congre-
gantur.

Spartam] Hoc etiam eſt à Cicerone 4. ad Atticum de
bello civili impendente, cum Attico conſultaret, & Rem-
pub. Tullio defendendam ſuaderet Atticus. Admonet au-
tem proverbium, ut quam quiſque artem provinciamve
nactus ſit, in ea exornanda ſeſe exerceat.

» *Sapientum*] De quibus ibidem Quintilianus : Nam il-
» la ſeptem præcepta ſapientum, nonne quaſdam vitæ leges
» exiſtimamus? Sapientes autem hi, qui & quomodo tripo-
dis argumento celebrati ſint, Laërtius primo libro expo-
ſuit. Tria apophthegmata ſequentia Plato in Charmide
ait, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus in-
ſcripta eſſe, tanquã digna deo oracula: ſed primum deo tri-
buit, reliqua duo mortalibus. Plinius lib. 7. cap. 32. cuncta
» tribuit Chiloni. Rurſus mortales (ait) oraculorum ſocieta-
» tem dedere Chiloni Lacedæmonio: tria præcepta ejus Del-
» phis conſecrãdo aureis literis, quę ſunt hæc, Noſſe ſe quẽq;.
» &, Nihil nimium cupere: Comitemq; æris alieni atq; litis,
» eſſe miſeriã. Quin & funus ejus, cùm victore filio Olym-
» piæ expiraſſet gaudio, tota Græcia proſecuta eſt.

» *Noſce*] γνῶθι σεαυτόν. De hoc 1. Tuſculana ſic Tullius: Eſt
» illud quidem vel maximum, Animo ipſo animum videre.
» & nimirum hanc habere vim præceptum Apollinis, quo
» monet, ut ſe quiſq; noſcat: Non enim, credo, id præcipit,
» ut membra noſtra aut ſtaturam, figuramve noſcamus:
» Neque nos corpora ſumus: neq; ego tibi hæc dicens, cor-
» pori tuo dico, ſed animo. Quum igitur Noſce te, dicit: hoc
» dicit, Noſce animũ tuũ. nam corpꝰ quidẽ, quaſi vas eſt, aut
» aliquod animi receptaculum: Ab animo tuo quicquid a-
» gitur, id agitur à te. Hunc igitur noſſe, niſi divinum eſ-
» ſet; non eſſet hoc acrioris cujuſdam animi præceptum:
» ſic ut tributum deo ſit, hoc, Seipſum poſſe cognoſcere.

Hæc

Hæc Tullius: quibus conſimilia ad finem primi de Legibus.

Nequid] Μηδὲν ἄγαν. Laërtius Pythagoræ tribuit: Ariſtoteles 3. Rhetorico, Bianti: alii Thaleti, alii Soloni.

Sponde] ἐγγύα, πάρα δ᾽ ἄτη, Hoc Chilonis eſt, ut patuit é Plinio: quó Tullius alluſit ad Lentulum: Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. á quo tamen pauló ſecus exponitur.

Atque ille] Locus eſt Platonis in quinto de Republica: Niſi Philoſophi in civitatibus dominentur: vel hi, qui nunc reges potenteſque dicuntur, legitimé ſerióque philoſophentur: in idemque civilis potentia, & philoſophia concurrant: neque (quod nunc fit) á diverſis duobus hæc tractentur ingeniis; non erit civitati, vel (ut mea fert opinio) hominum generi requies ulla malorum: neque priús hæc Reſpublica, quam verbis expoſuimus, orietur pro viribus, & lumen ſolis aſpiciet. Syllogiſmus híc eſt ad laudem & cohortationem Quinti Fratris: Reſpublica quæ regitur á bono & ſapiente principe, eſt beata: Aſia regitur á Quinto Fratre, bono & ſapiente principe: beata igitur. interſeritur de Marco illud, quód univerſum imperium aliquando ita beatum fuerit á M. Cicerone; aſſumptio autem & concluſio ſyllogiſmi ſic eſt deinceps in illa epiſtola: Quod fortaſſe aliquando univerſæ reipublicæ noſtræ, nunc quidem profectó iſti provinciæ contigit: ut is in ea ſummam poteſtatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda, plurimum á pueritia ſtudii fuiſſet & temporis. Quare cura ut hic annus, qui ad laborem tuum acceſſit, idem ad ſalutem Aſiæ prorogatus eſſe videatur: & quoniam in te retinendo fuit Aſia felicior, quám nos in deducendo: perfice, ut lætitia provinciæ deſiderium noſtrum leniatur.

Poëtis] Poëtarum veró teſtimoniis oratores eloquentiam ſuam in primis exornarunt: Itaque Æſchines adverſus Demoſthenem in foro profitetur, á pueris poetas didiſci, ut eorum ſententiis in repub. adminiſtranda aliquando utantur. Cicero rariús poetas in civilibus cauſſis adhibuit: At ſenex in ſcholis philoſophicis multó frequentiús: de quo ſic 2. Tuſcul. cúm poetarũ verſibus multúm utere-

» tur, tum Atticus: Interea unde iſti verſus? non enim agno-
» ſco. M. Dicam Hercule: etenim rectè requiris. Videſne ab-
» undare me otio? A. Quid tum? M. Fuiſti ſæpe, credo, quum
» Athenis eſſes, in ſcholis philoſophorum. A. Veró ac liben-
» ter. M. Animadvertebas igitur (etſi tum nemo erat admo-
» dum copioſus) veruntamen verſus ab his admiſceri ora-
» tioni: ac multos quidem á Dionyſio Stoico. A. Probé dicis.
» M. Sed is quaſi dictata nullo delectu, nulla elegantia: Phi-
» lo, & proprium numerum, & electa poëmata, & locos ad-
» jungebat. Itaque poſtquam adamavi hanc quaſi ſenilem
» declamationem, ſtudioſè equidem utor noſtris poëtis: ſed
» ſicubi illi defecerunt: verti enim multa de Græcis, ne quo
» ornamento in hoc genere diſputationis careret latina o-
ratio. Hæc Cic. de poëticis teſtimoniis. unde intelligimus, eloquentiam ipſam velut eloquentiorem his argumentis
» fieri. Jam veró, ait Quintil. lib. 5. cap. 11. ſententiis poëtarũ
» non orationes modó refertæ ſunt, ſed libri etiam philoſo-
» phorum: qui quamquam inferiora omnia præceptis ſuis
» ac literis credunt, repetere tamen authoritatem á pluri-
» mis verſibus non faſtidierunt.

Diſcite] Phlegyæ vox eſt, cruciati apud inferos, propterea quód incendiſſet Apollinis templum.

—Phlegyaſq; miſerrimus, omnes
Admonet, & magna teſtatur voce per umbras,
Diſcite, &c.

Homerico] Ariſtoteles 15. cap. 1. Rhetorici: ἀθηναῖοι ὁ-
» μήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ σαλαμῖνος: Athenienſes Ho-
mero teſte uſi ſunt de Salamine: quod & Quintilianus re-
» petit apertiús lib. 5. cap. 11. Neque eſt ignobile exemplum,
» Megareos ab Athenienſibus, cúm de Salamine contende-
» rent, victos Homeri verſu: qui tamen ipſe non in omni e-
» ditione repetitur; ſignificans: Ajacem naves ſuas Atheni-
» enſibus junxiſſe. hæc Quintil. Laërtius in vita Solonis, addit ampliús, Solonem tum in illa contentione, non ſolúm uſum illo Homeri verſu; ſed etiã effoſſa in Salamine cadavera demonſtraſſe, ad Orientem converſa; qui mos eſſet Athenienſium.

Virorum] Hæc teſtimonia, quotidiana fiunt in foro; & ſola vulgó teſtimonia vocantur; & tanti ſunt in contro-

verſiis

verſiis forenſibus,ut,vulgó, teſtium probatio, anima litis appelletur.

Obligationis] συνθήκη, pactum illud dicitur Ariſtoteli in his teſtimoniis inartificialibus: in hoc autem exemplo valde illius apophthegmatis(Sponde,propé eſt detrimentum) veritas inſignis fuit: hinc & Ciceroni, & univerſæ Reipub.interitus accidit,cúm adoleſcentulo Octavio cõmiſſus eſſet exercitus,quo Rempub.ſubvertit.

Pignus] Pignus vulgó noſtris hominibus argumentũ ſtultorum appellatur; qui nempe artificiali argumẽto deſtituti,huc redeunt: deniq; & poëta hoc imperitis paſtoribus congruenter attribuit: Itaque cúm Damœtas Menalcam ſic irritaſſet,Menalcas pari argumento reſpondet.

—Pocula ponam

Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.

Quæſtio]Ariſtoteles 17.cap.ad Alexandrum ita definit: Quæſtio autem, eſt confeſſio conſcii quidem , ſed coacti.

Ruſcio] Milonis ſervi ad quæſtionem á Clodianis poſtulati & torti fuerant: Sed quæſtiones urgent Milonem (ait orator) quæ ſunt habitæ in atrio Libertatis. Quibuſnam de ſervis?rogas?De P.Clodii. Itaque quæſtiones illas elevat orator argumento contradictionis & inconſtãtiæ, tum minis & pollicitationibus adverſariorum , ut fidem nullam mereantur.

Experientiam] Etiam βάσανος id appellatur.

Volcatio]Initio Verrinæ quartæ, pecuniæ numerantur datæ Verri ob corrumpendum judicium:Verres negabat ſe accepiſſe:Cicero contrá diſputat,datas eſſe Volcatió miniſtro Verris,& experientiæ hujus teſtimonio argumentatur.

Periculum]Hæc actus 3.ſcena 2.Parmeno laudat Chæream,pro Eunucho deductũ ad Thaidem : ubi artes liberales enumerãtur,quib.ingenui adoleſcẽtes erudiri ſolẽt.

Quod magis] Clauſula eſt elegiæ undecimæ, ſcriptæ ad inhumanum quendam obtrectatorem,qui exulem etiam accuſabat,& inſectabatur : Itaque ut credat, quantis miſeriis prematur,deſinatque ideo maledicere, optat ei experientiam malorum ſuorum.

Jusjurandum] Jusjurandum , eſt affirmatio religioſa:

„ jusjurandum, eſt cum obteſtatione divina, indemonſtra-
„ bilis affirmatio: id eſt quæ demonſtrari non poſſit, ait ibidem Ariſtoteles: Veteres ethnici jurabant per Jovem cæteroſque deos, ut apud Virgil. Æneas, per deos ſuperos & inferos teſtatur, ſe invitum, & divino juſſu coactum, Carthagine deceſſiſſe in Italiam: quæ affirmatio Æneæ, interpoſitis diis teſtibus, jusjurandum eſt, id eſt ſancta & religioſa affirmatio.

Reciprocatio] Hæc arguendi viciſſitudo, in tribus tantùm argumentis non exprimitur: In definitione enim eſt obſcura, ut é definito definitio arguatur: obſcurior in notatione, ut nomine: ſed obſcuriſſima in teſtamento, ut ipſum re teſtata diſputetur.

HACTENUS igitur prima pars Dialecticæ á P. Ramo nobis ita propoſita eſt, ut meminiſſe debeamus, argumẽtorum & rationum Logicam eſſe propoſitam; ideoque argumentis & rationibus perpetuó, non autem rebus ſubjectis ſemper ita diſtinctam, quin eadem res eſſe poſſit cauſſa & effectus, ſubjectum & adjunctũ, & cętera omnia: Ut homo efficitur ex ſuis cauſſis, & alia etiam efficit: ſubjectum eſt multorum adjunctorum, & adjunctum etiam cujuſdam ſubjecti, ut terræ: pluribus opponi & comparari omni modo poteſt. Hujus item hoc ipſum eſt nomen, & humanitatis atque humani conjugatum: totum eſt ſuarum partium, & pars alicujus totius, ut mundi: genus eſt Platonis & Ciceronis: ſpecies etiam animalis; definitum & teſtatum eſſe poteſt, ut ipſius & definitio & teſtimonium. Imó idem argumentum in eadem quæſtione variis modis accipi poteſt. Rullus opprimit populum: non eſt igitur popularis; effectum eſt Rulli: eſt etiam oppoſitum popularis: ut etiam ex parte conjugatum: Attamen ratio & definitio cujuſque argumenti diverſa. Itaque locis his, eaq; ratione diſtinctis, omnes vias cujuſq; argumenti inveniendi propoſitas habemus. Una inventionis doctrina á Rhetoribus præcipué repetita contra legem καθόλου πρῶτον, & mille modis per varias quæſtiones iterata. primó loci iidem illi cauſſarũ, factorum, & reliquorum, ad forenſes controverſias de ambiguo, de ſcripto & ſententia, de contrariis legibus, ſunt accommodati: deinde ad quæſtio-
nes

nes conjecturę, definitionis, qualitatis, traducti ſunt: cúm genera facta ſunt alia demonſtrationis in laudando, vituperando: deliberationis in ſuadēdo, diſſuadendo: tandem partibus inventionis eadem inventio ſervire cœpit. deniq; his omnibus retentis artibus, facta eſt illa generalis & univerſalis argumentorum deſcriptio. At Deum immortalem! quám laborioſé & ſolicité in Quintilianū & Cic. imó quám evidenter & perſpicué, tautologia iſta infinita á P. Ramo diſputata eſt! nō eſſe doctrinam topicam aliam de partibus orationis, aliam de generibus quæſtionum, aliā de ſtatibus cauſſarum; ſed unam & eandem ſæpius iteratam atque obſcuratam. Deniq; quæ doctrina ab Ariſtotele in Organo contra leges Ariſtotelis ſcripta reſcriptaq; eſt, eandem millies á Rhetoribus non diſſectam generibus, & partibus novis explicatam, ſed eandem prorſus mutatis quibuſdam verbis & exemplis, odioſiſſima & importuniſſima tautologia poſitam & repoſitam. Quamobrem fortiter ad extremum P. Ramus pro regia ſuſceptæ profeſſionis vigilia cuſtodiaque, leges illas ſanctas & ſacras & á ſe pro Logicæ ſalute & dignitate juratas tuebatur; concludebatq;, infinitas inventionis artes pro una generali & univerſali, non eſſe catholicas; ideoque tollendas.

P. RAMI DIALECTICÆ LIBRI PRIMI FINIS.

P. RAMI DIALECTICÆ LIBER SECVNDVS DE JUDICIO.

CAP. I. Quid Judicium.

ADhuc prima Dialecticæ artis pars fuit in Invẽtione: pars altera ſequitur in Judicio. Judiciũ eſt pars Logicæ de diſponendis argumentis ad bene judicandum:"Certa enim diſpoſitionis regula unumquodque judicatur: unde hæc pars Logicæ & judiciũ & diſpoſitio "pro eodẽ dicitur.

Adhuc]Primæ partis explicatio, P. Rami diligentiam in obſervãdis legibus Ariſtotelis explicavit;cúm tam multa ab eo tamque varia in quatuor & quadraginta Ariſtoteleis voluminibus præcepta de argumentis ſubducta,comparata,reformata ſint: Materies in hac judicãdi parte minor erit.Sex enim tantúm libris in Ariſtotelis bibliotheca Judicium logicum comprehenditur,duobus de Interpretatione,quatuor Analyticis: quorũ pars etiam magna abducta eſt locis argumentorũ,de quibus ſuperiore libro actum eſt. Quare adverſus tautologias,quales in locis inventionis innumerabiles fuerunt, certamẽ P. Ramo nullum admodum hic fuit:adverſus tamẽ obſcuritatem, certamen longé graviſſimũ fuit. Definitur igitur primó judiciũ,pars Dialecticæ de diſponendis argumẽtis ad bene judicandũ.Definita eſt antea inventio, pars Dialecticæ de inveniendis argumentis;& nunc analogia ſervatur, judicium eſt pars Dialecticæ de diſponendis argumentis. ſed additur

additur (ad bene judicandum) qui finis eſt diſpoſitionis logicæ.

Certa] Tota judicii doctrina etiam in ſex illis Ariſtotelis libris, ſi ſpectetur é re ipſa, diſpoſitio eſt: ἑρμηνεία, eſt diſpoſitio argumenti cum argumẽto: analyſis prior in componendo ſyllogiſmo, eſt diſpoſitio tertii argumenti cum duobus argumentis dubii enuntiati: methodus, eſt diſpoſitio complurium & variorum vel enuntiatorum, vel ſyllogiſmorum. Itaque judicii doctrina eſt diſponendi argumenti doctrina; ut inventionis doctrina, fuit inveniendi argumenti doctrina. Id P. Ramus hanc judicii definitionẽ explicans, é rebus ipſis diſſerebat, non é teſtimoniis hominum; quæ nulla admodum iſto loco ajebat eſſe: quinetiam rurſus é rebus ipſis concludebat, judicii doctrinam neque Quintiliano, neq; Ciceroni, neq; etiam ipſi Ariſtoteli (quamvis ipſis natura & uſus minimé defuiſſent) ſatis explicatam fuiſſe. De Quintiliano res apertior eſt libri 3. cap. 3. cúm dixiſſet de Rhetoricę partibus, inventione, diſpoſitione, elocutione, memoria, actione: His adjecerunt (ait) quidam ſextam partem, ita ut inventioni judiciũ ſubnecterent; quia primum eſſet invenire, deinde judicare. « Ego porró ne inveniſſe quidem credo eum, qui non judicavit. Hic rhetor non obſcuré loquitur, judicandi artem, diſpoſitionis artẽ minimé ſibi videri. ſed apertiſſimé libri 6. cap. 6. idem repetit, cúm de locis inventionis dixiſſet: His (ait) pro noſtra facultate tractatis, nõ dubitaſſem tranſire « protinus ad diſpoſitionem, quæ ordine ipſo ſequitur: niſi « vererer ne (quoniã fuerint, qui judiciũ inventioni ſubjun- « gerent) præteriiſſe hunc locũ quibuſdam viderer: qui mea « quidem opinione, adeó partibus operis hujus omnibus « connexus ac miſtus eſt, ut ne á ſententiis quidem, aut ver- « bis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari: nec magis arte traditur, « quã guſtus aut odor. Ideoq; nos quid in quaq; re ſequendũ « cavendumq; ſit, docebimus, ut ad ea judicium dirigatur. « Hæc Quintiliani verba, manifeſtã hominis ſententiam de nulla judicii doctrina clariſſimé demonſtrant. Tota veró diſpoſitionis doctrina, quæ ab illo traditur, nullam vel enuntiati, vel ſyllogiſmi doctrinam continet: tãtúm quiddam de methodo partium orationis continet. Neq; veró

Ciceronis alia ſapientia hîc videtur fuiſſe, qui in Oratorio ſecundo, in Oratore perfecto, in Partitionibus, poſt expoſitos inventionis locos, quædam de judicio & delectu argumentorum, antequam ad diſpoſitionis doctrinam accedat, interpretatur: neque omnino intelligit, judicii doctrinam diſpoſitione fieri. Quinetiam in Topicis, cùm Stoïcam de ſyllogiſmis doctrinam cum argumentorum locis complectitur, nõ arbitratur interea ſe judicii vel diſpoſitionis ullam doctrinam complecti. Ergo Rhetores hi, nullam judicii doctrinam in diſpoſitione verſari arbitrantur. Ariſtotelis ſenſus videtur idem eſſe in Organo: ſiquidem doctrina judicii, prima de enuntiato, ſecunda de ſyllogiſmo, tertia de methodo, variis diſpoſitionis generibus explicatur: judicii nomen aperté nunquam á philoſopho & manifeſté proponitur. atq; in Rhetoricis libris prorſus ſimilis eſt illorum Rhetorum: neque diſpoſitionis arte, ullam vel enuntiati, vel ſyllogiſmi doctrinam inſtituit, ſed tradit tantúm quandam partium orationis methodum. Quamobrem (ajebat hîc P. Ramus) ut Quintiliano, Ciceroni, Ariſtoteli etiam ipſi; judicii naturam & uſum quamlibet excellentem attribuas; doctrinam certé exploratam, & diſpoſitionis generibus diſtinctam non poſſis attribuere: ut nihil mirũ ſit, ſcholaſticis hominibus, dialectici præſertim uſus imperitis, iſtam judicii doctrinam tam novã, tamque inſolentem videri. Itaq; diligentia hîc in primis opus eſt, & ad leges Ariſtotelis initio propoſitas attentione: ut quoniam authoritas hominis deeſt, nihil niſi perſpectæ veritati & accuratæ confidatur.

Pro eodem] Judicium, pars hæc ex fine appellatur: Græcé illud eſt κρίσις, & doctrina ipſa κριτικὴ: & ſic Quintilia-
" nus 14. cap. 5. lib. declarat, cúm ait: Dialectici ſibi & inve-
" niendi & judicandi vendicant partes: quarum alteram το-
" πικὴν, alteram κριτικὴν vocant. Ariſtoteli ἀνάλυσις, eſt ipſa diſputationis jam factæ (tanquam diceres) reſolutio & exploratio. Quanquam pauló ſecus de verbo iſto Græci interpretes afferunt: quód ἀναλύειν ſit ἀποδημέντων καὶ ἀναστρεψάντων εἰς τὰ οἰκεῖα, peregrinantium & domum reverſorum. At analyſis, geometrica metaphora eſt: ſic enim Geometræ nominant quæſtionis reditum ad principia, ut ſit

at ſit inverſio, quæ contrá ex effecto opere revertatur ad prima principia: quales adhuc in Euclide, Archimede, Apollónio, P. Rami Scholæ mathematicæ adnotarunt: & Ariſtoteles 33. cap. 1. Prior. eum ſenſum demõſtravit: ubi geneſin & analyſin oppoſuit inventioni: & ſic ἀναλυτικὰ videntur eidem idem eſſe, quod κριτικὰ: & certé 3. cap. 4. libri in Philoſ. cúm judicandi imperitiam in veteribus philoſophis reprehendit, ait, δι᾽ ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι, propter imperitiam analyticorum id faciunt. tanquam ἀναλυτικὰ καὶ κριτικὰ eſſent eadem. Diſpoſitionis autem verbum ex efficientia ſumitur, quia inde judicium fiat: & variis nominibus Ariſtoteli dicitur: in Rhetoricis τάξις: in Organo ἀνάλυσις: item θέσις, διάθεσις, γένεσις, poſitio, diſpoſitio, compoſitio: θέσις in primo Analytico, capitibus 5. 6. 7. 24. cúm de medii ordine & ſitu pręcipitur: διάθεσις 12. cap. 1. Poſterior. cúm agitur de captione ſyllogiſmi propter diſpoſitionem: γένεσις autem ſyllogiſmo tribuitur 33. cap. 1. Priorum. cúm geneſis etiam enuntiatio & methodo tribui poſſit. Ergo hæc de definitione & nomine ſecundæ partis. Diſpoſitionis igitur logicæ fructus eſt judicium: ſed alius præterea memoriæ confirmandæ fructus percipitur: & omnia quæcunque de memoriæ arte præcepta ſunt, huc redeunt denique: ut uni ordinis diſpoſitioniſque beneficio debeantur. Itaque Quintilianus 2. cap. 11. lib. deriſis Rhetorum ſimulacris & imaginibus, Verúm (ait) in his quę ſcripſimus complectendis, multúm va- «
lent, & in his quæ cogitamus, continendis, propé ſola (ex- «
cepta, quæ potentiſſima eſt, exercitatione) diviſio & com- «
poſitio. Atqui, inquam, ars diviſionis & compoſitionis, in «
hanc logicæ diſpoſitionis artem tota ſuccedit. Itaque Ariſtoteli 3. cap. 13. libri Philoſ. τάξις diſpoſitio meritó inter τοῦ καλοῦ μέγιστα εἴδη pulchritudinis præſtantiſſimas ſpecies numeratur: & in eadem Philoſ. 4. cap. 1. lib. Quoniam veró «
contraria bonis ineſſe apparent in natura; neq; ſolúm diſ- «
poſitio & pulchritudo, ſed confuſio & turpitudo; & plura «
mala bonis & turpia pulchris. Quo loco contraria oppo- «
nuntur, τάξις, καλὸν, ἀγαθὸν, item ἀταξία, αἰσχρὸν, φαῦλον: ut intelligi inde laus ſecundæ partis Logicæ non exigua poſſit.

diſponere: & Ariſtoteles 8.cap.1.Poſt.veré admonuit, neq; demonſtrationem, neque ſyllogiſmum ullum eſſe ſermonis exterioris, ſed interioris rationis, λόγος ὁ ἔξω, λόγος ὁ ἔσω illic dicitur. Græcum Ariſtotelis verbum προτάσεως híc convenientius erat, & ad ſenſum logicæ diſpoſitionis aptius: & Ariſtoteli πρότασιν προτείνειν, ita dicitur, ut πρόβλημα προβάλλειν. Sed προτάσεως, vel propoſitionis verbũ, ad primam ſyllogiſmi partem explicandum proprié uſurpabitur. Evitandæ igitur ambiguitatis cauſa, P. Ramus πρότασιν híc non aſſumpſit. Alia ſunt in Organo, hujus primi judicii vocabula, ſed rariora, λῆμμα, λῆψις, ſumptũ, ſumptio: itẽ ἀξίωμα, θέσις, ὑπόθεσις, poſtulatũ, poſitio, ſuppoſitio: ἑρμήνεια, interpretatio etiam pro eodem videtur eſſe in titulo doctrinæ huic operi deſtinatæ: quanquã Ariſtoteles in illo opere id verbum nunquam uſurpavit: ἀπόφανσις, enuntiatum, ex omnibus Ariſtotelis verbis latinæ ſcholæ magis uſurparunt: quanquam de multis illis Ariſtotelis nominibus, ἀξίωμα præcipué Cicero interpretatur quinq; locis in Philoſophia: primúm in Fato: Omne «
enuntiatum, aut verum aut falſum. ibidem enuntiatio: «
Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut «
vera, aut falſa eſt. Item: Explicanda vis eſt ratioque enun- «
tiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant. at prima Tuſcu- «
lana pronuntiatum: Pronuntiatum (ſic mihi in præſentia «
occurrit, ut appellarem ἀξίωμα: utar póſt alio, ſi invenero «
melius) id ergo eſt pronuntiatum, quod verum eſt aut fal- «
ſum. & ibidem pronuntiatio: Omnis pronuntiatio, eſt ve- «
ra aut falſa. Effatum autẽ 4. Acad. dicitur. Fundamentum «
Dialecticæ eſt, quicquid enuntiatur (id autem appellatur «
ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe, aut falſum. «
Ergo Ciceronis vocabula, pro Græco ἀξιώματος verbo, quinque ſunt, Enuntiatum, Enuntiatio, Pronuntiatum, Pronuntiatio, Effatum: quæ ipſe, dum rem novam Romanis auribus explicat, in hunc logicum ſenſum innovavit: & illa veniæ præfatione (dum melius invenero) diffidentiã quandam ſignificat verbi non ſatis fideliter converſi: hæc enim verba omnia, Enuntiatum, Enuntiatio, Pronuntiatum, Pronuntiatio, Effatum, magis ſunt externi & grammatici ſermonis, quám interioris & logicæ rationis: atta-

men res ipſa perinde intelligatur; ut enuntiatio ſit, quamvis ſola mente talis diſpoſitio concipiatur. Optabat autem hîc P. Ramus, ut Tullius axiomatis verbum uſu latinitatis potiùs donaſſet, ut Grammaticæ, Logicæ, & conſimilium fecit: ut ſyllogiſmi nomen, ut methodi, ſaltem in ſcholis factum eſt: congruentius enim fuiſſet ad hoc totum axiomaticum judicii genus explicandum, quod per ſe ſuaque fide probatur. Quę etiam cauſa illi fuit, ut tandem nomen iſtud aſſumere atque uſurpare non ſit veritus. Atque hæc de primi judicii definitione & nomine. Clinomachus Thurius, πρῶτος περὶ ἀξιωμάτων συνέγραψε, primus de axiomatis conſcripſit, ait Laërtius libro ſecundo, quod ſi verũ eſt, principiũ doctrinę hujus ei philoſopho debeatur, quæ deinde trãſlata ſit ab Ariſtotele in librũ περὶ ἑρμηνείας.

Partes] Partes enuntiati vocantur feré in Organo vocabulis mathematicis, ὅροι termini. Et ſic Ariſtot. 1. cap. 1. Prior. ὅρον δὲ λέγω, εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις. Terminum autem dico, in quem reſolvitur propoſitio. ſed terminus dicitur, ἡγούμενος, ἑπόμενος, antecedens, conſequens: ut enuntiati, Homo eſt animal, homo, eſt pars antecedens: eſt animal, eſt conſequens enuntiati. Si dies eſt, lucet. antecedens eſt (Si dies eſt) conſequens (lucet.)

Enuntiati] In enuntiato duo omnino ſpectanda ſunt, quid enuntietur, & quomodo: Quid, argumentorum genera complectitur: quod in ipſa enuntiati definitione monuimus generaliter; per ſpecies ſpecialiter intelligetur in enuntiato ſimplici & compoſito. modus autem eſt, quomodo enuntiatum & negetur & judicetur. quæ duo propriam artẽ requirunt, in hoc primo judicii genere. Prima modi affectio, eſt affirmationis & negationis: ſecunda veritatis & falſitatis. Affirmatio & negatio ſumitur é partium cõpoſitione & diviſione: quæ utraq; é vinculo depẽdet: videlicet é verbo ſubſtantivo in axiomatis ſimplicibus, é cõjunctione autẽ grammatica in compoſitis: ut cúm dicis, Homo eſt animal. conſequens (animal) componitur cum antecedente (homo) ideoq; affirmatur enuntiatũ: Contrá autẽ (Homo nõ eſt animal) cõſequens idẽ dividitur ab eodẽ antecedente, & negatũ dicitur enuntiatũ. Itẽ, Si dies eſt, lucet. conſequens (lucet) componitur cum antecedente

(dies)

(dies) contrá, Non ſi dies eſt, lucet. conſequens dividitur ab antecedente,& enuntiatū negatur. Deniq; affirmatio & negatio enuntiati,nihil aliud eſt, quám partium compoſitio & diviſio : Itaque Ariſtoteli συνθεσις καὶ διαίρεσις appellantur 2.cap.1.de Interpretatione.Sed per ſpecies hęc generalis affectio pleniús intelligetur.

Contradictio] ἀντίφασις, quæ ad verbum, contradictio,pro quavis enuntiatorum oppoſitione, ſic uſurpatur decies octies ab Ariſtotele in libro de Interpretatione; ne quis miretur,á P.Ramo ſic uſurpari: neque contradictionis genus híc aliud eſt,quā fuit in ſuperiore libro: ſed ſpecies ſubjectæ rei eſt diverſa:E diſſentaněis enim attributis, diſſentaneę propoſitiones dici poſſunt,& diverſæ & diſparatæ & relatæ & adverſæ & privantes: ſic etiam contradicentes:ut Homo eſt animal,Homo eſt ſapiens,ſunt enuntiationes diverſæ.Homo eſt animal:Homo eſt arbor,ſunt diſparatæ.Ratio eſt domina voluptatis:Ratio eſt ſerva voluptatis: ſunt relatæ.Virtus eſt laudanda: Virtus eſt vituperanda: ſunt adverſæ Animal videt: Animal cæcum eſt: ſunt enuntiationes privantes.qua generali inventionis intelligentia,dici etiā poſſent contradicentes:Ignorantia eſt fugienda:Ignorantia eſt non fugienda. attamen quia non toto conſequenti affirmato negatoq;, ſed parte cōſequentis contradicitur,non appellatur contradictio enuntiationis:ſed tum demū appellatur,quando integrū conſequens affirmatur & negatur de eodem antecedente. Hæc P.Ramus ita diſſerebat,ut concluderet; enuntiationis contradictionē,ſpeciem contradictionis,vel ejus ipſius, quæ generali argumentorū Topico definiretur:quia,Eſſe fugiendum,nō eſſe fugiendū,tam contradicentia ſunt, quám fugiendum,non fugiendum: non tamen omnem contradictionem,enuntiationis contradictionem eſſe. Separatam veró contradictionis doctrinam P.Ramus ideo non fecit, quia communis affectio eſt enuntiati: Itaque quod ipſius generale eſt,cōmodiús generaliter uná cum genere ſubjecto explicatur: quæ ſpecialia ſunt, per ſpecies enuntiati ſpecialiter agētur; ut nunc,dū generaliter definitur enuntiatū,definitur generaliter affirmatio & negatio: poſtea cúm ſpecies enuntiati ſimplicis & cōpoſiti explicabuntur,

explicabitur etiam ſpecialiter,quo modo affirmentur,negentur,& quomodo etiam contradictione opponantur. Itaque hîc ſatis eſt intelligi,contradictionem eſſe affirmationem & negationem ejuſdem conſequentis de eodem antecedente.

CAP. 3. De Differentiis veri & falſi.

ENuntiatum deinde eſt verum aut falſum: Verum,"quando conſequens eſt verum de antecedente: falſum, contrà. Enuntiatũ verum eſt"contingens aut neceſſarium. "Contingens, quando conſequens de antecedente ſic verũ eſt, ut aliquando falſum eſſe poſſit,ut,

"*Audentes fortuna iuvat.*——

Fac enim id eſſe hodie verum,cras falſum eſſe poterit. Itaque veritatis hujus contingentis judicium,"opinio dicitur, quæ "præteritorum & præſentium certa eſſe poteſt, futurorum per naturam non admodum poteſt.Itaque"Martialis Priſcum meritò cavillatur:

Sæpe rogare ſoles, qualis ſim Priſce futurus
Si fiam locuples: ſimque repentè potens.
Quenquã poſſe putas mores narrare futuros?
"*Dic mihi, ſi fias tu leo, qualis eris?*

"Neceſſarium, quando conſequens ſemper verum eſt de omni antecedente: & illud affirmatum appellatur κατὰ παντὸς, "de omni. "Impoſſibile,contra quod de nullo unquam verum eſſe poteſt. Neceſſarium "homogeneũm eſt, quando partes ſunt"eſſentiales inter ſe: ut cùm forma de formato, adjunctum de proprio ſubjecto, genus de ſpecie dicitur, id appellatur

καθ' αὐ-

καθ' αὑτό. Heterogeneüm contrá. Enuntiatum
neceſſarium, homogeneüm, reciprocum eſt
quando conſequens ſemper verum eſt de an-
tecedente, non ſolúm omni & per ſe, ſed et-
iam reciprocé: ut homo eſt animal rationale:
numerus eſt par vel impar: lupus eſt natus ad u-
lulandum. Id appellatur καθόλου πρῶτον, univer-
ſaliter primum. Tres hæ ſunt leges documen-
torum artis propriorum: prima κατὰ παντὸς lex
veritatis: Secunda καθ' αὑτὸ, lex juſtitiæ: Tertia
καθόλου πρῶτον, lex ſapientiæ dicatur. Atque ejuſ-
modi enuntiatorum ita catholicorum judicium
veriſſima & prima ſcientia eſt.

Enuntiatum] Secunda communis affectio in modo
enuntiati, eſt de veritate & falſitate, penes quã Ariſtoteli 4.
cap. 1. de Interp. definitur enuntiatum, λόγος ἀποφαντικός, «
ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει, Oratio enuntia- «
tiva, in qua ineſt verum dicere aut mentiri. Sed meliús e- «
nuntiatum definietur generaliter, ut jam dictũ eſt, quám
per hanc differentiam veri aut falſi: neque ipſum verum
& falſum, qui termini ſunt tranſcendentes (ut vulgó di-
cuntur) proprié ad enuntiatum pertinent: niſi compoſitio
diviſioque vera aut falſa intelligatur.

Quando] Illud ita eſt pauló ſecus 8. cap. 1. ἑρμηνείας. ἐπεὶ «
ὁμοίως οἱ λόγοι ἀληθεῖς, ὥσπερ τὰ πράγματα. Quoniã ora- «
tiones ſimiliter veræ ſunt, ut res. & ſic in Categoriis ad finẽ «
de modis Prioris: τὸ γὰρ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἢ μὴ, ἀληθὴς ὁ λό- «
γος, ἢ ψευδὴς λέγεται. Quód enim ſit aut nõ ſit res, vera ora- «
tio aut falſa dicitur. At quoniã P. Ramus de partiũ enuntia- «
tionis, id eſt de argumentorum diſpoſitione velut á capi-
te primaque origine omnia deinde deducit, veritatem e-
nuntiati preſſiús definit é partium vera diſpoſitione, to-
túmque hoc veritatis judicium, enuntiato mirificé vindi-
cavit: ut ſolum enuntiatum verum eſſet aut falſum, ſyllo-
giſmo enim conſequentiam, vel inconſequentiam tribui:
methodo, ordinem vel confuſionem. Denique quicquid

per ſe verum falſumque judicaretur, enuntiato judicari.

Contingens aut neceſſarium] Ariſtotelis eſt in Organo
„ partitio nō ſemel propoſita. Sic 1.cap.1.Prior. διαφέρει ἡ ἀ-
„ ποδεικτικὴ πρότασις τῆς διαλεκτικῆς : differt apodictica
„ propoſitio á dialectica. quod item iteratur 2.cap.1.Poſter. Sed in utroque loco ſingularis eſt explicatio, quód apodictica ſumat alteram partē contradictionis, dialectica autē interroget: item quód apodictica definité ſumat alteram partem contradictionis, dialectica autem utramlibet: De dialectica etiam interrogatione idem dicitur 2.cap.2. de Interpretatione. At hujus commentitiæ differentiæ commentum jam patuit initio ſuperioris libri, ad Dialecticæ & definitionem & partitionem. Nam cúm ſit ars una communis bene diſſerendi de entibus & non entibus; ſive ſumas, ut Ariſtoteles in tota philoſophia ſolet; ſive more Socratis interroges; nihil in re ipſa intereſt, & totum hoc Eubulidis alicujus ineptiſſimum commentum eſt; ut patet ex Ariſtotelea logici uſus obſervatione & experientia.

Contingens] ἐνδεχόμενον id eſt Ariſtoteli in tota philoſophia, interdum etiam δυνατόν.

Audentes] Oratio eſt Turni 10. Æneid. milites ſuos exhortantis adverſus Trojanos mari adventantes.

Opinio] Ariſtoteles 26.cap.1.Poſt. hac de re ita loquitur:
ὥστε λείπεται, δόξαν εἶναι περὶ τὸ ἀληθὲς μὲν ἢ τὸ ψεῦδος:
ἐνδεχόμενον δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν. τοῦτο δέ ἐστιν ὑπόληψις τῆς
„ ἀμέσου προτάσεως, καὶ μὴ ἀναγκαίας. itaque relinquitur,
„ opinionem eſſe circa verum quidē aut falſum: quod con-
„ tingit aliter habere: id veró conjectura immediatæ pro-
„ poſitionis ac neceſſariæ. Quo loco etiam notabis, ab Ariſtotele appellari contingentem propoſitionem, immediatam, per ſe claram nempe atque manifeſtam.

Præteritorum & præſentium] Ariſtotelis ſententia eſt in lib. de Interpret. cap. de futuris cōtingentibus, enuntiationem præteritorum & præſentium jam manifeſté veram aut falſam eſſe: in futuris cōtingentibus nequaquam ſimiliter: Ariſtoteles autem ita loquitur, ut affirmet, in futuro contingenti partem neutram ἤδη ἀληθῆ ἢ ψευδῆ, jam veram aut falſam eſſe: & ſyllogiſmū hunc concludit: Si futuri

turi contingentis enunciatio jam vera eſſet aut falſa, eſſet etiam neceſſaria: ſecundum falſum: falſum igitur primũ. Enimveró (ut P. Ramus ad eum locum diligenter ſubtiliterque, totum caput illud pené ſyllabatim examinans, explicavit) conſtat fraudem valde periculoſam iſto loco rudibus fieri, ſi jam verũ ſit, aliquid protinus eſſe neceſſariũ: neceſſarium enim ex conditione philoſophus in propoſitione intelligit & interpretatur: quomodo quidlibet, quod eſt, quando eſt, ait neceſſarió eſſe, quamvis ſit revera & per ſe contingens. At philoſophus idem contra aſſumptionem diſputans, neceſſarium abſoluté capit; & eo poſito, argumentatur, deliberationes hominum conſiliaque, leges & politias, vitam deniq; totam perituram eſſe: ita homonymia verbi illaqueamur & irretimur á philoſopho: Propoſitum erat conditionale neceſſarium: removetur abſolutũ: aliud datum eſt, aliud eſt repetitum. fallacia igitur eſt connexæ enuntiationis: Si jam verum, etiam neceſſarium eſt, præceps valde, & lubrica, & magnæ impietati conjuncta: Nam ſi vero neceſſarium adjungatur, & veritas neceſſitatis cauſſa ſtatuatur, quid fiet divina præſcientia, cui jã certa & vera ſunt omnia, quæ unquam eventura ac futura ſunt? Carneades (ut eſt in Fato Ciceronis) neceſſitatem, & futuri præſcitam veritatem, conſentaneas res inter ſe maximéq; conjunctas judicabat: Ut ſi præſcitæ res omnes ſint, & jam veritas futurorum præſciretur: fatum in actionibus humanis, & in rebus univerſis neceſſitas eſſet: nec animis hominum quicquam liberum ſupereſſet. Itaque cúm aut neceſſitatem ſubeundam, aut veram futuri præſenſionem tollendam judicaret; ut damnata neceſſitate, animi libertatem retineret, divinam præſenſionem damnavit; & ut animum ſibi liberum faceret, ſacrilegum fecit, ut verbis utar D. Auguſtini: Nec enim quia præſcivit Deus, iccirco futurum eſt: ſed quia futurum eſt, præſcivit. Non quia video te, iccirco meis oculis objectus es: ſed quia objectus es, iccirco te video. Ita, non quia Deus præſcivit aliquod ſcelus futurum, iccirco id fiet: ſed quia futurum eſt, ideo præſcivit: Nec enim quamvis hominibus (quibus & præſens, & præteritum, jam verum apparet, aut jam falſum) futurum jam verum non appareat, iccirco jam verum

non eſt: nec quamvis ex cauſſa libera, quæ & utrumlibet, & cõtraria poſſit agere, aliquid eventurum ſit: ideo enunciatio, quæ futurum illud enunciat, non eſt jam neque vera, neque falſa: alioqui enunciatio non eſſet, ſi neque vera, neque falſa foret: nec veritas, neceſſitatis eſt cauſſa. Atque illud captioſè & falſò connectitur: Si jam verum eſt, eſt etiam neceſſarium: Quicquid enim fore verum eſt, Deo jam verum eſt, & verum ſemper fuit: nec iccirco tamen neceſſarium eſt. Ex cauſſis neceſſariis, futurum neceſſariũ eſt: ex liberis, liberum: ex phyſicis, phyſicum: Deniq; quales ſunt antecedentes cauſſæ, talis eventus veritas. Hæc P. Ramus é quinto Scholarum dialecticarum libro ad verbum repetebat; fructumq; Ariſtoteleæ logicæ primo Interpretationis libro difficillimæ & obſcuriſſimæ, ſummatim breviterque ſubducebat, valdeq; ſpinoſum ſophiſma perſpicuè retexebat.

Martialis] Martialis 12. libro deridet Priſci nomine, hominum curioſitatem, cupidè futuri temporis eventus exquirentium: Futurum ſciri nequit: tua quæſtio eſt de futura vita: ſciri itaque non poteſt. atq; idem argumentum eſt ex genere univerſo.

Dic mihi] Reponitur par quæſtio: ut ſunt apud paſtores Virgilianos hæc:

Dic quibus in terris.———

Ergo ridiculæ quæſtionis, ſolutio etiam ridicula eſt: Si fias leo, ſimilis eris leonum: ita ſi fiam locuples, ſimilis ero locupletum. Sic Pittacus unus é ſeptem ſapientibus, interrogatus quid eſſet obſcurum; reſpondit, futurorum eventus; ut Laërtius ſcribit primo libro.

Neceſſarium] Neceſſarium definitur duabus proprietatibus, quando conſequens verum eſt de antecedente nõ ſolúm omni, ſed ſemper.

De omni] Tres deinceps Ariſtoteleæ leges de artificiali materia, tot locis á P. Ramó decantatæ, explicantur, κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθόλȣ πρῶτον. Itaque quoniam hic proprius eſt de illis dicendi locus, diligentiús & accuratiús explicandæ ſunt: omniaq; huc revocanda, quæ á P. Ramo in Poſterioribus præſertim propoſita ſunt, & ad hunc locum diſputata: Definiuntur autem 4. cap. 2. Poſter. tres hæ

leges primó,tum deinceps explicantur. Lex igitur prima *κατὰ παντὸς* ita definitur: Ac de omni quidem igitur di- « co,quód ſit non in hoc quidem,in illo autem non, neque « aliquando quidem,aliquando autem non. Hæc Ariſtote- « lis definitio,obſcura eſt;quia diſſentanëum affirmatum ex conſentaneo negato ſit intelligendum,nempe quod ſit in omni & ſemper: Itaque prima hæc nota eſt generalis & neceſſariæ veritatis.

Impoſſibile] Ἀδύνατον Ariſtoteli eſt,quod Cicero in Timæo Platonis convertendo, nefas convertit: at Quintilianus impoſſibile,verbum uſurpat 5.lib.cap.10. tametſi 8.cap.3.libri, ἀδύνατον (ait) noſtri poſſibile nominant: quæ ut dura videatur appellatio, tamen ſola eſt. ſed neceſſarii duabus conditionibus, quod omni, quod ſemper conveniat,impoſſibile prorſus opponitur, quód de nullo, quód nunquam dicatur: ut, Lapis eſt animal. & tamen opponitur ut falſum vero, non autem ut adverſum verum, ſicut eſt contingens.

Homogeneum] συγγενὴς καὶ ὁμογενὴς, id eſt Ariſtoteli, quod congener Latinis eſſe videatur. Plinius lib.15.cap.24. Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorũ unedoni. Ergo congener,ejúſdem generis, Plinio ita eſt: cui contrarium eſt ἑτερογενὴς, degener: quæ tamen pro Græcis vix in hunc ſenſum queas uſurpare:& Gręca verba latiné declinata, jam frequentiora ſunt in ſcholis, & ideo á P. Ramo uſurpata.

Eſſentiales] Conſentanea quę ſunt inter ſe, ſunt ἁπλῶς, ἢ πῇ: abſoluté, aut modo quodam, ut eſt 7.cap.1. Poſter. συγγένειαν autem illam abſolutam Ariſtoteles tribus modis interpretatur: Primo, καθ' αὑτὸ δὲ, ὅσα ὑπάρχει ἐν τῷ τί ἐστι. Per ſe autem (ait) quæcunque inſunt in ipſo quid « eſt. Sic genus de ſpecie, ſic forma de formato, ſic membra de toto, ſic definitio de definito, per ſe dicitur: ut, Homo eſt animal: Homo eſt rationalis: Homo conſtat é corpore & anima rationali: Homo eſt animal rationale. Secundus eſt modus per ſe: καὶ ὅσοις τῶν συνυπαρχόντων « αὐτοῖς αὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνυπάρχουσι, τῷ τί ἐστι δηλοῦντι. « ac quæcunq; ipſa inſunt ſuis attributis, in ipſo quid eſt de- « claranti, ut nempe ſpecies & differentiæ formales generi, «

ut animal eſt homo vel beſtia: Animal eſt rationale vel irrationale. Tertio modo, qui Ariſtoteli quartus eſt in ipſius litera: ἔτι δὴ ἄλλον τρόπον μὲν δι αὐτὸ ὑπάρχον ἑκάστῳ,
» καθ' αὐτὸ: tum veró alio quidem modo, propter ſe ineſt u-
» nicuiq; per ſe. Hîc obſcuré loquitur Ariſtoteles: ſed tamen abſoluta illa συγγένεια primum ſecundumq; modum videtur amplecti, quod poſtea in eodem libro cap. 20. clariús
» comprehendit: ὅταν γὰρ καθ' αὐτὸ ὑπάρχῃ τι, τοῦτο αὐτῷ
» αἴτιον: cúm enim per ſe ineſt aliquid, hoc ipſi eſt cauſſa. Ergo tres hi modi ſunt in Ariſtotele de abſoluta cognatione: reliquum eſt de quodammodo homogeneïs: ἔτι καθ' αὐτὸ, ὃ μὴ καθ' ὑποκειμένου λέγεται ἄλλου τινος: Præterea per ſe, quod nõ de ſubjecto dicitur alio ullo. Hic etiam ex diſſentaneo negato affirmatum eſt intelligendum, ut ſit per ſe hoc modo, quod de ſubjecto hoc omni & ſolo dicitur, ut propria ſint adjuncta. Ergo ſecunda lex Ariſtotelis, quatuor his modis & obſcuré & contra legem καθόλου πρῶτον ſophiſticé declaratur: Generalia enim generaliter & ſemel dicenda ſunt: at quatuor his ſpecialibus modis quater docetur, quod generaliter & ſemel dici debuerat: Docueris enim, homogeneũm enuntiatũ eſſe, cujus partes inter ſe eſſentiales, ut abſoluté ſint cauſſę rẽ conſtituentes cũ effectis, ut quodãmodo ſubjecta cũ ꝓpriis adjunctis; docueris præcipué quod hîc obſcuratur. Atq; hæc de ſecunda lege.

Reciprocé] Sequitur explicatio tertiæ legis καθόλου πρῶτον, quæ ſic eſt in eodem illo 4. cap. καθόλου δὲ λέγω, ὃ ἂν
» κατὰ παντὸς τε ὑπάρχει, καὶ καθ' αὐτὸ, καὶ ᾗ αὐτὸ: uniuer-
» ſaliter autem dico, quod & de omni ineſt, & per ſe, & qua-
» tenus ipſum. Lex iſta minús obſcuré quám duæ ſuperiores, eſt propoſita: & ea duas ſuperiores etiam amplectitur, ſed addit præterea, quatenus ipſum: quod πρῶτον, primum, deinde appellat: idque interpretatur, quod neque ſuperius ſit, neque inferius, ſed par & æquale: ut ſunt generalia generalium, ſpecialia ſpecialium: quæ nempe propria ſunt inter ſe atque reciproca: quod tribus in litera exemplis declaratur: Homo eſt animal rationale: Quicquid enim eſt homo, eſt animal rationale: & quicquid eſt animal rationale, eſt item homo. ſic in reliquis duobus exemplis. Ergo planum eſt, καθόλου πρῶτον Ariſtoteli idem eſſe, quod ἀντίστρεφον,

ϛρέφειν. Et hîc Græci Ariſtotelis interpretes, quamvis docti & diligentes, attamen de uſu præſentium legum nimiúm ſecuri, Themiſtius & Philoponus, & eos ſequuti ſcholaſtici terrorem panicũ neſcio quẽ valde oſtendunt, dum ajunt, Si neceſſe ſit καθόλου πρῶτον ἐξισάζειν καὶ ἀντιςρέφειν, æquari & converti; demonſtrationem tantúm definitionis futuram. Ecquid? (inquam) nonne Ariſtoteles ipſe ita nominatim profitetur, omnem ſcientiã definitione parari? attamen non ſolam definitionem huc P. Ramus: ſed partes de partito, formam de formato, propriam qualitatem de ſubjecto, huc etiam admittit, aitque pariter ἐξισάζειν καὶ ἀντιςρέφειν: Itaq; quod interpretes illi ajunt in enuntiatis illo modo catholicis, eſſe demonſtrationis τὰ πρῶτα μέτρα, in reliquis (ut cúm genus de ſpecie dicitur κατὰ παντὸς, καὶ καθ' αὑτὸ, τὰ δεύτερα) ſemiſopitos ſenſus neſcio quos oſtẽdunt; cúm nominatim Ariſtoteles tot exemplis & tam illuſtribus profiteatur, nullam eſſe ſcientiam catholicam, ſi generale ſpeciei etiam omni attribuatur. Atq; omnino in arte nulla eſt definitio, nulla eſt partitio, nulla eſt proprietatis explicatio ejuſmodi, ubi non convertantur partes enuntiati: ſecus, ut veriſſimé docet Ariſtoteles, non primó, non quatenus ipſum, id docebitur. Itaque veſtieris pumilionis veſte gigantem, aut gigantis veſte pumilionem; perinde ridiculum corporis habitũ induxeris: illa major, hæc minor ſuo corpore veſtis erit.

Leges] Equidem cúm recordor, qua lætitia P. Ramus toties á ſe celebratas & decantatas Ariſtotelis tres iſtas leges, hoc loco præcipué celebrarit & decantarit, nõ mediocrem ipſe animo voluptatẽ capio, tã breviter & ſuccinctẽ, tã aperté & perſpicué propoſita eſſe theoremata, tanti per totã philoſophiam, adeóq; per artes omnino omnes momẽti: ut hiſce tribus legibus, omnia quæ uſquã ab hominibus unquã præcepta ſunt in diſciplinis & artibus, regi poſſint & conformari. Has leges Ariſtoteli P. Ramus attribuit, ut philoſopho meritas laudes attribueret: ſi quis tamen erit qui de tanta re nihil putet Ariſtotelem cogitaſſe, ut initio propoſui; ſed leges iſtas ſyllogiſmo tantúm ſuæ demonſtrationis accommodaſſe, is judicet, á P. Ramo nihilominus artibus omnibus inſtituendis

leges accommodari, & miſſis perſonarum nominibus, de re ipſa meditetur: ſed hac de re plura 9. & 10. Scholarum dialecticarum. Prima lex κατὰ παντὸς, lex eſt veritatis neceſſariæ & generalis: Itaque ad eam decem tota Ariſtotelis capita in poſterioribus Analyticis conſumpta ſunt: Præceptum artis quodlibet eſto κατὰ παντὸς, ait lex iſta prima. Itaque, quomodo generalis neceſſitatis veritas concipiatur, inductione ſpecialium & ſenſu obſervatorum exemplorum, decimum quartum caput 1. Poſteriorum interpretatur: quæ eſt ἱστορία, ἐμπειρία, αἴσθησις, ἐπαγωγὴ, tam ſæpe tamque multis locis adverſus Ciceronem & Quintilianum, adverſus Ariſtotelē ipſum á P. Ramo propoſita: quód infinitis nugis Rhetorica & Dialectica ab his doctoribus obſcuratæ ſint, quarum tamen nulla é probatis & legitimis exemplis ἱστορίᾳ demonſtrari poſſet. Caput decimum octavum ſecundi Poſteriorum hîc deinde conſumitur, quo modo κατὰ παντὸς iſtud ab animo concipiatur, quód animus notitias rerum neceſſarias & univerſales, non informatas á natura ipſa capiat, ſed colligat facultate intelligentiæ ſibi naturali & ingenerata: ut oculus colorum ſpecies ex utero matris non attulit, ſed facultatem naturalem omnia colorata cernendi. Itaque generalium & neceſſarió univerſalium notitiarum non ἕξις habitus, ſed δύναμις facultas noſtris animis naturalis eſt. Hæc Logica eſt capitis illius decimi octavi: Deinde ad eãdem hanc κατὰ παντὸς legem ſuadendum, octo capiti primi Poſteriorum ita referuntur, Omnia artis pręcepta ſunt κατὰ παντὸς. Itaque ſunt neceſſariarum rerum & generalium: caput eſt ſextum. non item fortuitarum, neque ſenſilium: caput eſt viceſimum quartũ. Tum veró, univerſale præſtat ſingulari, quia perpetuum, quia αἰτιώτερον, ἀπλούστερον, ἐπιστημονικώτερον, ἀρχοειδέστερον, magis cauſſa, ſimplicius, ſcibilius, principio propius: viceſimum caput eſt. Affirmatum præſtat negato, quia cæteris paribus, breviora meliora: quia γνωριμώτερον καὶ πιστότερον notius & probabilius, quia ἀρχοειδέστερον: viceſimum primum caput eſt. δεικτικὸν, oſtenſivum præſtat ducenti ad impoſſibile & cogenti: viceſimum ſecundum caput eſt. Accedit eodem, primam figuram ſyllogiſmi præſtare cæteris, tanquam

quam ἐπιστημονικωτάτην: undecimum caput híc totum eſt. deniq; captiones & fallaciæ, quæ neglecta lege hac accidant, diſſeruntur duodecimo & decimotertio capitibus. Itaque capitibus decem lex κατὰ παντὸς ab Ariſtotele tractata eſt. Studium hoc P. Ramus valde laudabat & philoſophi diligentiam ferebat in cælum, quód legem tam neceſſariam reformandis artibus, tamque diſciplinis omnibus reſtituendis opportunam, tam ſtudioſa perſuaſione promulgaſſet: ſed diligentiæ modum in perſuaſione valde requirebat, cúm decem verbis diſerté dici poſſet, & logicé, quod decem capitibus illis eſſet effuſum. præſertim cúm in hac orationis effuſione, falſa eſſent nonnulla contra legem ipſam κατὰ παντὸς, multa autẽ contra leges reliquas καθ᾽ αὐτὸ, καθόλου πρῶτον: de quibus ſigillatim dictũ eſſet ad illa ipſa capita. In grammatica arte anomaliæ multæ ſunt contra generales analogias; at anomaliæ, generalibus analogiis additæ, κατὰ παντὸς explebunt: Id in artibus reliquis multó eſt etiam facilius; neque ullus híc tergiverſatori ſophiſtæ locus reliquus eſt, quód hac lege artes omnes regi nequeant: quód in Phyſicis aut aliis artibus præcepta ſint ut plerumque non ſemper. errant, qui id afferunt, neque in Phyſicis ullum Platonis ætate præceptum verum fuit, quod non hodie verum ſit: idem in Medicina, & qualibet alia diſciplina, cujus vel uſus conjecturalis eſſe poſſit, ars tamen tota eſt κατὰ παντὸς, ut veré Galenus admonuit. Teneamus igitur, primam in formandis artibus legem eſſe, Ut omnia artis theoremata ſint omnino neceſſarióque vera: & hæc ideo lex veritatis á P. Ramo dicta eſt. Secunda veró materiæ artificioſæ lex καθ᾽ αὐτὸ, impenſiús á P. Ramo prædicatur: parum eſſe in artibus informandis, quidlibet eſſe neceſſarium, niſi eſſet item καθ᾽ αὐτὸ. híc Ariſtotelis capita in primo poſt. Analyt. tria feré verſantur, ſeptimum, octavum, nonum: eaque obſcura variis rebus, & confuſa; ſed tamen unde lex habeatur ad regendos artium fines, & ſuum cuiq; tribuendum, valde neceſſaria. Exemplum Ariſtotelis híc inſigne eſt, ne quis calumniari poſſet. Numeri in Arithmetica, magnitudines in Geometria tantúm docendæ ſunt; ſecus arithmeticum in Geometria ἀγεωμέτρητον: geometricum in Arithmetica ἀνάριθμον

fuerit,qua una lege,jus á Lycurgo, vel Solone nullum eſt unquam juſtius inſtitutum.Præcepta artium diſtinguantur,uſus tamen conjungatur: & ſic Ariſtoteles tribus illis capitibus cum homogeniam imperat, ne á genere alio in aliúd digreſſio ulla permittatur:attamen ſuperiorum artium rationes in ſubalternis & inferioribus concedit. Axiomata logica, Quæ eidem æqualia,& cætera, & numeris & figuris explicandis accommodat: item arithmetica in ſonis,in figuris & cæteris numerabilibus rebus; ſic geometria in opticis, aſtronomicis, mechanicis, & ſic deinceps: uſus enim artium pro ſubjectis rebus valet: logicæ,arithmeticæ,geometriæ in omni ente diſputabili, numerabili, menſurabili; aliud tamen eſſe meminerimus præcipere, aliud præceptis uti. Ergo lege iſta authore, Philoſophia ἑτερογενείαν artium ſegregando, homogenea ab heterogeneïs ſeparavit: quin ſeparabit accuratiús,cúm ſeſe excitaverit.Etiam permulta contra eandem legem in artibus omnibus aliena, quæ ad verbum P.Ramus á ſe ad 9.cap. 1.Poſt. deſcripta hoc loco memoriter repetebat: Grammatica (aiebat) Grammaticé, Rhetorica Rhetoricé, Logica Logicé, Arithmetica Arithmeticé, Geometria Geometricé, Muſica Muſicé tractari debent, & cæteræ denique artes ſuis ſibique cognatis & ſyngeneïs rationibus uti. Plato jubet in Repub. unius artis unum artificem eſſe: Quód ſi Platonica lege fuerint (ut feré ſunt) artifices diſtincti,velitque ſutor de texendo,textor de ſuendo, ſartor de pinſendo,piſtor de ſarciendo diſputare; dicetur protinus, Id non eſt artis & profeſſionis tuæ. Sutor, Apellis imaginem de crepida reprehendit: Apelles tulit:id enim faciebat ex arte: amictum cúm reprehenderet, Ne ſutor (inquit Apelles) ultra crepidam. Ergo Ariſtoteles concludit, ex ſyngeneia ſua fines artium terminoſque diſtinguendos eſſe; hancque συγγενείας legem, tanquam principem quandam & dominam artium omnium conſtituit. qua lege,dices Grammatico Grammaticam in methodicen & hiſtoricen partienti, Peccas: quia hiſtorice ex poëtarum,hiſtoriarum, Aſtrologię,& reliquarum diſciplinarum cognitione,nō eſt artis tuæ germana & ſyngenea. Dices Rhetori Rhetoricam in quinque partes dividenti, inven-

inventionem,diſpoſitionem,elocutionem,actionem,memoriam,Peccas: inventio enim diſpoſitioq; & memoria, mentis ſunt & rationis,ideoq; propriæ Logicorum:ſyngeneæ tuæ arti non ſunt.Dices Logico, nominum, verborũ, orationis;quantitatis in numero &magnitudine;ſubſtantiæ,in corporibus plantis,animalibus;qualitatis,in habitu & diſpoſitione,patibili qualitate,potentia naturali & impotentia;modificatorum,converſionum,reductionum & poteſtatum & demonſtrationum ſyllogiſticarum,& tam multarum pręterea rerum non ſyngenearum doctrinam ſibi ſumenti,Peccas:hæc tua non ſunt.doctrina ſuo generi ſubjecto tantúm ſyngenea.Dices Geometrę,axiomata logica & arithmetica uſurpanti,Alienũ detines: hæc doctrina tua nõ eſt. Dices,Phyſico,communem cauſſarum, motuum,loci temporis explicationem ſumenti,Peccas:iſta tibi ſyngenea non ſunt: ad familiam Logicorum pertinent: ne tibi igitur aliena vendicato.Dices Metaphyſico illi neſcio cui,logicas altercationes totis quatuordecim libris (ſi quinque duodecimi capita exceperis) miſcenti , Peccas graviſſimé omnium, magiſter; ſyngeneum nihil habes; iſta omnia aliena ſunt; in his proprium nihil habes. Dices omnibus artibus, Tollite altercationes falſarum opinionum,refutationum elenchos: hîc ad uſum eruditionis veſtræ homogeneum vobis nihil eſt: His impedimentis detractis,dimidio breviores & clariores eritis, neque ſophiſticæ illuſiones ab imperitis rerum ſomniatæ, audiantur, de vario fine varioque uſu: varius enim finis uſuſque etiam plenior erit é diſtinctis artibus quàm é confuſis. Denique hac una τῆς συγγενείας tam gravi,tamq; imperatoria lege, omnium artium fines regere & componere licebit. Quapropter tantã Ariſtotelis in hac promulgãda & omnibus populis perſuadenda lege diligentiam,valde quidẽ P. Ramus efferebat;quód iſtius legis beneficio, & Logicam, & cæteras etiam artes reformare & reſtituere in primis liceat. Tã multa tamen in tribus capitibus contra hanc ipſam cognationis & τῆς συγγενείας legem in Logica arte non modó non καθ' αὑτὸ,ſed ne κατὰ παντὸς quidẽ (ut in tribus illis capitib. ſigillatim demõſtratũ eſt) valde etiã improbabat;præſentiq; legis inſtrumẽto amputabat,ac tollebat.E-

nimveró tertiam legem præcipué P.Ramus admirabatur: in qua tamen ſuadenda & promulganda, unicum caput quintum primi Poſteriorum ab Ariſtotele conſumptum eſſet, exemplis mathematicis confirmatum: auditorique tantúm grammatico & rhetorico, nequedum eruditi illius pulveris diſcipulo ignotis; ſed firmis in primis; & ad legis ipſius tutelam cuſtodiamque validis, ut refelli nullo modo aut redargui poſſint: Quodlibet artis præceptum, καθόλȣ πρῶτον eſto. cúmque generis ſummi, medii, infimi ſumma, media, infima ſit affectio quædam & natura, τῷ γενεῖ ὁμογενὴς, τῷ εἴδει ὁμοειδὴς attribuendum eſt. Itaque commiſſum erit á doctore artis in legem, ſi generale ſpeciali, aut contrá ſpeciale generali tribuatur. Prioris ſophiſmatis exempla ſunt Ariſtotelis tria: ut, Si quis doceat, lineas rectas non concurrere: Æquicrurum tres angulos duobus rectis æquales habere: Numero aut magnitudini ἀναλογίαν τὴν ἐναλλὰξ convenire. Hæc Ariſtotelis exempla tria ſunt, in quibus ſingulis generalis affectio tribuitur ſpeciei: Nam παραλλήλισμος, etiam obliquis lineis convenit: æqualitas trium cum duobus angulorum, reliquis triangulis communis eſt: & ἀναλογία illa, logica plané eſt, omniſque & entis & non entis communis. de tribus his in legem καθόλȣ πρῶτον ſophiſmatis duo prima ſunt in Euclide, qui triceſima quinta definitione primi libri parallelliſmum lineïs rectis attribuit; qui idem ἀναλογίαν τὴν ἐναλλὰξ docuit in magnitudinibus lib.5. & rurſus in numeris lib.7. cúm tamē 32.P.1. docuerit affectionem angulorum generalem de triangulo. Hæc ſophiſmata nunquam admiſiſſet, ſi logicam legem καθόλȣ πρῶτον ſibi propoſuiſſet. Eſt veró etiam mirabile, quod interea á philoſopho de primo illo ſophiſmate in hanc legem proditum eſt: ſi de unaquaque trianguli ſpecie demonſtretur illa generalis angulorum affectio, nondum tamen rem demonſtrari, niſi ſophiſtico modo. Quid ita? dicet aliquis. nonne idem eſt de qualibet ſpecie ac de univerſo genere demonſtrare? Re ipſa ſané (dixerit philoſophus) idem eſt: doctrinę commodo non eſt idem: quia pluribus demonſtrationibus docetur, quod una demonſtratione poſſit doceri. Tautologiā Ariſtoteles hîc videlicet omnium ſophiſticarum fraudum

diſciplinis pernicioſiſſimam profert;quam etiam ad legitimæ & artificioſæ methodi,á generalib. ad ſpecialia progredientis legem philoſophus idem primo de Partibus animalium protuliſſet. Ergo hæc de exemplis primi ſophiſmatis:Secundi ſophiſmatis exemplum eſt in Ariſtotele unicum & breve, ſi angulorum affectio illa figuræ tribuatur:tum enim ſpeciale generali tribueretur. Quamobrem hanc unam legem, ſapientiæ legem P. Ramus appellabat, quæ ſola faceret, ut veré ſciretur, quod ex primo ortu fonteque,& quatenus ipſum, ſciretur. Huc enim proprié ſpectant laudes illæ primæ legis κατὰ παντὸς,generalis & univerſalis,generaliter & univerſaliter accepti: ideoq; ſolum hoc ἀπλούστατον, αἰτιώτατον, ἀρχοειδέστατον, ἐπιστημονικώτατον:imó ipſamet ἀρχὴ,αἰτία,ἐπιστήμη. Nihil de materia artis ab Ariſtotele unquam magnificentius propoſitum eſt:neque tamen in ullam logicæ doctrinæ legem frequētiús peccatum eſt. Inſtrumento legis hujus,Grammatica dimidio & brevior & clarior effecta eſt,dum generalia ſemel & generaliter explicantur:Quatuor partes factæ ſunt vulgó, Etymologia, Syntaxis, Proſodia, Orthographia. at duæ poſtremæ ſeparatim á primis nihil artis habent. affectiones ſunt per Etymologiæ & Syntaxeos membra illa perpetuæ : In Etymologia, ſpecies, figura,per tota vocum genera iteratur.at generaliter & ſemel dicta „perinde intelligetur:Illic generale ſpeciali attribuitur. Comparatio, eſt affectio ſpecialis quorundam adjectivorum:at contrá in generalibus nominum accidentibus numeratur. ſecūdum eſt ſophiſma καθόλου πρῶτον. In totis porró rhetoricis & logicis libris, tautologiæ innumerabiles hac una lege corrigi emendarique poſſunt. hoc præcipuum P.Ramo in Scholis tam variorum generum grammaticis, rhetoricis, dialecticis,cęteriſq;,perpetuum inſtrumentū fuit, non raró quidem κατὰ παντὸς καὶ καθ' αὑτὸ,ſed longé multóq; frequentiſſimé diligentiſſiméque καθόλου πρῶτον, adverſus tam multos iterationum cumulos appellatum, propoſitū, tractatum. Ariſtoteli maxima graviſſimaque lucta adverſus veterum tautologias illa quidem fuit, neq; ullas in toto univerſę philoſophiæ agro ſpinas aſperiores aut moleſtiores offendit:neque tamen omnes evellere potuit. Cō-

filium itaque ſingulare, & pietatis in poſteritatem cujuſdam plenum fuit, legem iſtam tam magnifico exemplorum ſigillo teſtatam obſignatamq; prodere, promulgare, divulgare; qua velut á patrefamilias haberent poſteri inſtrumentum efficaciſſimum ad reliqua é logico, imó doctrinæ cujuſlibet agro tam pernicioſa frugibus impedimenta tollendum. hęc agricultura longé uberrima & fœcundiſſima fuerit, quę liberalibus diſciplinis & artibus veré auream meſſem ſit allatura. Si quis veró malitioſé objiciat, leges iſtas artificioſæ materiæ, proprias eſſe apodicticæ ſcientiæ non autē communes omniū artiū; huic Scholæ & dialecticæ & mathematicæ, reſpondebunt: de commento apodixeos illius Ariſtoteleæ, ut ejus neq; materia neq; forma vel in mathematicis ſit ulla; commētoq; horribili ſcholas tot ſeculorum gentiumq; hactenus deluſas eſſe. Catholica diſciplinæ cujuſvis theoremata ſunto; ac ſi quid ſpeciale ſit, πόρισμα, & confectariū fuerit, ex illo fonte catholico derivatum, ut pleraq; ſunt in geometricis rebus. Ariſtoteles alligavit axiomata κατὰ παντὸς, καθ᾽ αὑτὸ, καθόλυ πρῶτον, apodictico ſyllogiſmo, quód eo putaret velut unico inſtrumento ſcientias & artes inſtitui: in quo elenchum tantó maximū fecit, quantó philoſophus omnium maximus haberi voluit: interea tamen in eo recté ſenſit, quód diſciplinarum atq; artiū decreta legib. iſtis & conditionibus cōfirmavit. Nec aliæ in toto Ariſtotelis Organo leges omnino ſunt, quibus ſcientiarum & artium materia judicetur. De ſophiſticis, de probabilibus, judicandis, putant Ariſtotelëi leges ſibi in Elenchis & Topicis deſcriptas eſſe: ecquas igitur (ſi leges iſtas ſyllogiſmo addixerint) leges alias habituri ſint. quibus de effatis & decretis Grāmaticæ, Rhetóricæ, Logicæ etiā Ariſtoteleæ, & cujuſvis omnino præter geometricas diſciplinæ judicent? Denique judicavit Ariſtoteles, particulares cujuſque totius diſciplinæ ſcientias his legibus regendas eſſe: judicavit igitur totam diſciplinam & artem his legibus regendam: Quia ſi tales ſint partes, talis erit tota. Quamobrem habemus adhuc tres Ariſtoteleas leges, de materia artis & doctrinæ: primam univerſalis neceſſitatis ſeu veritatis: ſecundam cognationis eſſentialis vel juſtitiæ: tertiam proprietatis &

conver-

converſionis vel ſapientiæ.quibus rite & legitimé ſervatis, mirabile omnibus artibus lumen acceſſerit: Itaque omni ſtudio diligentiaque percipiendæ & exercendæ.

Scientia]Ut enuntiati genera,neceſſarium, contingẽs: ita judicii in utroq; genere vocabula,diſtincta ſunt, alterũ ſcientia,alterum opinio dicitur.Scientiæ judicium Ariſtoteli ita collocatur in rebus neceſſariis,26.cap.1.Poſterior. atq; id judicium dicitur ἀμετάπ῀ωτον, immutabile, 2.cap. 1.Poſter.& ἀμετάπιςον,indiſſuaſibile,4.cap.6.Top. Scientia autem principiorum, multó eſt illuſtrior ſcientia aliunde deductorum.atque talis intelligentia 3.cap.1.Poſter. & 18.cap.2.Poſt. dicitur ὁ νȣ̃ς, intelligentia vel intellectus: & idẽ ad 26.cap.1.Poſter. Philopono dicitur ἀκροτάτη τῆς ψυχῆς δυώαμις, ſumma animæ facultas. ſed Ariſtoteli ipſi 14.cap.1.Top.ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ,νȣ̃ς ἐν τῇ ψυχῇ:ut viſus in oculo,ſic intelligentia in anima. Ergo intelligentia appellatur ab Ariſtotele tale judicium.Eſt tamen νȣ̃ς, ipſum mentis logicum & univerſale lumen,his quidem præcipué cõtemplandis idoneum ſed cæteris etiam rebus æſtimandis aptum:Ideoq; P. Ramus hic pauló ſecus loquitur.Scientia autẽ aliquando etiã abſoluté veritas appellatur:ideoq; judicium ſcientiæ & veritatis pro eodem eſt. Enuntiatũ autem,tribus his legibus conſentaneûm,appellatur αὐτόπιςον, ἄμεσον, ἀναπόδεικτον, per ſe probabile, immediatum, indemonſtrabile: lumen non ſolúm ſui, ſed etiam contrarii, ut eſt 2. capite 1. Poſterior. appellatur ἀρχὴ, principium: & principiorum doctrina quædã deſcribitur, quód aliud ſit ἀξίωμα,aliud theſis:ἀξίωμα,quod neceſſe ſit habere τὸν μαθησόμενον,eum qui aliquid diſcere debeat,ut eſt 2. & 8.cap.1.Poſter. quodq; ȣ̓ παρὰ τεχνίτȣ καὶ διδασκάλȣ, nõ ab artifice & magiſtro (ut Philoponus ait) capiat̃ θέσις veró, principiũ dicitur illud indemõſtrabile,nequaquã diſcẽti protinus manifeſtũ,ut definitiones & hypotheſes ſeu αἰτήματα, poſtulata:de quibus multa verba in Poſterioribus facta ſunt. Sed hæc principiorum tam ſpecioſa doctrina, non eſt in logicis decretis homogenea:tota eſt inanis & aliena:neq; in condẽdis ad expoſitas leges artibus, ulla eſt hic utilitas definiendo, partiendo, proprietates explicando,quib.artes totę deducuntur: utrúm definitiones,

partitiones, proprietatum explicationes, ſint axiomata, an theſes, hypotheſes, αἰτήματα, conſideratio prorſus nulla eſt: etſi per ſe claræ ſint & manifeſtæ, luce ſua id oſtendũt: ſi quid explicationis preterea requirant, obſcuritas ipſa judicio ſuo lucem ſibi neceſſariam poſtulabit: nomine theſεως, hypotheſεως, αἰτήματος, hîc nihil opus erit: principiorum hæc ματαιοτεχνία é mathematicis profecta eſt, ubi ἀξιώματα & αἰτήματα, hypotheſes, ὅροι definitiones jã ante Ariſtotelem nominabantur. Atq; hæc de duobus judicii generibus opinione & ſcientia: quæ (ut eſt 26. cap. 1. Poſt.) in idem videntur aliquando concurrere, ut idem ſit δοξαστὸν καὶ ἐπιστητὸν, opinabile & ſcibile: ut Hipparcho mathematico inſigni, eclipſis lunæ, ſciẽtia fuit: Epicuro opinabile, omnia concurſione atomorum fortuita conficienti. ſed hoc utrumque opinionis & ſcientiæ judicium varié á philoſophis acceptum eſt, pleriſque enim opinio feré repudiata: Heracliti enim illud eſt apud Laërtium libro 9.

ἤτε νόησις, ἱερὰ νόσος ἐστὶ, καὶ ὅρασις ψεύδεται.

Opinio, ſacer eſt morbus, & viſus fallitur.

hîc non tantúm opinionem mentis, ſed omne ſenſus judicium tollit. Quæ pené ſententia eſt Parmenidis:

—χρέω δέ σε πάντα πυθέσθαι
Ἠ᾽ μὲν ἀληθείας εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ,
Ἠ᾽ δὲ βροτῶν δόξας, τῆς οὐκ ἔτι πίστις ἀληθής.

Oportet veró te omnia noſſe:
Tum veritatis ſuaſu facilis accuratam ſententiam
Tum veró mortalium opiniones, quarum nõ amplius fides vera.

Hîc duplex judicium videtur attingi, & certæ veritatis, & opinionis. Deinde opinio & ſenſus, ut anté, rejicitur:

Μή σε θεὸς πολύαπειρον ὁδὸν κατὰ τήνδε βιάσθω
Νωμᾶν ἄσκοπον ὄμμα, καὶ ἠχήεσσαν ἀκουὴν,
Καὶ γλῶσσαν. κρῖναι δὲ λόγῳ πολύδηριν ἔλεγχον.
Ne te Deus ancipitem viam juxta hanc cogat
Judicare inconſiderato viſu, & reſonante auditu,
Et lingua: ſed judices ratione ambiguam ſententiam.

Epicurus contrá videtur judiciũ veri ſenſibus attribuiſſe.
» λέγει οὖν ὁ Ἐπίκουρος, κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις,

προλήψεις, καὶ τὰ πάθη. ait ſiquidem Epicurus judicia veritatis eſſe ſenſus,& anticipationes,& affectiones. At Ariſtoteles utrumque,& ſenſus & intellectus, judicium complexus eſt, intellectumque ſenſui longiſſimé præpoſuit: Nam tametſi notiones intellectus deducit á ſenſibus & ſenſiliũ inductione rerum, & animadverſione atque experientia, ut colligit: ſtatuit tamen intellectus judicium, ratione viſis rebus adjuncta, ſenſu certius: quantóque remotius á ſenſu notionis genus eſt, tantó αἰτιώτερον, ἀρχοειδέστερον, ἐπιστημονικώτερον. καὶ τῇ φύσει πρότερον, καὶ γνωριμώτερον: cauſſæ & principio & ſcientiæ vicinius, & natura prius ac notius, ut jam dictum eſt. ſic ſanè notionum earum judicium præſtantius & excellentius.

CAP. 4. De enuntiato ſimplici.

ENuntiatum, eſt ſimplex aut compoſitum. Simplex, eſt quo ſententia ſimplex enuntiatur: itaque uno verbo continetur, quo affirmato affirmatur, negato negatur: ut, Ignis urit, Ignis eſt calidus, Ignis non eſt aqua: híc (ignis) eſt antecedens, (urit) conſequens. Atque hic prima eſt inventarum rerum diſpoſitio, cauſſæ cùm effecto, ut in primo exemplo: ſubjecti cum adjuncto, ut in ſecundo: diſſentanëi cum diſſentaneo, ut in tertio: quomodo argumétum quodlibet enuntiari poteſt, exceptis plenis comparationibus & diſtributionibus: conſentanea quidem affirmando, diſſentanea negando: Enuntiatum ſimplex eſt generale aut ſpeciale: Generale cúm generaliter enuntiatur. Atq; hic contradicentium generalium pars non ſemper altera vera, altera falſa eſt, ſed contingentium rerum utraque falſa poteſt eſſe: ut,

Omnis in orbe locus Bajis prælucet amœnis.
Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis,

Item nõ contingentium:ut, Omne animal eſt rationale:Nullum animal eſt rationale. Enũtiatum ſpeciale eſt,quando ſpecialiter enuntiatur: & hic contradictionis pars eſt ſemper vera, pars falſa. Speciale eſt infinitũ aut proprium:Infinitum quando ſpecies non definitur:ut, Aliquid ignoſcendum eſt: cui generaliter contradicitur, Nihil ignoſcendum eſt.Proprium, quando de aliquo ſingulari enuntiatur:ut, Fabulla eſt bella: cujus negatio & contradictio eſt, Fabulla nõ eſt bella.

Enuntiatum] Duplex enuntiationis affectio communis adhuc expoſita eſt,quid enũtiaretur,& quomodo: modi autẽ affectio prima, affirmationis & negationis, altera veritatis & falſitatis : ſpecies enuntiati ſequuntur, ſimplex & cõpoſita:quæ partitio eſt Ariſtotelis in Interpr.4.c.1.lib.
» Ex his veró alia quidẽ ſimplex eſt enuntiatio, ut aliquid de
» aliquo, aut aliquid ab aliquo, aut ex his conſtituta, ut ora-
» tio quędã cõpoſita:Simplicis veró enuntiati doctrina duobus libris *περὶ ἑρμηνείας* ab Ariſtotele tractata eſt.ſed ager iſte valde neglectus & incultus adhuc jacuit,totus ferè vepribus obſitus eſt. Itaq; P. Rami agriculturam hic operæ pretium ſit intueri:fructũ enim logicũ (quicunq; de libris duob. excerpi potuerat) paucis verbis perſpicué interpretatus eſt:Pagina illa ſuperior, analyſεως poſterioris fruges collegit:pagella hæc, fruges habebit *ἑρμηνείας*:Quare diligenter attendenda nobis eſt tam brevis faciliſq; P.Rami *ἑρμηνεία*.Simplex enuntiatum,definitur ſententia ſimplici:ut,Philoſophus eſt ſtudioſus ſapientiæ, ideoq; continetur unico verbo.Verbum autem hic appellat, non grammaticũ vocabulum,ſed ipſum mentis ſenſum,quod verbo externo ſignificatur:Partes veró enũtiati ſimplicis, ſpecialibus vocabulis in Organo appellantur,antecedens quidẽ, *ὑποκείμενον*,ſubjectum:conſequẽs autẽ,*κατηγορούμενον καὶ κατηγόρημα*, attributũ, vulgó in ſcholis prædicatũ & prædicabile:Sed vocabula hæc Græca longé aliter in Organo & frequenter appellãtur: nã *κατηγόρημα*, quodlibet argumentum

mentum & ὑποκείμενον propriè adjuncto accidenti opponitur. Quare cùm doctrina, imò uſus ipſius doctrinæ in ſimplicibus enuntiatis intelligi exerceriq; poſſit, abſq; his ambiguis, terminorũ, ſubjecti, attributiq; vocabulis, P. Ramus has ambiguitatis ſpinas deliberato ſtudio certóq; logicæ artis emolumento devitavit: quinetiã majore juſtioreq; de cauſſa præteriit totã illã Ariſtotelis Grammaticam de nomine & verbo, orationeq; indicante, imperante, feré quatuor primis capitibus in primo illo ἑρμηνείας comprehenſam: juſtitia enim illa Ariſtotelea καθ' αὑτὸ, fines artiũ regi ac definiri jubet: nec quia nominũ verborũq; & orationis, totiuſq; omnino Grammaticæ uſus eſt logicæ arti neceſſarius, ideo verum & juſtum erit, Grammaticam in Logica inſtitui: κατὰ παντὸς illud fuerit, non erit protinus καθ' αὑτὸ, non καθόλου πρῶτον. Quare duabus hiſce magnis legibus, Grammaticã illã P. Ramus é Logica ad Grãmaticos remiſit: Qua de re ſi quis curioſiús intelligere plura cupiet, legat P. Rami 5. librum Scholarum dialecticarum.

Inventarum] Judiciũ diſpoſitione comprehenſum & definitum eſt: Itaq; in ſimplici primoq; judicio, ſimplex & prima debet eſſe diſpoſitio: quæ quatuor primis capitibus primi libri περὶ ἑρμηνείας cõprehenſa eſt: hic familiariter á P. Ramo explicatur, & quæ generaliter in enuntiato antea propoſita ſunt, tandem in unaquaq; ſpecie ſpecialiter exponuntur: primó quænã argumenta ſimplicibus enuntiatis enuntientur, ut in exemplis cauſſa cum effecto, ſubjectũ cum adjuncto, diſſentaneũ cum diſſentaneo diſponitur: Cõparata autẽ præter pauca, ſimpliciter nõ enũtiantur: ut, Roma æqualis eſt Olympo: Roma eſt major Athenis: Roma eſt minor Babylone: Roma eſt ſimilis Carthagini: Roma eſt diſſimilis Mantuę. Cõparatio enim plena, conſtat προτάσει καὶ ἀποδόσει, quæ ſimplici enuntiato comprehendi nõ poſſunt. Cauſſa cõſularis conſulẽ requirit: Conſul á conſulendo dicitur, conjugatio & notatio eſt. Partitio nulla ſimpliciter enuntiari poteſt; definitio poteſt, teſtimonium poteſt: ut, Dialectica eſt ars bene diſſerendi: Cato iudicavit, Catilinam interimendum eſſe. Quæcunque veró ſimpliciter enuntiantur, eadem feré conjunctè poſſunt enuntiari, Ergo hæc ſimplex & prima diſpoſitio

eſt argumentorum in ſimplici & prima enunciatione; & de duobus in logica enuntiatorum doctrina, id primum fuit, quæ argumenta ſimpliciter enuntiarentur: modus contradictionis & judicium deinde declaratur.

Generale] Partes enuntiati ſimplicis adhuc expoſitæ ſunt, diviſio in quaſdam ſpecies ſequitur, generale & ſpeciale, de quibus duo ſunt capita 1. de Interpretat. quintum & ſextum: quod idem iteratur ſuccinctiús 1. cap. 1. Priorum ταυτολογίᾳ: trium capitum lex καθόλου πρῶτον repudiat: at P. Ramus in eam legem in primis juravit: Itaque generalia generaliter & ſemel explicabit. comprehenditur autem
" diviſio illa 5. cap. 1. ἑρμ. τὰ μὲν καθόλου τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ
" καθ' ἕκαστον: rerum aliæ ſunt univerſales, aliæ ſingulares. Diviſionis hoc modo legitimæ διχοτομία eſt: eodem tamen in capite tertium genus proponitur enuntiati, & appellatur τὸ καθόλου μὲν μὴ καθόλου δὲ universale non univerſaliter: ut, Homo eſt albus, Homo non eſt albus: quod 1. cap. 1. Prior. iteratur, & appellatur ἀδιόριστον ἄνευ τοῦ καθόλου, ἢ κατὰ μέρος: infinitum ſine univerſali aut particulari nota: ut, Contrariorum eſt eadem diſciplina: ut, Voluptas non eſt bonum. Ἀδιόριστον autem videtur Cicero in Fato dicere infinitum, cúm negationes infinitarum conjunctionum, & infinita connexa dicit: & P. Ramus id ab eo verbum aſſumpſit. Ariſtoteles autem ἀδιόριστον aliter intelligit, pro communi quodam ambiguo, & incerto, utrúm generaliter an ſpecialiter. quod idem iteratur 4. cap. 1. Prior. ἀδιόριστον, καὶ τὸ ἐν μέρει, infinitum & particulare enuntiatum, in ſyllogiſmo idem eſſe. quod idem videtur iterari initio 7. cap. ſed aliud eſt, infinitum illud valere, ubi particulare valeat: id enim verum ſic eſſet. at 28. cap. 1. Prior. ambigua illa inter generalem & ſpecialem ſententia iterum proponitur errore conſimili. Quod utrumque Eubulidis vel Antiſthenis quoddam eſt ſomnium: ſententia enim enuntiati mente concepti, eſt generalis aut ſpecialis: tertium illud vagum, quod neque generaliter, neque ſpecialiter intelligatur, nihil eſſe poteſt: Exire ex urbe Conſul hoſtem jubet (quod enuntiatur Catilinaria prima) Eubulides ille ἀδιόριστον diceret eſſe. at συνεκδοχὴ, tropus rhetoricus, Eubulidi reſiſtet, & ex genere ſpeciem docebit intelligi: ut intelligatur,

gatur, Cicero jubet Catilinam exire Roma. Convincit etiam alterum illud in Analyticis commentum: infinitum in ſyllogiſmo eſſe pro particulari: Sententia enim enuntiati ſpectanda eſt: ſigna ſunt illa quidem & ſymbola generalis ſententiæ & enuntiationis, omnis, nullus, quilibet, totus, univerſus, & ſimilia: attamen ea perſæpe nulla requirũtur, imó nulla omnino ſunt: & vox generalis generaliter intelligitur, niſi certa reſtrictio adhibita ſit: Quodlibet enim artis enuntiatũ, eſt κατὰ παντὸς, καθ' ἀυτὸ, καθόλου πρῶτον, generale ideo & univerſale, & generaliter atq; univerſaliter intellectum: attamen ſignis iſtis univerſalibus ars nulla utitur. Quinetiã extra artes, homines feré ita diſſerunt:

Virtus eſt vitium fugere, —

ait Horat. Tempori cedere, ſapientis ſemper eſt habitum, ait Tullius. Quare tertium genus enuntiati medii inter generale & ſpeciale, P. Ramus ut commentitium ſuſtulit.

Bajas] Locus eſt in prima Horatii epiſt. Bajæ, oppidum Campaniæ, in cujus agro aquæ calidæ ſunt, & ad voluptatem, & ad ſanãdos morbos accommodatiſſimæ: quæ quidem reliquas aquarum calidarum nobilitate antecellunt: fuitq; olim hæc urbs temperie aëris, & Romanorum frequentia, atque ornamentis ædificiorũ celeberrima: Martialis lib. epigr. 11. ad Flaccum:

Vt mille laudem, Flacce, verſibus Bajas:
Laudabo digné non ſatis tamen Bajas.

Infinitum] Enuntiatum infinitum jam perſpicué definitur á P. Ramo, pro eo quod particulare vulgus appellat: ejuſque ut proprii enuntiati contradictio exponitur: atq; ita concluditur ſimplicis enuntiati doctrina. Veruntamen præter duplicem illam contradictionem ſimplicis enuntiati, generalem alteram, alteram ſpecialẽ, duplex in ſcholas, jam olim ante Boëtii ætatẽ vulgó inducta eſt: ſubcontrariæ, Aliquis homo eſt juſtus, Aliquis homo non eſt juſtus: ſubalternæ, Omnis homo eſt juſtus, Aliquis homo eſt juſtus. vel Nullus homo eſt juſtus, Aliquis homo non eſt juſtus. Subcontrariarum autem (quæ dicuntur) mentio quædam eſt in Organo: ſed in eodem etiam Organo magna certaque eſt ipſarum refutatio: Etenim (ut eſt quinto libro dialecticarum Scholarum) definitio contradi-

ctionis repetatur;& intelligatur ejuſdem affirmatio & negatio,ejuſdem (inquam) numero,& de eodem numero,ut Ariſtoteles in Topicis loquitur,Nam res eadem genere & ſpecie, negari & affirmari poteſt, ut tamen nulla ſit contradictio:ut,

Omnis bos eſt quadrupes:

Nullus equus eſt bipes.

Bos & equus,genere ſunt idem:quadrupes & bipes,genere ſunt idem. Item,

Hic homo eſt Socrates:

Ille homo non eſt Plato.

Specie affirmatur & negatur idem:& tamen contradictio in neutro exemplo eſt. Quapropter ut contradictio ſit,neceſſe eſt eandem rem numero, de eadem re numero negari & affirmari. Et genus ſibi generaliter oppoſitum, ideo contradictionem facit,quia res eædem numero, ſub eo comprehenſæ affirmantur & negantur: & idem ſumptum ſpecialiter,ſibi generaliter ſumpto oppoſitum, ideo contradictionem facit,quia ex his , quæ genere continentur, aliquid idem numero negatur,quod illic affirmatum erat,aut contrà.Diſceptemus igitur oppoſitã quęſtionem, hoc modo:

Omnis contradictio, idem numero affirmat & negat:

Subcontrarietas (ut ita dicam) non affirmat & negat idem numero:

Etenim veræ ſimul eſſe poſſunt (ut in ipſo Interpretationis libro docetur) etiam ſi infinitæ ſint:ut,

Homo eſt albus:

Homo non eſt albus.

Nec enim idem putatur ſignificari hoc enuntiationis genere,atque univerſalibus ſignificaretur:

Omnis homo eſt albus:

Nullus homo eſt albus.

Ut etiam docetur in eodem libro quamvis inepté.Quare hîc nulla eſt contradictio, & contradictionis verbum καταχρηστικῶς in his aſſumptũ eſt,ut dixi. Nec veró fuerit audiendum, quod neſcio quis attulerit, in his enuntiatis

(Aliquis homo ambulat:

Aliquis homo non ambulat)

eandem

eandem rem numero affirmari & negari: nempe de nomine (homo) verbum (ambulat) & affirmari & negari: Etenim valde abſurda ſit iſta captio: Vocabula, enim, ſymbola ſunt & ſigna tantúm, nec ex ſeſe faciunt cõtradictionẽ, ſed res ſymbolis ſignificatæ: & orationis qualitas pendet é rerum qualitate: Si autem pars utraq; vera ſit (ut eſſe poteſt) nequaquam res eadem numero in utraque parte affirmatur & negatur: Quare nec contradictio erit: Veruntamen (ait Ariſtoteles in modificatis) impoſſibile de « eodem veras eſſe oppoſitas affirmationes & negationes. « Et rurſus ibidem: Nunquam in eodem ſimul erunt veræ: « opponuntur enim. Item ibidem, cúm diſputat hujus enũ- « tiationis (Neceſſe nõ eſſe) negationem non eſſe (Non neceſſe eſt eſſe) ait, Contingit enim utrumq; de eodẽ verum eſſe. Analyt. 1. c. 12. hoc etiam ſecundó: De omni enim aut affirmatio aut negatio. Sed Analyt. 2. cap. 15. tota controverſia hæc dirimitur, ubi docetur, hoc genere,

(Aliquis ambulat:
Aliquis non ambulat)

non revera, ſed verbo duntaxat opponi: ut ſic oppoſitio dicatur, quomodo homo pictus, homo diceretur. Quamobrem Ariſtoteles oppoſitas eſſe non vult ſubcontrarias, quæ appellantur; & contra ejus opinionem atq; ſentẽtiam in ſcholas hæc oppoſitionis ſpecies inducta eſt: nec authoris ſententia ex perverſo aliquo & καταχρηστικῶς arrepto ſymbolo comminiſcenda eſt potiús, quám ex tot & tam manifeſtis, tamq; veris locis æſtimanda. Subalternæ veró, ſunt ambæ affirmationes, vel ambæ negationes; & quidem ſpecialis generali conſequens & conſentanea: tãtum abeſt, ut ſit híc ulla oppoſitionis forma: concludereque indelicebit: ut,

Omnis homo albus eſt:
Aliquis igitur homo albus eſt.
Nullus homo albus eſt:
Igitur aliquis homo albus non eſt.

neque id commentum in Ariſtolis bibliotheca repertum eſt. ſpinæ iſtæ ſunt agri ſophiſtici, unde in agrum logicum tranſlatæ ſunt: eradicentur igitur, tollanturque. Ergo contradicentium enuntiatorum genera duo ſola ſunt,

generale & ſpeciale:ſpeciale rurſus,particulare aut proprium intelligatur,διχοτομία iſta enunciati generalis & ſpecialis, legibus Ariſtoteleïs & logicis conſentanea eſt, eſt κατὰ παντὸς, eſt καθ᾽ ἀυτὸ, eſt καθόλου πρῶτον. Pergamus igitur. Ex occaſione veró contradictionis, importuna materies Eubulidi vel Logico neſcio cui (quem Ariſtoteles ſecundo περὶ ἑρμηνείας eſt imitatus) oblata eſt, quæſtiones obſcuras valde, nec min⁹ inutiles cõfingendi de cõſecutionib. enunciatorũ infinitorũ & modificatorũ: infinitorũ é cõſequentis partis contradicẽtib. ut, Homo eſt juſt⁹, Homo eſt nõ juſtus, quod argutũ ænigma á græcis quibuſdã interpretibus, ut á Pſello, appellatur: At revera ſophiſma eſt inſigne, ſi ullũ unquã fuit; in quo nulla vel inventionis vel judicii mica eſt: imó judicii caligo ſumma. Quare tã alienum doctrinæ elenchum contra legem καθ᾽ ἀυτο, P. Ramus in Logicam ſine manifeſta fraude inducere non debuit; itaq; ſuſtulit. At veró inſigne ſophiſma illud fuit; ſed multó etiam eſt inſignius de modificatis, id eſt (ut vulgus loquitur) de modalibus: quarum obſcuritas eam in ſcholis famam conſecuta eſt, ut vulgó prędicetur illud, De modalibus non guſtabit aſinus. Modi autem ipſi ſex proponuntur, poſſibile, impoſſibile, neceſſarium, cõtingens, verum, falſum. προσθέσεις appellat Ariſtoteles hos modos, id eſt attributiones, ut 2. cap. 1. Prior. appellat προσρήσεις. Hominem eſſe album, eſt poſſibile: Hominem eſſe divitẽ, eſt cõtingens: Hominẽ eſſe animal, eſt neceſſarium: Hominem eſſe beſtiam, eſt impoſſibile: Hominem eſſe corporeum, eſt verum: Hominem eſſe marmoreum, eſt falſum. Hi ſex modi ſunt in hoc capite, poſſibile, contingens, neceſſarium, impoſſibile, verum, falſum: Innumerabiles tamen modi ſunt: ut Parentes colere, ſanctum eſt: Suum cuique tribuere, juſtum eſt: Socrates diſputat ſapiẽter: Zeno reſpondet ſubtiliter: Alexander præliatur fortiter, & ſimilia: Deniq; ex omnibus feré & nominibus & adverbiis, modos ejuſmodi liceat enunciationi addere, ad ſignificãdum quomodo categorema in ſubjecto inſit: ut, Agit bene, incedit obliqué, ſcribit docté, & ſimilia: ne quid híc magnæ rei vel novæ diſputari videatur. De modificatis ejuſmodi, doctrina eſt Ariſtotelis duplex: altera dicere videtur

tur(quod tamen nominatim non dicit) modificatum negari ſolo modo negato:ut hęc enuntiatio(Hominem ambulare,eſt non poſſibile)ſit negata:Sed tamen argumento cõtradictionis,error ille per ineptos interpretes in ſcholas inductus, refelli planéque convinci poteſt. Hic enim, (Socrates eſt leo neceſſarió, Socrates eſt leo non neceſſarió)pars utraque falſa eſt. Quare nulla eſt in propriis illis enuntiatis contradictio, neq; ideo affirmatio & negatio: Quare negationis differentia in abſolutis & modificatis enuntiatis nulla ęſt:Tollatur igitur commentum,lege *κατὰ παντὸς* convictum. Sophiſma autem de modalium conſecutione, ex homonymia verbi (poſſibilis) contextũ eſt:quod tripliciter capi dicitur, ut modó poſſibile, res æternas ſignificet, quæ tantúm ſunt actus: ut, Poſſibile eſt Deum eſſe.modó contingentes, quæque & eſſe & non eſſe poſſint:ut tum potentia ſint, tum actus: ut, Poſſibile eſt hominem ambulare. modó ſignificet, quæ eſſe quidem poſſunt,neque tamen ſunt futura: ut potentia tantúm ſit: ut,Poſſibile ignem non caleſcere.Ergo ex hac ambiguitate naſcuntur conſectaria illa mirifica: quorum tamen judicium non ex enthymematis truncis; qualia ſunt in illis conſecutionibus, ſed é plenis ſyllogiſmis ſit æſtimandum. Acceſſit ad dumeta illa,ſpinetum converſionum omnium denſiſſimum aſperrimumque: Generalem negationem generaliter converti: ut,Nullus lapis eſt homo, Ergo nullus homo eſt lapis. affirmationem autem & generalem, & ſpecialem, ſpecialiter tantúm converti:ut, Omnis homo eſt animal: Ergo aliquod animal eſt homo.item, Aliquis homo eſt animal:Ergo aliquod animal eſt homo.deniq;, Socrates eſt animal :Ergo aliquod animal eſt Socrates.negationem veró ſpecialem non neceſſarió converti: ut Aliquod animal non eſt homo, vel non eſt Socrates: Ergo aliquis homo, vel Socrates, non eſt animal. non ſequitur.tum idem in modificatis, neceſſariis, contingentibus, docetur; omniumque demonſtrationes obſcuriſſimæ attexuntur.hic Analytici primi capita duo, ſecundum & tertium,integra conſumuntur. At exemplis Homericis & humanis hæc minimé omnium ſunt inducta: imó ne induci quidem per naturam, & rationis humanæ ſenſum

poſſunt:Nam cùm quæritur, Utrùm nullus lapis ſit homo: & probare velis controverſiam hoc modo, Nullus homo eſt lapis:ergo nullus lapis eſt homo. nullum medium extra quæſtionem, nullumque argumentum hîc habes: ſed quæſtionem probas hoc ipſo quæſtionis argumento: & ſi compleas enthymema, Nullus homo eſt lapis:ergo nullus eſt homo, ſophiſmatis tã putidi planè te pudeat: hoc nempe modo, Nullus homo eſt lapis:Omnis lapis eſt lapis:Ergo nullus lapis eſt homo. Hoc judicium converſionis tã ἄλογον erit: unde tamen poſtea infinitæ per tota priora Analytica ſpinæ in ſyllogiſmorum ſophiſticis & demonſtrationibus & poteſtatibus ortæ ſunt. Quapropter ſaxa & aſperitates, præſertim tam ſteriles tamque logici fructus inanes, imò logico fructui exitiabiles avelluntur à P. Ramo atque ejiciuntur: Lex κατὰ παντὸς, exemplis Homericis inducta efflagitat: ſomnia & commenta nunquam probabit:lex καθ' αὑτὸ, quicquid otioſi & inertes homines in artibus commenti ſunt, pro homogeneo nũquam probabit. Duo capita inſerta ſunt in eodem ſecundo libro, alterum de ſophiſmate compoſitionis & diviſionis, alterum quæ enuntiationes magis contrariæ ſint. At logicæ artis ſophiſtica elenchtica nulla pars eſt, ut antea dictum eſt: & quæſtio de magis oppoſitis, in topico contradictionis diſceptata ſatis eſt. Sed tamen his de rebus major diſputatio eſt P. Rami, ſexto & ſeptimo dialecticarum Scholarum libro curioſis ingeniis propoſita: Quamobrem pagella una de generibus enuntiatorum ſimplicium & contradictionibus, totum obſcuriſſimæ duobus in libris ἑρμηνείας doctrinæ fructum, ſemotis ſophiſmatum ſpinis, P. Ramus ingenuo & liberali diſcipulo propoſuit: nõ propoſuit de enũtiatis & infinitis & modificatis vanũ laborẽ.

CAP. 5. De enuntiato copulato.

ENuntiatum compoſitum eſt quo ſententia multiplex conjunctione aliqua compoſitè enuntiatur. Itaque è conjunctione affirmata & negata affirmatur & negatur: contradictioniſq; pars vera eſt, pars falſa. Enuntiatum compo-

compoſitum, eſt congregativum aut ſegregativum: Congregativum, cujus conjunctio eſt cōgregativa. eſt veró copulatū aut connexū. Copulatū, cujus cōjunctio eſt copulativa. ut 1. Æneid.

"Uná Eurusq; Nothusq; ruūt, creberq; procellis
Africus.-- -

hic negatio igitur erit & contradictio,

Non uná Eurusq; Nothusq; ruūt, creberq; procellis
Africus.-- --

Verúm enuntiati copulati"judiciū pendet ex omniū partiū veritate: falſum ſaltē ex una parte falſa. huic generi affine eſt enuntiatum relatæ qualitatis, cuj⁹ cōjunctio eſt ipſa"relatio. 3. Eclog.

Tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine.--- -

hic copulatum judicium eſt: tanquam diceretur, Sopor eſt gratus feſſis: & ſic tuum carmen nobis gratum eſt. cujus negatio eſt,

Non tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine.---

Enuntiatum] Hactenus logica enuntiatorum ſimplicium ex Ariſtotelis Organo fuit, quæ quibus modis argumenta enuntiarentur & quo tum contradicendi, tum judicandi genere: quæ ſequuntur de enuntiatorum compoſitorum materia, & cōtradictionis judiciiq; modo, in Ariſtotelis philoſophia nulla ſunt: neq; enim Ariſtotelis ætate, Logica de cōpoſitis, & enuntiatis & ſyllogiſmis, erat invēta: & poſteaquam inventa eſt, damnata á quibuſdam, ut á Clinomacho apud Laërtiū 2. lib. qui ex axiomatis, τὰ ἁπλᾶ προσδεχόμενος, τὰ οὐχ ἁπλᾶ ἀνῄρει, λέγων συνημμένα καὶ συμπεπλεγμένα: ſimplicia ſuſcipiens, non ſimplicia tollebat, nominans connexa & complexa. Sed Clinomachus tam temeré compoſita enūtiata tollebat, quám antea ſuſtulit negata: Eſt enim logica compoſitorum enuntiatorum, & per ſe, & in ſyllogiſmis, maximé neceſſaria.

poſſunt: Nam cùm quæritur, Utrùm nullus lapis ſit homo: & probare velis controverſiam hoc modo, Nullus homo eſt lapis: ergo nullus lapis eſt homo. nullum medium extra quæſtionem, nullumque argumentum hîc habes: ſed quæſtionem probas hoc ipſo quæſtionis argumento: & ſi compleas enthymema, Nullus homo eſt lapis: ergo nullus eſt homo, ſophiſmatis tã putidi plané te pudeat: hoc nempe modo, Nullus homo eſt lapis: Omnis lapis eſt lapis: Ergo nullus lapis eſt homo. Hoc judicium converſionis tã ἄλογον erit: unde tamen poſtea infinitæ per tota priora Analytica ſpinæ in ſyllogiſmorum ſophiſticis & demonſtrationibus & poteſtatibus ortæ ſunt. Quapropter ſaxa & aſperitates, præſertim tam ſteriles tamque logici fructus inanes, imó logico fructui exitiabiles avelluntur á P. Ramo atque ejiciuntur: Lex κατὰ παντὸς, exemplis Homericis inducta efflagitat: ſomnia & commenta nunquam probabit: lex καθ' αὑτὸ, quicquid otioſi & inertes homines in artibus commenti ſunt, pro homogeneo nũquam probabit. Duo capita inſerta ſunt in eodem ſecundo libro, alterum de ſophiſmate compoſitionis & diviſionis, alterum quæ enuntiationes magis contrariæ ſint. At logicæ artis ſophiſtica elenchtica nulla pars eſt, ut antea dictum eſt: & quæſtio de magis oppoſitis, in topico contradictionis diſceptata ſatis eſt. Sed tamen his de rebus major diſputatio eſt P. Rami, ſexto & ſeptimo dialecticarum Scholarum libro curioſis ingeniis propoſita: Quamobrem pagella una de generibus enuntiatorum ſimplicium & contradictionibus, totum obſcuriſſimæ duobus in libris ἑρμηνείας doctrinæ fructum, ſemotis ſophiſmatum ſpinis, P. Ramus ingenuo & liberali diſcipulo propoſuit: nõ propoſuit de enũtiatis & infinitis & modificatis vanũ laborẽ.

CAP. 5. *De enuntiato copulato.*

ENuntiatum compoſitum eſt quo ſententia multiplex conjunctione aliqua compoſité enuntiatur. Itaque é conjunctione affirmata & negata affirmatur & negatur: contradictioniſq; pars vera eſt, pars falſa. Enuntiatum compo-

compoſitum, eſt congregativum aut ſegregativum: Congregativum, cujus conjunctio eſt cōgregativa. eſt veró copulatū aut connexū. Copulatū, cujus cōjunctio eſt copulativa. ut 1. Æneid.

Unà Eurusq; Nothusq; ruūt, creberq; procellis Africus.- -

híc negatio igitur erit & contradictio,

Non unà Eurusq; Nothusq; ruūt, creberq; procellis Africus.— —

Verúm enunciati copulati judiciū pendet ex omniū partiū veritate: falſum ſaltē ex una parte falſa. huic generi affine eſt enuntiatum relatæ qualitatis, cuj⁹ cōjunctio eſt ipſa relatio. 3. Eclog.

Tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine.— -

híc copulatum judicium eſt: tanquam diceretur, Sopor eſt gratus feſſis: & ſic tuum carmen nobis gratum eſt. cujus negatio eſt,

Non tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine.- —

Enuntiatum] Hactenus logica enuntiatorum ſimplicium ex Ariſtotelis Organo fuit, quæ quibus modis argumenta enuntiarentur, & quo tum contradicendi, tum judicandi genere: quæ ſequuntur de enuntiatorum compoſitorum materia, & cōtradictionis judiciiq; modo, in Ariſtotelis philoſophia nulla ſunt: neq; enim Ariſtotelis ætate, Logica de cōpoſitis, & enuntiatis & ſyllogiſmis, erat invēta: & poſteaquam inventa eſt, damnata á quibuſdam, ut á Clinomacho apud Laërtiū 2. lib. qui ex axiomatis, τὰ ἁ- «
πλᾶ προσδεχόμενος, τὰ οὐχ ἁπλᾶ ἀνῄρει, λέγων συνημμένα καὶ «
συμπεπλεγμένα: ſimplicia ſuſcipiens, non ſimplicia tolle- «
bat, nominans connexa & complexa. Sed Clinomachus «
tam temeré compoſita enūtiata tollebat, quám antea ſuſtulit negata: Eſt enim logica compoſitorum enuntiatorum, & per ſe, & in ſyllogiſmis, maximé neceſſaria.

Diſcipuli duo, Theophraſtus & Eudemus, hanc novalem primi coluere: at Theophraſtus tantúm ſummas exequutus eſt: Eudemus latiorem viam eſt ingreſſus: ſed ita, ut veluti ſemina tantúm ſparſiſſe, nullum frugis proventum extuliſſe videatur; ut Boëtius nominatim ait libro primo de ſyllogiſmo hypothetico. Græci Ariſtotelis interpretes ad 22.cap.2.Prior.profitentur, inventionem illam, Theophraſti & Eudemi propriam eſſe. Quare P. Ramus agriculturam illam laborioſam in agro Ariſtotelis nullam hîc habuit: habuit tamẽ aliquam in agro Theophraſti & Eudemi, vel potiús Boëtii: quoniam videri vult initia tantúm ab illis accepiſſe, addidiſſe de ſuo cætera. Superiorem enuntiationis ſpeciem, categoricam vocat, á parte conſequente, quæ κατηγορεῖται καθ' ὑποκειμένου: compoſitam autem, vocat ὑποθετικὴν conditionalem. At neque rectè, neque Ariſtotelis doctrinæ congruenter: Sunt enim compoſitæ enuntiationes aliæ, præter conditionales: ut copulativa abſoluta, ut diſcretiva: Nam connexa & disjuncta conditionales dici poſſint; & Cicero in disjunctione, conditionem nominat, ut poſtea in disjuncto ſyllogiſmo primo notabitur. Sed ὑπόθεσις Ariſtoteli, eſt quælibet enuntiatio, quæ pro vera ponitur; ſeu ſimplex, ſeu compoſita; ſeu connexa, ſeu disjuncta, ut poſtea in generibus ipſis dicetur. quomodo tota Aſtrologia diceretur hypothetica, cúm per hypotheſes, non per ἀνυπόθετα principia progrediatur. & ſic 30. capite 1. Priorum δεικτικὸν opponitur τῷ ἐξ ὑποθέσεως: & totis tribus capitibus 2. Priorum 11. 12. 13. appellantur ab Ariſtotele ſyllogiſmi hypothetici, ſyllogiſmi ad impoſſibile, qui tamen conſtituuntur é ſimplicibus enuntiatis, ſuppoſitis ex conditione. Quare cúm Theophraſtus, Eudemus, Boëtius appellarunt omne genus enuntiati compoſiti ὑποθετικόν: non rectè, neque magiſtri ſui doctrinæ convenienter appellarunt. Hypotheſeos ſignificationem duplicem illi quidem inſtituerunt; prioreque complectuntur illam, quam Ariſtotelis eſſe diximus: poſteriore, conſequentiam conditionalem, quæ connexa P. Ramo cum Cicerone, imó cum Boëtio ipſo dicitur. Quamobrem hoc ſophiſma P. Ramus evitavit: generali verbo in genere, ſpecialibus in

unaqua-

unaquaque ſpecie uſus eſt, uti lex καθόλου πρῶτον præcipit. Sed Græcorum Peripateticorum, aut Latini Boëtii ſubtilitas mirabilis huc erupit, ut enuntiationum compoſitarum, vel (ut ipſe loquitur) hypotheticarum modi decies milleni colligerentur; dum tale enuntiatum componitur, modó é duobus ſimplicibus, modó ex altero ſimplici, ex altero compoſito, modó ex utriuſque compoſitis; iiſque partim affirmatis, partim negatis; partim abſolutis, partim modificatis: quod artificium ſuis artificibus egregium par eſt viſum eſſe: nec enim tantum laborem in ea re collocaſſent unquam, ſi vanitatem ullam ſubeſſe cogitaſſent: Addit etiam Boëtius, numerū augeri potuiſſe: ſi per quantitatem univerſalem, particularem; ſi per oppoſitas, vel ſubalternas variare voluiſſet: Tantum otii hominibus ingenioſis fuit, ad inveſtigandum res nugatorias, & humanæ vitæ inutiles: imó, dum leguntur, vel ipſa temporis jactura lectoribus pernicioſas. Talis eſt ſubtilitas in ſecundo libro περὶ ἑρμηνείας, de conſectariis infinitorum & modificatorum, de quibus antea. Itaq; talibus nugis præteritis, P. Ramus neceſſaria logicæ enuntiationis compoſitæ genera propoſuit.

Affirmata] Affirmatio partium inter ſe, negatioque, ſumitur é conjunctione ipſa ſententiarum variarum, quæ dicitur Ariſtoteli συμπλοκή... συνδεσμος, id eſt convinctio, ut Quintilianus loquitur.

Contradictioniſque] Contradictio ſimplicis enuntiati, non perpetuó verum falſumq; dividit, propter differentiam generalis affirmationis & negationis: ſecus eſt in cōpoſito, in quo, nihil generale, nihil ſpeciale, ſed σύνδεσμος tantúm ſpectatur: itaque pars altera ſemper vera eſt, pars altera eſt falſa.

Congregativum] Congregare & ſegregare, adverſa ſunt: unde illius logica partitionis διχοτομία perſpicitur. In quo & Peripateticorum illorum error etiam gravior apparet; qui pro quatuor compoſitorum enuntiatorū generibus, congregativis duobus, copulato connexoq;, duobus ſegregativis, diſcreto disjunctoque, duo tantúm tradiderunt, connexum & disjunctum.

Una Eurusque] Deſcripturus poëta tempeſtatem ven-

tos oppoſitis flatibus maria turbantes inducit. Affirmatum autem eſt exemplum, quod negatur præpoſita negatione: Affirmatio dicebat, omnes illos ventos ſimul flare; negatio ait, non ſimul flare. Homo eſt natura logicus & arithmeticus, affirmatum eſt. Non homo eſt natura logicus & arithmeticus: vel, Homo non eſt natura logicus & arithmeticus, negatum eſt. At homo eſt natura logicus, & non arithmeticus: quamvis ſit diſparatum, non tamen contradicit; neque negat eundem conſequentem de eodem antecedente: imó affirmatio eſt, quia cõjunctio (Et) affirmatur.

Judicium] Judicium diſpoſitionis & enuntiationis copulatæ verum erit, ſi partes ſimul omnes veræ ſunt: ſecus falſum: ut, ſi venti omnes ſimul flarint, verum erit poëtæ enuntiatum: ſi pars una, vel omnes falſæ, falſum. ut, ſi Eurus non flarit, aut Nothus, aut Africus.

Relatio] Híc nulla videtur eſſe conjunctio, attamẽ ſententiæ duæ ſunt: Sopor eſt dulcis feſſis in gramine, & tuum carmen ſimiliter nobis audientibus eſt dulce. Negatio autem relationis, manifeſté poſtulat præpoſitionem negationis ante totam enuntiationem, quia notæ ipſæ relationis, faciunt conjunctionem. Tales ſunt enuntiationes etiam in relatione quantitatis, ut tantus quantus, tot quot: etiam loci, ut pro Domo: Ibi enim poſtis, ubi templi áditus. hæc enim relatio, copulatum quendam ſenſum habet. Tullius floruit Romæ, ubi & Hortenſius. Homerus Græcis ſummus eſt poëta, quantus eſt Latinis Virgilius. Relatio temporis videtur potiús eſſe connexa: ut Eclog. 9.

Carmina tum meliús, cúm Venerit ipſe, canemus.

Relationis autem copulatæ judicio comparata pleraque enuntiantur & judicantur: & quidem ſæpe judicio neceſſario, ut analogiæ mathematicæ: Ut eſt 2. ad 4. ſic 3. ad 6. ſubduplæ rationis, analogia eſt neceſſaria, & ſub ſcientię judicium cadit. Poteſt contingens eſſe relatio, ut paſtoritia illa:

Tale tuum carmen, &c.

poteſt eſſe falſa: Ut animantes, ita ſtirpes ſentiunt.

CAP. 6. De enuntiato connexo.

"ENuntiatum connexum, eſt congregativum, cujus conjunctio eſt connexiva: Sicut 2. Æneid.

—"*Si miſerum fortuna Sinonem*
Finxit, vanũ etiã mendacemq; improba finget.

cujus "negatio eſt,

—*Non ſi miſerum fortuna Sinonem*
Finxit, vanũ etiã mendacemq; improba finget.

Conjunctio etiam hæc interdum negatur apertiùs negando conſequentiam: ut pro Amerino: Non continuó ſi me in "ſicariorum gregem contuli, ſicarius ſum. De Fato: "Nec ſi omne enuntiatum verum eſt aut falſum, ſequitur illico cauſſas eſſe immutabiles. Affirmatio enim ſignificat, ſi ſit antecedens, etiam conſequens eſſe. negatio itaque & contradictio ſtatuit, ſi ſit antecedens, non ideo conſequens eſſe. Quare cúm judicabis connexum abſoluté verum eſſe, neceſſarium quoq; judicabis: & intelliges hanc neceſſitatem é neceſſaria partium connexione oriri: quæ ipſa poteſt eſſe vel in falſis partibus: ut, Si homo eſt leo, eſt etiam quadrupes, neceſſarium connexum eſt. At ſi connexio ſit contingens, & pro ſua tantúm probabilitate ponatur, judicium ejus tantúm opinio fuerit: ut Terent. Andr.

"*Pamphile, ſi id facis, hodie poſtremũ me vides.*

Connexo enuntiato "relativum temporis enuntiatum affine eſt 9. Eclog.

Carmina tũ meliús, cúm venerit ipſe, canemus.

Enuntiatum] Hæc ſecunda ſpecies cōgregativi enun-
tiati, appellatur á Cicerone connexa: ſic enim loquitur A-
» cad.4. Ipſa enim ratio connexi, cúm conceſſeris ſuperius,
» cogit inferius concedere. Itaq; de Fato: Si, quod primum
» in connexo eſt, neceſſarium eſt: ſit etiam quod ſequitur,
» neceſſarium. Græci Ariſtotelis interpretes appellant *τὸ συ-
νημμένον*: Ariſtoteles ipſe, licet nullam ejus doctrinam in-
ſtituerit, attamen hanc ipſam enuntiandi ſpeciem, vide-
tur *τὸ συνεχὲς* appellare, 12.cap.1. Prior. Scholæ Logicorū
vulgó appellant conditionale: verbo, ſi non Ciceroniano,
certé legali & judiciali: Sic enim Martianus Juriſconſul-
» tus: Solus hæres futurus eſt omnino, niſi habeat in condi-
» tionalem partem ſubſtitutum. & Juſtinianus ait: Sed ſi cō-
» ditionaliter enuntiata fuerit cauſſa, aliud juris eſt. Atta-
men *ὑπόθεσις* ſeu conditio, iſtam conjunctionis ſpeciem
neq; Ariſtoteli, neq; veritati ſignificat, quia tam ſimplex
enuntiatum, quám compoſitum copulativum, disjun-
ctumq́;, tam hypotheticum & dici & eſſe poteſt, quám cō-
nexum. Itaq; cúm latinum verbum á Cicerone ſuppetat
certum; ambigua illa, & hypotheticum, & conditionale P.
Ramus evitavit. Connexum autē, capit omnia argumen-
torum genera, conſentanea affirmando, diſſentanea eti-
am, ſed ex ijs alterum negando: Enuntiatis autem conne-
xis Mathematici multúm ſunt uſi: & ſic magna pars ele-
mentorum enuntiatur.

Si miſerum] Sinonis eſt ad Trojanos hæc inſinuatio:
quæ affirmaté primúm ponitur, præcepti illuſtrandi cauſ-
ſa; deinde negatum, vt eſt apud poëtam, reponitur.

Negatio] Negatio connexi, plané conjunctionem i-
pſam negat: idq; fit dupliciter: primó ſimpliciús, præponē-
do negationem conjunctioni: ſecundó apertiús, tollendo
conſequentiam. primum exemplum eſt de Sinone.

Stearsorū] Reſpondet orator objectioni: quód Roſcius
Romæ tum fuerit, cúm cædes fierent. & cōnexi cōſecutio-
nem negat. hoc igitur exemplo, conſequentia cōnexi ne-
» gatur apertiús, ut ſæpe aliás. Quintilianus lib.2. cap.12. Nec
» protinus non eſt materia Rhetorices, ſi in eadem verſa-
» tur & alius.

Nec ſi omne] Diſputat Tullius adverſus Chryſippum,
qui

qui ex enunciato disjuncto argumentatur, cauſſas rerum immutabiles atq; æternas eſſe, quæ prohiberent quicquã ſecus cadere, atq; caſurum eſſet. Ergo connexum duobus modis negatur: ſimpliciter, quando negatio coniunctioni præponitur: apertiús, quando inconſequentia etiam exponitur: ut, Si dies eſt, lucet: Non ſi dies eſt, lucet. item, Si dies eſt, nõ ideo lucet: vel, Non ſequitur lucere. Atq; in hac negatione, hoc ſolo ſecundo negandi genere Francus utitur: neq; conjunctioni negationem præponit, ſed conſequentiã negat. Logicum igitur illud axioma Theophraſti, vel Eudemi, vel certé Boëtii, non ſatis accuratum videtur, Ad conſequentem propoſitionem reſpiciendum eſſe, « ut affirmativa vel negativa, propoſitio connexa judicetur: « ut, Si eſt a, eſt b: affirmativa eſt, ait Boëtius. Si eſt a, non eſt « b: negativa. At (inquam) tam eſt affirmativa ſecunda propoſitio hæc, quám illa prima: deceptus eſt author hujus dogmatis, diſſenſionis ſpecie: quia illa enunciata diſſentirent, nec ſimul eſſe vera poſſent: ideo contradicentia putavit. At contradictio, eſt affirmatio & negatio ejuſdem de eodem: illic, Si eſt a, eſt b: affirmatio eſt conſequentis affirmati de antecedente affirmato: híc, Si eſt a, non eſt b: affirmatio item, ſed conſequentis negati de affirmato antecedente: At affirmatio affirmationi non contradicit, licet opponatur alio genere. Ergo connexum ſic negatur. Quomodo (inquies) verum judicatur? Si neceſſaria conjunctio ſit, eſt neceſſarium, ait P. Ramus: ſi ſit contingens conjunctio, eſt item contingens. Connexum autem híc παράδοξον quiddam efficit, ut totum neceſſarium dicatur, cujus partes falſæ, imó impoſſibiles fuerint, nedum veræ: at in exemplo, Si homo eſt leo, homo rugit: eſt neceſſariũ connexum: poſito enim & conceſſo antecedente, conſequens neceſſarió ſequitur. at antecedens, Homo eſt leo, eſt impoſſibile. item conſequens, Homo rugit. Id ſi mirabile tibi videatur; cogitato, rerum infirmarum poſſe vinculum quoddam eſſe adamantinum: Vinculo manus divinæ, mundi partes omnes continentur: quæ ipſæ tamen caducę ſunt & fluxæ. annexæ connexionis denique neceſſitas, híc æſtimatur & judicatur, non rerum connexarum, ſed connexionis ipſius neceſſitate.

Pamphile] Vox eſt Charini, Pāphilo nuptias Pamphilę, quas futuras Pamphilus credebat, diſſuadētis, cúm Charinus ipſe Pamphilā cuperet. hæc autē connexio eſt contingens tantúm: Itaq; niſi cōditione, & tanquā pacto auditoris admittatur; falſa judicetur, neceſſe eſt: accepta aūt, etiā ſi partes veræ ſint, opinionis tantúm judicium faciet.

Relativum] Enuntiatum relativum jam antea modis aliquot factum eſt copulatum: ac cúm tempus refertur, videtur potiús eſſe connexum: & Boëtius libro primo de hypothetico ſyllogiſmo, ait hoc enuntiatum (cúm homo ſit, animal eſt) hypotheticū, id eſt cōnexū eſſe. & poſtea ſyllogiſmus cōnexus iſto propoſitionis genere concludetur.

CAP. 7. *De enuntiato diſcreto.*

ENuntiatum ſegregativum eſt, cujus conjunctio eſt ſegregativa: ideoque argumenta *diſſentanea enuntiat. Enuntiatum ſegregativum, eſt diſcretum aut disjunctum. Diſcretum, cujus conjunctio eſt diſcretiva: Itaque é diſſentaneïs præcipué "diverſa enuntiat. 5. Tuſcul. *Quanquam ſenſu corporis judicentur, ad animū referri tamen. cujus negatio & contradictio eſt: Non quanquam ſenſu corporis judicentur, ad animum tamen referri. vel, Quanquam ſenſu corporis judicentur, non tamen ad animum referri. Nam (tamen) eſt hic conjunctio præcipua. Diſcretum enuntiatum "judicatur eſſe verū & legitimum, ſi partes nō ſolúm veræ, ſed etiam diſcretæ ſint: falſum vel ridiculum, contrá.

Diſſentanea] Segregativū, in genere, argumenta diſſentanea enuntiat; ut congregatiū, in genere, enuntiat cōſentanea. Id Ariſtoteles in una ſpecie disjunctionis admonuit, ut mox dicetur: At generale id eſt, & cōmune ſegregativi enūtiati: Itaq; generaliter id admonetur á P. Ramo, ne contra legem καθόλου πρῶτον offendatur. Congregativi

genera

genera duo facta ſunt, copulatum & connexum: ita nunc ſegregativi duo fiunt, diſcretum & disjunctum; & conjunctionum differentiis diſtinguuntur.

Diverſa] Copulatũ & connexũ, cõmunia ſunt omniũ argumentorum κριτήρια: relatum, attributũ eſt cõparatis: ſic modo diſcretum, diverſis enuntiandis attribuitur.

Quanquam] Diſputat Tullius philoſophiã Epicuri de voluptate, qui cenſebat, hac uſurum cõpenſatione ſapientem, ut voluptatẽ fugiat, ſi ea majorẽ dolorẽ effectura ſit: & dolorẽ ſuſcipiat, majoris efficientẽ voluptatis: omniaq; jucunda quanquã ſenſu corporis judicentur, ad animũ referri tamen. Enuntiati autẽ hujus negatio, ut antea copulati, fuerit, præponendo negationem conjunctioni: Non quanquã corporis ſenſu judicẽtur, ad animũ referri tamẽ. vel, Quanquã ſenſu corporis judicentur, nõ tamen ad animũ referri, quia negatio fit in cõpoſitis enuntiatis negando conjunctionẽ: quę hic præcipua eſt (tamen) quomodo connexũ dictũ eſt duobus modis negari. Diſcretũ autem, videatur quædam negatio copulati, vel connexi: ut ſi affirmaretur, Abeſt á culpa, & caret ſuſpicione: vel, Si abeſt á culpa, caret ſuſpicione: tum diſcretũ opponeretur, Quanquam abeſt á culpa, ſuſpicione tamen non caret. Ergo hæc contradictio eſt diſcreti.

Judicatur] Judiciũ copulati & diſcreti, hoc cõmune habet, quód in utroq; veritas partes omnes veras requirit: at in diſcreto, hoc etiam ampliús, quód diſcretio partium requiratur. Ridiculum enim ſit, compoſita & conſentanea ſegregare: ut, Quanquam Socrates eſt homo, tamen eſt animal rationale, nimirum (quod pauló póſt in disjuncto ex Ariſtotele proponetur) ridiculum foret, ſi quis interroget disjunctẽ, quæ natura conjuncta ſint.

CAP. 8. *De enuntiato disjuncto.*

Enuntiatũ *disjunctũ, eſt enuntiatũ ſegregativũ, cujus cõjunctio eſt disjũctiva: ut 1. Georg.

**Illic, ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox*
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ,
Aut redit á nobis aurora, diemque reducit.

De Fat. Omnis enuntiatio eſt″vera aut falſa. Hîc ſignificatur, é disjunctis ″unicum verũ eſſe. Negatio igitur erit & contradictio, Non omnis enuntiatio eſt vera aut falſa. Disjuncti igitur enuntiati contradictione, ſignificatur non neceſſarió alterutrum verum eſſe: Nam ſi disjunctio abſoluté vera eſt, eſt etiam neceſſaria: parteſque disjunctæ, ſunt contrariæ ſine ullo medio.″Veruntamen quamvis abſoluté vera disjunctio, neceſſaria quoque ſit: tamen nihil neceſſe eſt partes ſeparatim neceſſarias eſſe: ut, Homo eſt bonus, vel non eſt bonus, disjunctio neceſſaria eſt: & tamen, Homo eſt bonus, non eſt enuntiatio neceſſaria. item, Homo non eſt bonus: non eſt enuntiatio neceſſaria: ſed disjunctionis neceſſitas pendet é neceſſaria partium oppoſitione & disjunctione, non ex earum neceſſaria veritate. Disjunctio autem plerunque eſt ex conditione: ut ſi quæratur, Utrúm Cleon venerit, an Socrates: quia ita pactum ſit, alterutrum tantúm venturum eſſe. Itaque ſi disjunctio ſit contingens, non eſt abſoluté vera, & tantúm opinabilis eſt: qualis eſt frequenter in hominum uſu. Ovid. in Epiſtola Leandri,

″*Aut mihi continget felix audacia ſalvo:*
Aut mors ſolliciti finis amoris erit.

Disjunctum] Disjunctum enuntiatum reſpondet connexo, ut diſcretum reſpondet copulato. Connexum enuntiavit omnia abſoluté conſentanea affirmando: enuntiare non potuit diſſentanea medio carentia, niſi alterum negando: Disjunctum contrá, utrumque: & diſſentanea medio carentia enuntiat affirmando: Aut dies, aut nox eſt: Aut vales, aut non vales: Aut vides, aut cæcus es, & abſoluté conſen-

conſentanea enuntiare non poteſt,niſi alterum negando: Aut non eſt ignis,aut urit: Aut non eſt glacies, aut frigida eſt: Aut Achilles poterit,aut Hector non poterit: finge enim pares eſſe: Aut decem poterunt,aut unus non poterit: Aut homo non eſt, aut animal eſt. Quare ſegregativis enuntiatis,diſſentaneorum locus proprius eſt: diſcretivis quidem,propriè diverſa: disjunctivis,contraria medio carentia.Ergo ſi de tribus primum illud quæras, quod argumenti genus enuntietur disjuncto enuntiato; dices, contraria medio carentia ſola hîc affirmari. Theophraſtus, Eudemus,Boëtius decies millenos modos hîc obliti ſunt, quamvis tamē totidē modos disjuncti fateantur eſſe, quot ſunt connexi: quatuor tantúm facit Boëtius, ad finem 2. lib.de ſyllogiſmis hypotheticis: primum, Aut eſt a, aut b: qui fit in contrariis medio carentibus. ſecundum,Aut non eſt a,aut non eſt b: qui fit ſaltem in diſparatis. tertium,Aut eſt a,aut nō eſt b: qui fit á majoribus ad minora.quartum, Aut non eſt a,aut eſt b: qui fit á minoribus ad majora. Puduit,aut certé piguit (credo) philoſophos illos tam ſingularis philoſophiæ:quare & P.Ramus tam beato labore ſibi nihil opus eſſe exiſtimavit.

Illic] Virgilius hoc loco quinque mundi Zonas deſcribit; tres inhabitabiles, mediam æſtu, duas extremas frigore: Sub Arcto autem eſſe noctem perpetuam,ut eſt,ſex continuos menſes: aut diem perpetuum,ut deinde ſex reliquos anni menſes: denique totus annus illic uno die, unaque nocte terminatur.

Vera aut falſa] Diſſeritur á Tullio ſententia Chryſippi: Concludit enim (ait orator) Chryſippus hoc modo, Si « eſt motus ſine cauſſa: nō omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα « Dialectici appellant) aut vera aut falſa erit: Cauſſas enim « efficientes quod nō habebit,id nec verum nec falſum erit. « Omnis autem enuntiatio,aut vera aut falſa eſt: Motus er- « go ſine cauſſa nullus eſt. «

Unicum] Id Cicero nominatim propoſuit in Topicis; in disjunctione,plus uno verum eſſe non poſſe:Ariſtoteles in Philoſ.5.cap.10.lib. aliud agēs, idem propoſuit,cúm ait, per πότερον, utrúm,interrogari oppoſitionē: Ipſum enim « utrúm,in oppoſitione ſemper dicimus: ut, Utrúm album «

„ an nigrum? &,Utrúm nigrum an non nigrum: utrúm au-
„ tem homo,an album,non dicimus: niſi e ſuppoſitione, &
„ ſciſcitantes:,ut,Utrúm venit Cleon, an Socrates ? Sed non
„ neceſſe id in ullo genere: Verúm hoc illic accidit: Oppoſi-
„ ta enim ſola non accidit ſimul ineſſe: quo & hîc utitur in
„ eo ipſo,utrúm venit: ſi enim ſimul accideret, ridicula eſſet
„ interrogatio.Si autem etiam ſit,ſimiliter incidit in oppo-
„ ſitionem,in unum,aut multa. ut, Utrúm ambo venerint,
„ an alter. ſiquidem ipſius (utrúm) interrogatio, ſemper eſt
„ in oppoſitis. Hactenus Ariſtoteles in Philoſophia:quo lo-
co,licet aliud agens,attamen disjunctionis axioma nobis
interpretatur,tum de genere argumenti, quod hoc enun-
tiato pronuntiatur,tum de genere judicii, non ſolúm ne-
ceſſarió,ſed etiam opinabili & per conditionem facto.Ad-
dit etiam philoſophus,disjunctionē non tantúm duorum,
ſed etiam complurium fieri poſſe, cúm videlicet dichoto-
mia abſoluta ignoratur.

Negatio]Negatio disjunctionis,manifeſté præponitur
ipſi disjunctivæ conjunctioni : ut nulla quæſtio ſuperſit
ejuſmodi,qualis in connexo anté fuit.Eſt veró feſtivum il-
„ lud Gellii cap.11.lib.5.Cum eſſet (ait Gellius) à quodam ro-
„ gatus Bias,deberétne uxorem ducere,an vitam vivere cæ-
„ libem: ἤτοι (inquit) καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχράν. καὶ εἰ καλὴν,
„ ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν,
„ οὐ ληπτέον ἄρα. Sic autem hoc reſponſum convertunt, εἰ
„ μὲν καλὴν ἕξω, οὐχ ἕξω ποινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν.
„ γαμητέον ἄρα.Sed tum Phavorinus(ut idem Gell.ait)quūm
„ facta eſſet forté mentio ſyllogiſmi iſtius,quo Bias uſus eſt,
„ cujus prima πρότασις (ἤτοι καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχράν) non ra-
„ tum id,neque juſtum disjunctum eſſe ait: quoniam non
„ neceſſarium eſt,alterum ex duobus ,quæ disjunguntur,
„ verum eſſe:quod in proloquio disjunctivo neceſſariū eſt:
„ Eminentia enim quadam ſignificari formarum turpes &
„ pulchræ videntur.Eſt autem,inquit,tertium quoque inter
„ duo iſta,quæ disjunguntur: cujus rationem proſpectumq;
„ Bias non habuit:Inter enim pulcherrimam fœminam, &
„ deformiſſimam,media quædam forma eſt, quæ à nimiæ
„ pulchritudinis periculo,& á ſummo deformitatis odio va-
„ cat.Qualis á Qu.Ennio in Menalippa, perquam eleganti
vocabulo,

vocabulo, Stata dicitur, quæ neque κοινὴ futura ſit, neque «
ποινή: quam formam modicam & modeſtã Phavorinus, «
non me hercule inſcité, appellabat uxoriã: Ennius autem «
in iſta (quam dixi) tragœdia, eas feré fœminas ait incolu- «
mi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. Hæc Gellius: un- «
de vides axioma de disjunctorum altero tantúm vero, etiam comprobatum á Phavorino.

Veruntamen] Appendix eſt ad proximã definitionem ex diſſimilibus. Neceſſitas disjunctionis non accipitur ex neceſſaria partium veritate, ſed ex neceſſaria partium oppoſitione: ut exemplum docet, Homo eſt bonus, aut non eſt bonus: hæc disjunctio eſt neceſſaria, quia fit ex duabus partibus ſic inter ſe oppoſitis, ut neceſſe ſit, alterutram eſſe veram: medio ſiquidẽ carent: neutra tamen harũ partium neceſſaria eſt, ſed ambę verſantur in materia contingenti, quæ accidere & non accidere poteſt. Logici autem hujus axiomatis ignoratione, Epicurus, Diodorus, Chryſippus, Tullius etiam, fœdé ac turpiter lapſi ſunt: Epicurus, quem Stoïci in Dialecticis tardum & rudem & hebetẽ dicere ſolent, cúm omnem efficientiam fortuitis cauſſis attribueret, disjunctionem ex contrariis veram eſſe negabat, cúm ita effaremur, Hermacus cras aut vivet, aut non vivet: Si enim (aiebat) alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe, neceſſe erit cras Hermacum vivere, aut non vivere: nulla eſt autem in rerum natura talis neceſſitas. Diodorus Stoïcus, cúm omnia, vera, neceſſaria: omnia falſa, impoſſibilia eſſe diceret: qualis ſit neceſſitas disjunctionis, & unde ſumenda eſſet, ignoravit. Chryſippus item deceptus eſt, cúm ſic ageret: Neceſſe eſt omnem enuntiationem veram eſſe aut falſam: ergo in contradictione rerum enuntiatarum, pars altera neceſſarió vera, pars altera neceſſarió falſa erit. Cicero horum philoſophorum ſententias diſceptans, ad ſcopulos logicæ disjunctionis vehementer etiam impegit; exiſtimans, ſi disjunctio neceſſaria ſit, partẽ ejus alteram veram, eſſe neceſſariam: partem alteram falſam eſſe, impoſſibilem. quod cúm Epicurëi inficiantur, Tullius exclamat in eos, O admirabilem licentiam, & miſerabilẽ inſcitiam diſſerendi: cúm tamẽ in oratorẽ ſua exclamatio proprié cõveniat. Sed hęc omnia ſigillatim P. Ramus in illum

Ciceronis locũ prælectionibus ſuis pleniús expoſuit. Cúm igitur ita pronũtiamus, Socrates philoſophus eſt, aut non: disjunctio eſt neceſſaria: neutra tamẽ harum partium eſt neceſſaria, ſed utraque contingens & mutabilis: unde hoc axioma tenendum eſt: & concludendum, disjunctionem abſoluté veram, eſſe neceſſariam: non tamen ex partium neceſſitate, ſed ex neceſſaria partium oppoſitione; cúm ita opponuntur, ut verum & falſum diſtinguant.

Aut mihi] Leander Heronis amore captus, Abydo ex Aſia interjectum Helleſpontum, Seſton ad oppoſitum in Europa litus, amicæ gratia navigans, ſubmerſus eſt: Itaque pro amoris ſui conditione, hanc ſibi disjunctionem ratiocinatur: quæ tamen disjunctio tantúm opinabilis eſt. Proculus libro quinquageſimo Digeſt. (ut P. Ramus diſſerebat hoc loco) Logicam disjuncti enuntiati á neſcio quo Chryſippo deſumpſit, non ſatis veris Logicæ legibus conſentaneam, dum & disjunctivum & ſubdisjunctivum interpretatur. Hęc verba, inquit (ille aut ille) non ſolúm disjunctivæ, ſed etiam ſubdisjunctivæ orationis ſunt: disjunctivum eſt, veluti cúm dicimus, Aut dies eſt, aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum. item ſublato altero, alterum poni. Hoc disjunctivum eſt Proculo ita definitum, non ſatis tamen logicé, neq; ſatis accuraté: Definitur enim enuntiatum, per ſyllogiſmũ disjunctum, ubi de disjunctis duobus aſſumitur vel tollitur alterum, ut reliquũ in complexione tollatur aut ſtatuatur. Hæc enim ponendi tollendiq; lex, definitio eſt ſyllogiſmi disjuncti duorum generum, quod non eſt in omni disjuncto abſoluto verum: Nam cúm dicitur, Aut decẽ poſſunt, aut unus non poteſt: vera & legitima disjunctio eſt: attamẽ aſſumpto & poſito altero, quale fuit in ipſo disjuncto, nempe, At unus non poteſt: non tolletur reliquum, ut ei contrarium concludatur, Ergo decem non poſſunt. Sequitur de ſubdiſjunctivo Logica etiam ſpinoſior, cúm de disjunctivo dictum eſſet. Ita (ait Proculus) ſimili figuratione verbum poteſt eſſe ſubdisjunctivum. Subdisjunctivi autem genera duo ſunt: unum, cúm ex propoſitis finibus ita non poteſt uterque eſſe, ut poſſit neuter eſſe: veluti cúm dicimus, Aut ſedet, aut ambulat. Nam ut nemo poteſt utrumque

ſimul

ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrum: veluti is qui accumbit. Alterius generis eſt, cùm ex propoſitis finibus ita non poteſt neuter eſſe, ut poſſit utrumq; eſſe. veluti cùm dicimus, Omne animal aut facit, aut patitur. nullum eſt enim, quod nec faciat, nec patiatur. at poteſt ſimul & facere, & pati. Hîc Proculus duo ſubdisjunctivi genera non rectè interpretatur, & tamen interpretatione ipſa refellit: nam in utroq; exemplo (ut) uſurpat pro (quin) & interea falſum docet illud eſſe (Aut ſedet aut ambulat) cùm tertium doceat eſſe, nempe quòd accumbit. Falſum etiā hoc eſſe aut certè ridiculum demonſtrat, Omne animal aut facit, aut patitur: quia disjungit ea, quæ natura conjuncta ſint: Omne enim agens, agendo patitur. Itaq; Proculus, juris Romani prudentiſſimus eſſe potuit; qui logici juris perinde peritus non eſſet. Notabilius autem illud eſt ſexto libro Codicis Juſtiniani, ubi disjunctivum ait aliquando copulativè accipi: ut in interdicto, Quod vi aut clàm. ubi (aut) conjunctio, pro (&) apertiſſimè poſita eſt, ait Juſtinianus. Atqui rectior eſt iſta Juſtiniani poſterior grammaticane an logica? mentis enim & rationis, Logica tantùm eſt; verborum latinorum, aut græcorum, aut cujuſquam linguæ ſymbolorum non eſt; ſed ea grammaticis ſubjecta eſt materia: Itaque ſi (aut) copulet, non disjungat, enuntiatum faciet copulatum, non disjunctum. Videtur autem interdum (aut) etiam apud Ciceronem copulare: ut in Fato, Non enim credo nullo præcepto aut cæteros artifices verſari in ſuo munere, aut eos qui divinatione utantur, futura prædicere. Hîc enim adde (neque) pro (aut) eandem ſententiam expreſſeris. Sed adhuc de disjuncto, deque cæteris enuntiati generibus, id eſt de toto primi judicii genere, perſpecta nobis eſt P. Rami in agro Ariſtotelis & Ariſtoteleorum, Theophraſti, Eudemi, Boëtii, diligentia: ſpinæ hîc non tam multæ, quàm antea, ſed tamen graves admodum & moleſtæ fuerunt: ut gratum opus logicæ artis agricolis propoſitum hîc eſſe debeat. Recordemur igitur, è quibus vepribus extracta ſit nobis primæ diſpoſitionis logicæ doctrina. Liber Poſteriorum primus ferè totus, in tribus legibus κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθόλȣ πϱῶτον, conſumptus eſt: unde tres trium definitionum verſiculi

deducti ſunt duo libri Interpretationis,& tria prima capita primi Priorum,tantúm de enuntiato ſimplici loquuntur: unde ſi quintum & ſextum capita primi de Interpretatione ſuſtuleris,nihil jã poſſes,niſi ſentes eruere: Grammatica eſt de nomine,verbo,oratione,quatuor primis capitibus primi libri: ſeptimum caput eſt de ſophiſmate ambigui enuntiati: octavum, de doctrina illa impia futuri contingentis: totus liber ſecundus, de ſophiſmatis infinitorum & modalium, compoſitionis & diviſionis, & quód contradicentia magis oppoſita videantur, quám adverſa. Denique tribus capitibus primi Priorum, iterantur dicta quinto & ſexto capitibus primi de Interpretatione; & novum converſorum enuntiatorum ſophiſma, tanquam ſuperioribus ſophiſmatis corollariũ additur. Quamobrem hæc omnia tam multa ſi quis prætermiſſa conqueratur; cogitet de jure & juſtitia legis illius καθ' αὑτὸ, alienis & heterogeneïs locum in arte nullum eſſe. Itaque in Logica, Grammaticis de nomine & verbo verbique modis,locum nullum eſſe: ſophiſticis veró nugis , nullo prorſus legis cujuſquam jure, locum ullum eſſe reliquum. Tales igitur ſpinæ, P.Rami agricultura radicitus evulſæ ſunt: Atque ut veræ fruges liberiús uberiúſq; ſuccreſcant, præcepta non ſolúm legibus & inſtrumentis illis Ariſtoteleïs κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθόλȣ πρῶτον congruenter expoſita ſunt, ſed exemplis Homericis illuſtrata & exornata.

CAP. 9. De Syllogiſmo.

ᵒ ATque ejuſmodi judicium eſt enuntiati, per ſe manifeſti: ſequitur judicium ″ſyllogiſmi & methodi. ″Syllogiſmus eſt diſpoſitio, qua″quæſtio ″cum argumento diſpoſita, neceſſarió concluditur : Nam ſi enuntiatio dubia ſit, quæſtio efficitur , & ad ejus fidem ″tertio argumento opus eſt, cum quæſtione collocato. Syllogiſmi ″pars altera antecedit, altera conſequitur.

quitur. Antecedens eſt, quæ adhibetur ad arguendum quæſtionem: duaſque partes habet, propoſitionem & aſſumptionem: Propoſitio eſt prima pars antecedentis, qua quæſtionis ſaltem conſequens cum argumento diſponitur. Aſſumptio eſt ſecunda pars antecedentis, quæ aſſumitur é propoſitione. Syllogiſmi pars conſequens eſt quæ complectitur partes quæſtionis, eamque concludit: unde complexio & concluſio dicitur. Si qua pars ſyllogiſmi defuerit, enthymema dicitur: ſi quid præter illas tres partes acceſſerit, proſyllogiſmus. Partium etiam ordo ſæpe confunditur: attamen ſi qua dubitatio propterea fuerit, explenda quæ deſunt, amputanda quæ ſuperſunt, & pars quęlibet in locum artis redigenda eſt.

Atque ejuſmodi] Judicium enuntiati, eſt judicium logicæ diſpoſitionis, non ſolúm primum, ſed pené totum: certé totius reliqui judicii fundamentum: hoc enim judicantur omnium artium, omneſque omnino enuntiationes per ſe claræ & manifeſtæ, qualia feré ſunt exempla illa Homerica, præceptis antecedentibus, á P. Ramo adhibita: nec intereſt, utrúm quæſtionis alicujus explicatio ſit: Ariſtoteles (ut antea patuit) efficientem, materiam, partitionem, definitionem, nominatim ſyllogiſmi judicio detraxit. at omnis omnino quæſtio, cui reſponderi non poſſit, Ita vel non: hoc primum enuntiati judicium ſubit, ſyllogiſmi jus aut tribunal nullum agnoſcit: ut quid eſt? quæ partes? quale eſt? ubi eſt? quando veniet? Nam ſi reſpondeas quod quæritur, acquieſcet auditor, quærereq; ultrá ac dubitare deſinet; ac poſtea quicquid judicabitur, ope primi hujus judicii judicabitur. Totæ artes, excepta Geometria & Geometriæ ſubalternis, ſolo enuntiati judicio νοητικῷ contentæ, ſyllogiſmum feré nullum requirunt; & tamen in geometricis ipſis νοητικὰ non pauca

ſunt,eaque ſyllogiſticorum omnium principia & fundamenta. frequentioris cauſſam P.Ramus arbitrabatur eſſe ex obſcuritate rerum quæ νοητικῷ judicio judicari & declarari non poſſent: ideoque ſyllogiſticæ neceſſitatis judicio convincendæ eſſent & concludendæ. Itaque P.Ramus vehementer hoc loco excitabatur ad hominum ſcholaſticorum torporem quendam excitandum, qui nullum putarent uſum eſſe Logicæ, niſi diceretur, Sic argumentor, ſic argumentaris; niſi denique ſyllogiſmus eſſet aliquis. Enimvero (ajebat, diſcipulos exhortando) cogitemus de Grammatica ſimile quippiā: Quando nomina declinantur, verba conjugantur, cujuſnam artis opus illud eſt? grammaticum nempe. quando nomina cum nominibus, cum verbis paſſivis, cum adverbiis cōponuntur, cujuſnam artis eſt? grammaticum idem, reſpondebis. Quid igitur, ſi quis aſſereret ad unam aliquam ſyntaxeos excellentē regulam, ut verbi activi accuſativum regentis, totum grammaticæ artis uſum referri, nonne ridicula & temeraria aſſertio diceretur? At ſcholæ Logicorum toto feré terrarum orbe (ne quis Academiæ Pariſienſis errorem præcipuum arbitretur) de Logica, grammatiſtæ illius judiciū ſequuntur: nullum cenſent uſum eſſe Logicæ, niſi in ſyllogiſmo. Itaq; Logica anté diviſa fuit in Apodicticam, Dialecticam, Sophiſticam, id eſt in ſyllogiſmum apodicticum, dialecticum, ſophiſticum. At (ajebat P.Ramus) quando conſideras cauſſam, & cauſſæ genera, facta, ſubjecta, diſſentanea, & diſſentaneorum genera, & reliqua illa ſine ſyllogiſmo ullo opera, cujuſnam artis opus facis & operaris? Quando tot enuntiatorū modis enuntias, ſimplicis, generalis, ſpecialis, compoſiti, componendo copulaté, connexé, ſegregando diſcreté, disjuncté, quando (inquam) tot modis enuntias, cujus artis facultate uteris? nonne Logicæ & Dialecticæ? at ſyllogiſmus híc nullus eſt. Methodus denique, quæ ſyllogiſmi doctrinā ſequitur, ſyllogiſticū nihil conſiderat, anteceſſionis tantúm & cōſecutionis ordinē intuetur. Ergo totus Logicæ uſus in ſyllogiſmo nō eſt: magnus quidē & eximius rationis uſus in ſyllogiſmo verſatur, ſed nō totus: ut Grammaticæ uſus eſt multus in ſyntaxi verbi activi, ſed nō totus. Itaq; concludebat P. Ramus enuntiati

judicium

judicium non ſolùm eſſe magnum per ſe & amplum, ſed reliqui in ſyllogiſmo & methodo judicii fundamentũ eſſe.

Syllogiſmi & methodi] Duæ ſpecies ſunt pro genere innominato, vel potiùs ignoto, ſicut antea præmonui. hoc igitur intelligatur judicii genus primum eſt in enuntiato, ſecundum eſt in ſyllogiſmo & methodo. Syllogiſmi doctrina quæ ſequitur, duobus primis Analyticis ab Ariſtotele comprehenditur: neque adverſus tautologias, legi καθόλȣ πρῶτον contrarias, agricultura P. Ramo hîc magna fuit: fuit tamen omnium maxima graviſſimaque adverſus ſpinas omnium ſpinarum ſophiſticarum longè ſpinoſiſſimas: ut infinitorum, modalium, converſionum ſophiſmata præ iis nihil eſſe dicas. Mirabile ſit, & vix (niſi oculis intuenti) credibile, quot & quanti veterum Logicorum labores de una ſyllogiſmi doctrina ab Ariſtotele duobus totis Analyticis libris collecti ſint: cultura & ſatio minimè omnium defuerunt: Ariſtotelea colendi, ſerendi, metendi inſtrumenta maximè omnium defuerunt. Quapropter P. Rami in his potiſſimùm terris agriculturam contemplemur: Paucæ definitiones & partitiones hîc requirebantur, pro quibus ſexaginta capita in duobus illis Analyticis omnia omnium ſpinarum genera compararunt. Ergo hîc Ariſtoteleorum inſtrumentorum opus, hîc labor P. Ramo fuerit.

Syllogiſmus] Definitio eſt ſyllogiſmi ex genere primũ: diſpoſitio enim, genus eſt ſyllogiſmi, & ſi proximum genus illud ſyllogiſmi & methodi nominatum eſſet, cõmodiùs etiam adhiberetur. at id ignotum eſt: Arripitur igitur à P. Ramo proximum optimo. ac quamvis genus ſyllogiſmi & methodi ſit ignotum: attamen generalis ejus affectio κρύψις occultatio, non eſt ignota, ut per ſpecies clariùs apparebit,

Quæſtio] ἐρώτημα, ἐρώτησις, πρόβλημα, ζήτησις, πρᾶγμα, τὸ ἐξ ἀρχῆς: Interrogatio, propoſitum, quæſtio, res, quod erat ex principio, vocatur in Organo: non autem omnis quæſtio, (ut jam dixi) ſyllogiſtica, id eſt ſyllogiſmi concluſioni & tanquam juriſdictioni ſubjecta eſt: ſed enuntiatũ dubium tantummodo huc attinet, ſive ſimplex, ſive compoſitum.

Cum argumento] Differentia & forma deinde ſyllogiſmi declaratur, é forma diſpoſitionis, qua quæſtio cum argumento diſpoſita, neceſſarió concluditur: neceſſitas enim diſpoſitionis híc efficit neceſſitatem complexionis. atque ſimile quiddam connexo disjunctoque cognoſcitur. Connexum, eſt neceſſarium, non ex neceſſitate partium connexarum, ſed neceſſitate connexionis: Diſjunctum, eſt neceſſarium, non ex neceſſitate partium diſjunctarum, ſed ex neceſſitate disjunctionis: Ita ſyllogiſmi complexio neceſſaria, ex neceſſitate conſecutionis: ut antecedens nempe concedi non poſſit, quin conſequens admittatur; neque híc veritas partium conſideratur: Poteſt enim ſyllogiſmus ex falſis neceſſarió verum concludere: ut, Omnis lapis eſt animal: Omnis homo eſt lapis: Ergo omnis homo eſt animal. ſyllogiſmus eſt conſtans & neceſſarius, cúm tamen antecedens totum ſit falſum. Sic Ariſtoteles 2.3.4. cap. 2. Prior. docet, ex falſis verum poſſe concludi: conſecutionis enim diſpoſitio eſt neceſſaria. Poteſt etiam ſyllogiſmus ex omnibus partibus falſis & impoſſibilibus neceſſarius eſſe: Omnis arbor eſt lapis: Omnis leo eſt arbor: Ergo omnis leo eſt lapis. ſyllogiſmus eſt neceſſarius, quamvis partes ſint impoſſibiles. Quamobrem ſyllogiſmi judicium nunc reſpondet abſoluto neceſſarioque connexi & disjuncti judicio, & neceſſitas pendet é diſpoſitionis conſtantia & firmitate.

Tertio] Argumentum, híc μέσον medium dicitur, metaphora é topico continuæ ſimlitudinis: Illic enim appellatur μέσον ἀνάλογον: & hac metaphora appellatum eſt quodlibet argumentum: ſed metaphora obſcura, & Græcis etiam interpretibus moleſta, ut primo libro ad argumenti definitionem dictum eſt. at argumentum, in ea ſola figura quæ Ariſtoteli prima eſt, medium eſſe poteſt, & iſtam anteceſſionis & conſecutionis analogiam retinere poteſt; in cæteris non poteſt. Quare metaphoras tam obſcuras, imó tam alienas tamque diſſimiles, P. Ramus evitavit. Syllogiſmi autem unicum eſſe argumentum, ideoque terminos ſyllogiſmi tres eſſe, non plures, 25. cap. 1. Prior. diſſeritur. At doctrina hæc inutilis eſt, quia é doctrina virtutis, patet refutatio contra-

contrarii: atque item quærere, utrúm tres illi termini, tribus vocabulis exponantur, an longiore orationis ambitu circumſcribantur, ad rem logicam nil attinet: Definitiones, diſtributiones uno verbo exprimi non poſſunt, quæ tamen argumenta ſunt: & in ipſa inventione monuimus, argumenti ſimplicis intelligentiam, interdum verbis plurimis exprimi: & hac de re 36. 37. 38. cap. 1. Prior. docent, tres ſyllogiſmi terminos non ſemper tribus verbis, neque rectis caſibus, ſed ſæpe longa oratione exprimit. Medii autem illius inventio, jam communiter expoſita eſt: neque in doctrina ſyllogiſmi eſt confundenda, ut Ariſtoteles viceſimo nono capite primi Prior. confundit, novo quodam inventionis & mirifico genere, ubi é definitionibus ſyllogiſmorum ipſorum, locos inventionis effecit: & quidem tanta obſcuritate, ut illic pons aſinorum á ſcholarum noſtrarum doctoribus vulgó appelletur. Figuram quadratam Ariſtoteles illic inſtituit, variis triangulis inciſam, quibus ſyllogiſmi recti & vitioſi notantur: quam qui retexere non poſſit, aſinus videlicet habeatur. at de hoc aſinario ponte dialecticæ Scholæ accuratiús conſiderant. quapropter illuc adeat, ſi quis ampliús requirat. Ariſtoteles 9. & 17. cap. 2. Poſteriorum ait, argumentum ſyllogiſmi demonſtrativi ſumi á majore quæſtionis extremo, id eſt conſequente: quod non eſt κατὰ παντὸς: poteſt enim de utralibet parte aſſumi. Syllogiſmi nomen deinceps explicetur: Primó ſyllogiſmus proprié videtur calculum arithmeticum ſignificare, ut collectionem, qualis fit ex additione variorum nominum capitumque ſumma quædam: & ſic Ariſtoteles 2. capite Topic. 6. συλλογισμὸν uſurpat, tanquam συλλογὴν καὶ ἐπαρίθμησιν. In Philoſophia 1. capite. 8. libr. ſic loquitur: ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων συλλογίζεσθαι δεῖ, καὶ συναγαγόντας τὸ κεφάλαιον, τέλος ἐπιθεῖναι, ex dictis veró colligere oportet, & colligen- «
tes ſummam, finem imponere. & Quintilianus ſexto ca- «
pite tertii libri ſyllogiſmũ collectivum interpretatur. Ergo á mathematicis, ut termini, ut medii, ut figuræ ac pleraque alia nomina, ita ſyllogiſmi nomen, ad diſſerendi artem tranſlatum eſt: λογισμὸς autẽ pro eodem in Ariſtotele ſæpe legitur. ἔστι γὰρ ἢ ἴσως καὶ λογισμός. hic enim for-

taſſe logiſmus erat. Cap.18.lib.2.Poſterior. οἷον δόξα καὶ λογισμὸς, ut opinio & logiſmus. & 3.cap. 6. Top. ἰσότης ἐναντίων λογισμῶν, æqualitas contrariorum logiſmorum & 8. cap. Phyſic. ἀρχὴ γὰρ καὶ αὐτὴ οὐ τῆς πράξεως, ἀλλὰ τοῦ λογισμοῦ, principium enim ipſum non actionis, ſed ratiocinationis. & 1.cap.lib.1.Philoſ. τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ τέχνῃ, καὶ λογισμοῖς ζῇ: genus autem hominum, arte vivit & ratiocinatione. & cap.7.lib.11. διὸ ἄδηλος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, quare incerta humana ratiocinatione. Ergo λογισμὸς dicitur ut συλλογισμὸς, quod etiã παραλογισμὸς compoſitum verbum pro ſyllogiſmo fallaci & captioſo magis indicat: atque inde dicitur λογιστικὴ pro Arithmetica. Jam veró ſi lubet, agriculturam P.Rami conſideremus, & quid ea factus ſit melior Logicus Ariſtotelis ager, attendamus.

Quænam igitur, aut qualis eſt ſyllogiſmi Organica definitio? Ea veró ſic eſt 1.cap. 1. Prior. » Syllogiſmus autem eſt » oratio, in qua poſitis quibuſdam aliud quippiam á poſitis » ex neceſſitate accidit, quia hæc ſint. Quæ definitio idcirco minús aperta eſt, quia non ſatis perſpicuas & idoneas ſyllogiſmi cauſſas continet: Nam ſi λόγος, dicatur oratio: ſyllogiſmi genus non eſt: ſin autem ratio, genus eſt longé petitum, quod & inventionem, & diſpoſitionem univerſam ſignificat: reliquæ veró partes, formalem cauſſam obſcuriús involvunt, neque declarant quæſtionem cum argumento diſponi, ut neceſſarió concludatur, neque etiam definitionem propriam efficiunt: Nam quibuſdam poſitis, poteſt aliquid neceſſarió conſequi, quód hæc ita ſunt: neque tamen erit ſyllogiſmus: Omnis enim ſyllogiſmus, neceſſarium: non omne autem neceſſarium, ſyllogiſmus: Quare non ſi quid accidit quibuſdam poſitis, conandum ut protinus reducatur in ſuam formam, ſed priús ſumendæ ſunt duæ propoſitiones, ut Ariſtoteles ipſe præcipit 33. cap.1. Prior. Si quis igitur ita diſputat: Vẽti incubuere mari: Crebris micat ignibus æther: Denſi funduntur ab æthere nimbi: Ergo tẽpeſtas eſt; ex his antecedẽtibus cauſſis ita poſitis, neceſſarió tempeſtas efficitur, neque tamen ſyllogiſmus eſt. Quamobrem analytica ſyllogiſmi definitio, vel Ariſtotelis ipſius teſtimonio & judicio, videtur emendari corrigique: tanquam ea parúm legi κατὰ παντὸς obſecuta

ſecuta ſit. Quapropter ad conſtituendum & definiendum ſyllogiſmum, prima illa P. Rami diligentia, Ariſtotelis non tantùm inſtrumentis, ſed manu atque opere adjuta eſt. Et veró conſors laboris & conſcius ſollicitudinis fui, quoties iſta definitio verſata, tornata, & ad incudem revocata ſit, antequam iſto modo conſiſteret. quo tamen genus illud proximum, quod optaretur, nondum obtinuit.

Pars] Partitio ſyllogiſmi & enũtiati, communibus vocabulis, partes ſuas appellat: quanquam res eſt diverſa: ſed penuria verborum eſt; atque etiam ſyllogiſmo, antecedentis & conſequentis vocabula magis ſunt uſitata, quàm enuntiato.

Adhibetur] Antecedens ſyllogiſmi, continet argumẽti collocationem cum quæſtione: ideoque cauſſam concludendi conſequentis: Pars autem antecedentis utraque appellatur διάϛημα intervallum 4.14.17.26. cap.1. Prior. item 2. cap.2. Prior. tum 17.18.19. cap.1. Poſterior. Sed metaphora illa eſt mathematica etiam hìc durior: appellatur etiam pars utraq; πρότασις, propoſitio, & diſtinguitur adjectivis, intervallum majus & minus: itẽ propoſitio major & propoſitio minor. Sed propoſitionis nomen præſtabit proprié ad primam partem ſignificandum uſurpare, ut Cicero & Quintilianus uſurparunt. Duas autem tantùm partes ſyllogiſtici antecedentis eſſe, diſſerit Ariſtoteles 26. cap.1. Prior. ſecus, ſi quid præterea ſit, eſſe προσυλλογισμόν. quod verum quidem eſt, ut de tribus antea terminis: ſed affirmatione virtutis, patet negatio contrarii.

Propoſitio] Propoſitio eſt pars prima, qua quæſtionis ſaltem conſequens cum argumento diſponitur quidem, ut in ſyllogiſmo ſimplici: alias quæſtio tota, ut in cõpoſito ſyllogiſmo: Itaq; ſive diſponatur conſequens, ſive quæſtio, attamẽ definitio vera erit, & propoſitio ſemper complectetur quæſtionis conſequens cum argumento propoſitionis.

Aſſumptio] Aſſumptio definitur é poſteriore ordinis gradu: & quód aſſumatur é propoſitione: non definítur é diſpoſitione argumenti cum parte quæſtionis, quia id nõ perpetuó verum ſit: in ſimplici enim ſyllogiſmo perpetuũ eſt, in compoſito non ſemper: ut, Si dii ſunt, divinatio eſt:

dii ſunt: divinatio igitur eſt. Aſſumptio nil habet quæſtionis: quod poſtea clariús intelligetur. Aſſumptio Stoïcis eſt πρόσληψις: Peripateticis μετάληψις, ut interpretes Græci adnotarunt 30.cap.1.Prior. item 21.& 30.cap.1. Poſterior. at illud verbum Ariſtoteli, & hoc Ariſtoteleïs eſt commune: Unde autem ſumatur propoſitio, quærere jam nõ convenit. ſumitur enim é locis inventionis argumentum, quod diſpoſitum cum quæſtione, propoſitionem facit. Argumenta autem illa magna jam parte artium decretis comprehenſa ſunt: Itaque fit, ut propoſitio ſyllogiſmi plerumque ſit é Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Mathematica, Philoſophia, Juriſprudentia: Regulæ enim ac leges, quæ primis annis ediſcuntur, non ſolúm prima ſunt ſuæ veritatis judicia, ſed ſunt etiam propoſitiones & fundamenta judiciorum ſyllogiſticorum, quæ poſtea concludimus in ſpecialibus & inde deductis rebus. Quamobrem quod Ariſtoteles εὐπορίαν τῶν προτάσεων καὶ τῶν συλλογισμῶν profitetur, tanquam aliquo inventionis titulo, ut nominatim 28.cap.1.Prior.& 11.cap.1.Topic. non ſatis neque accurata, neque logica profeſſio eſt; neque ſatis apta inventionis á judicio & diſpoſitione differentia: confuſio enim triplicis Logicæ, apodicticæ, topicæ, ſophiſticæ, huc illa redit, de qua initio primi libri tam diligenter á nobis actum eſt: ut ſophiſma tam legibus omnibus Ariſtotelis infenſum & contrarium tolleretur.

Conſequens] Ariſtoteli pars illa dicitur συμπέρασμα, á συμπεραίνω concludo: Stoïcis eſt ἐπιφορὰ illatio: Complexio Ciceroni & Quintiliano dicitur & modó ex quodam conjugatorum argumẽto explicatur, Quæ complectitur partes quæſtionis.

Concluſio] Similiter ex conjugatis definitur, quia concludit: appellatur autem etiam tota ratiocinatio & argu-
» mentatio, concluſio. Cic. in Lucullo: Hæc concluſio quam
» vim habeat, conſidera. Sic Græcum ſyllogiſmi verbum, videtur proprié complexionem ſignificare: & ſic Ariſtoteles 17.cap.2. Prior. uſurpat, cúm ait ex falſis verum concludi poſſe, ex oppoſitis non poſſe: ut in exemplo, Omnis homo eſt animal, Nullus homo eſt animal, Ergo nullus
» homo eſt homo. Ἀεὶ γὰρ ἐναντίος ὁ συλλογισμὸς γίνεται τῷ πράγματι:

πράγματι: ſemper enim ſyllogiſmus rei adverſus efficitur. «
hic συλλογισμὸς ἀντὶ συμπεράσματος capitur.

Enthymema] Paucis verbis magna hiſtoria variorum apud Ariſtotelem dogmatum comprehenditur: Iſta enim κρύψις eſt ſyllogiſtica, in qua & partium vel defectus, vel redundantia, & ordinis inverſio conſideratur. Duodecim tota capita ſunt ultima in primo libro priorum Analyticorum de analyſi ſyllogiſmi: quæ ſi quid habent logici emolumenti, id totum hic non tam ſuccinctè quàm planè perfectèque comprehenſum eſt, ut jam antea in ſyllogiſmi partibus eſt declaratum. Analyſis igitur Ariſtoteli, eſt logici operis tanquam telam jam contextam retexere: Cujus utilitatem certam profert 33. capite 1. Prior.
Accidit autem ſimul & priùs dicta confirmari, & clario- «
ra fieri, quòd ſic habeant per antè dicta: Neceſſe enim eſt «
omne verum ſibi ipſi uſquequaq. conſonum eſſe. hic fru- «
ctus eſt permagnus, quòd retexendo ſyllogiſmo jam facto, judicium confirmatur & illuſtratur: ſed fructus communis retexendo cuilibet argumento, ut definitionis, diſtributionis: item cuilibet enuntiato & methodo: & analyſis interea talis, præcipuam in Logica arte doctrinam nullam requirit.

Enthymema] Ariſtoteles 27. capite 2. Prior. definit hoc modo: ἐνθύμημα μὲν οὖν ἐστὶ συλλογισμὸς ἀτελὴς ἐξ εἰκότων καὶ σημείων: Enthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus, è veriſimilibus & ſignis. At poſtremum hoc additamentum (è veriſimilibus & ſignis) non plus in enthymematis definitione requiritur, quàm in ſyllogiſmi definitione: ex quot enim argumentis ſyllogiſmo pleno concludi poteſt, ex totidem poteſt imperfecto concludi. Ariſtoteles igitur id collegit, non judicavit.
Cicero in Topicis, nomine enthymematis omnem ſen- «
tentiam ſignificari ait: ac præcipuè eam concluſionem, «
quæ ſit è contrariis; quia acutiſſima videatur. Sed ne- «
que Ariſtotelis illud ex adjunctis, neque Ciceronis è contrariis, enthymema modò P. Ramus appellat, ſed è quocunque argumenti genere ſyllogiſmum parte, de tribus aliqua, truncum & imperfectum: ad cujus accuratius & perfectius judicium, ſi qua enthymematis

dubitatio ſit, reſtituendum eſt, quod defuerit. & ſic 33. cap.
» 1. Prior. de propoſitionib. præcipit Ariſtoteles: Et ſi ambæ
» ſumptæ non ſint, ipſe reſtituas alteram: Interdum enim
» qui univerſalem propoſuerint, in ea comprehenſam non
» aſſumunt, neque ſcribentes, neq; interrogantes: per quas
» autem ipſæ concludunt, prætermittunt: alia veró fruſtra
» interrogant. Conſiderandum veró ſi quid ſuperfluum aſ-
» ſumptum ſit: & ſi quid neceſſariorum prætermiſſum: &
» hoc quidem reſtituendum, illud veró tollendum, donec
» ad duas propoſitiones perveneris. Sine enim his non licet
» reducere ſic interrogatas rationes. Hæc Ariſtoteles de enthymemate, aliás ex ellipſi aſſumptionis: id enim eſt quod comprehendi Ariſtoteles ait in propoſitione: aliás ex ellipſi propoſitionis: id enim eſt per quod concluditur. & ſic Philoponus ait ad hunc locum, propoſitionem eſſe, per quam aſſumptio complexionem colligit. Hîc igitur Ariſtoteles annotavit ellipſin partis utriuſque in antecedente: Ellipſis aliquando etiam eſt complexionis. Enthymematis veró referta ſunt in bonis authoribus omnia; deque ſyllogiſticis quæſtionibus, vix ac ne vix quidem, milleſimam pleno ſyllogiſmo concluſam invenies. Hîc veró libet é P. Rami exemplis, quibus de enthymemate diſſerens utebatur, ſingulas enthymematicas ellipſeis illuſtrare. Cicero
» in lib. de Senect. propoſitionem ſic omiſit: Senex nec quod
» ſperet, habet: At eſt eó meliore conditione, quám ado-
» leſcens: cúm id quod ille ſperat, hic aſſecutus ſit. ille vult
» diu vivere: hic diu vixit. Adde propoſitionem generalem,
» & conclude:

Qui jam eſt aſſecutus, beatior eſt eo, qui ſe aſſecuturum ſperat:

At ſenex aſſecutus eſt longam vitam, quam adoleſcens ſperat:

Itaq; ſenex beatior eſt adoleſcente.

Martialis lib. 5. in ſequenti enthymemate aſſumptionem relinquit:

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis,
Formoſus ſeptem, Marce, diebus eris.
Si non deriſdes, ſi verum, lux mea, narras:
Ediſti nunquam, Gellia, tu leporem.

Adde

Adde aſſumptionem, ſyllogiſmus talis erit:

Si quis edat leporem, ſeptem diebus formoſus erit:
Gellia nunquam formoſa fuit:
Gellia igitur nunquam edit leporem.

Martialis lib. 1. complexionem omittit:

Amiſſum non flet, cúm ſola eſt Gellia, patrem
Si quis adeſt, juſſæ proſiliunt lachrymæ.
Non luget, quiſquis laudari, Gellia, quærit:
Ille dolet veré, qui ſine teſte dolet.

Exple ſyllogiſmum, & conclude:

Verus luctus eſt occultus:
Fletus Gelliæ non eſt occultus:
Fletus igitur Gelliæ, non eſt verus luctus.

Proſyllogiſmus] Sic Ariſtoteli dicitur ſyllogiſticæ partis
exornatio aliqua vel approbatio, ad 26. caput 2. Prior. ubi
περὶ προσυλλογισμῶν præcipué agitur. quód ſi termini "
quatuor ſint, propoſitiones tres erunt: ſi termini quin- "
que, propoſitiones quatuor, & ſic deinceps: quo capite "
etiam proſyllogiſmus appellatur πρόσθεσις additio: cujus
exempla in ſingulis generibus frequentia erunt. Proſyl-
logiſmus autem adhibetur non ſolúm ad probandum,
ſed etiam ad occultandum: unde eſt Ariſtotelea κρύψις
præcipué nominata, de qua præcipitur 20. capite 2. Prior.
& 1. capite 8. Topic. & 14. capite 2. Elench. ne res conclu-
denda præponatur, ne antecedentis partes continuentur,
ſed rebus alienis miſceantur, affectúque vario turbentur:
ut cúm quæſtio concluderur, quæratur propter quid: quod
totum omnibus quidem argumentis, ſed præcipué rhe-
toricis & troporum & figurarum ornamentis efficitur.
His autem crypticis Socrates multúm uſus eſt: ideoque
ab iis, contra quos diſputat, appellatur incantator, tor-
pedo, Dædalus. ut in Menone: Et nunc, ut mihi videris, "
præſtigiis me decipis, veneficiis inficis, & aperté incantas: "
ita ut ambiguitatis ſim plenus: videris quoque mihi pror- "
ſus (ſi quidē licet in te jocari) & forma, & aliis rebus, ſimil- "
limus torpedini, latiſſimo piſci maris: qui hominem ſibi "
propinquantem & tangentem, membris & corpore ſtu- "
pidum reddit: & tu videris ſtuporem mihi nunc injeciſſe: "
nam & animo & corpore ſic obſtupui, ut quid tibi reſpon- "

„ deam, non habeam. Sic Euthyphron Socratem Dædalo
„ comparat: Mihi quidem propemodum videntur ea, quæ
„ dicis, ô Socrates, eadem dicacitate notanda eſſe: quód e-
„ nim illa noſtra oberrant, neq; ſibi conſtant, non ego ſum
„ accuſandus: ſed tu mihi Dædalus videris: nam quod ad me
„ attinet, illa ſic conſtitiſſent & manſiſſent. Thraſimachus libr. 1. de Repub. Socratem nominat in ſermonibus ſycophantam & inſidiatorem. Atque hæc de partium ellipſi & redundantia: ordinis κρύψις brevior eſt. Propoſitio & aſſumptio, licet artis ordine ſit illa prior, hæc poſterior: uſus tamen ordinem hûc permiſcet: ut in Grammatica, quamvis ſuppoſitum præcedat, appoſitum ſequatur: artis uſus tamen, & voluptas aurium id ſæpe pervertit: attamen & illic, & híc, cúm exigitur ratio artis, ſuppoſitum præponitur, appoſitum ſuccedit: ita in ſyllogiſmo, propoſitio prima, aſſumptio ſecunda erit. Atque hæc de ſyllogiſmi partibus, in quibus Ariſtoteles 26. capite 1. Prior. analogiam quandam mathematicam meditatus eſt. Omnis erit ſyllogiſmus ex propoſitionibus quidem paribus, terminis imparibus: uno enim plures ſunt termini, quám propoſitiones: erunt autem complexiones, dimidium propoſitionum. Híc Ariſtoteles arithmeticam ternarii, binarii, unitatis analogiam reperit, ubi differentia exceſſus, unitas ſemper eſſet. Atqui in hoc exemplo memini P. Ramum excitatũ eſſe adverſus ſcholaſticos philoſophiæ Ariſtoteleæ profeſſores neſcio quos, qui cúm Euclidis elementum nullum unquam guſtaſſent, attamen auderent philoſophiam tam multis partibus mathematicam profiteri: Etenim cúm mathematica ſint vocabula ὅρος, μέσον, διάστημα, σχῆμα, ſimiliaque: item exempla de trianguli tribus angulis, de diametro aſymmetro, de tetragoniſmo, ut modó de hac analogia: dicebat, ἀγεωμετρήτους interpretes (quales toto terrarum orbe plerique eſſent) non plus in Logica Ariſtotelis videre, quám Polyphemus ab Ulyſſe occæcatus, vidiſſet in illa ovilis ſui ſpelunca. Sed cúm P. Ramus iſtam Geometriæ ignorantiam deploraſſet: attamen totũ hoc & verborum, & exemplorũ á Mathematicis genus á Logica rejiciebat, quia καθ' αὑτὸ id in Logica non eſſet; præſertim cúm poſterioris eſſet diſciplinæ, neque dum logicæ

artis

artis diſcipulo perceptæ. Hæc igitur de ſyllogiſmi parti-
bus antecedente, propoſitione & aſſumptione; item con-
ſequente, complexione. Cicero in veteri Rhetorico, quinq;
partes ratiocinationi tribuit, ut prima ſit propoſitio, de-
inde ejus ratio, tum aſſumptio, quarta ejus approba-
tio, quinta complexio: á quo diſſentit Quintilianus, ca-
pite 14. libri 5. Mihi (inquit) & plurimis nihilominus au- «
thoribus, tres ſolummodo videntur: Nam ita ſe habet «
natura, ut ſit de quo quæratur, & per quod probetur: ter- «
tium adjici poteſt, velut ex conſenſu duorum anteceden- «
tium: Ita prima erit intentio, ſecunda aſſumptio, ter- «
tia complexio: Nam confirmatio primæ partis & ſecun- «
dæ exornatio, iiſdem cedere poſſunt, quibus ſubjiciun- «
tur. Quæ diſtinctio apud Fabium, numero quidem par-
tium vera eſt (ſunt enim tres tantúm ſyllogiſmi partes)
ſed probatione, falſa: intentio enim & complexio, una
& eadem pars eſt: nec aliud eſt intentio, quám propoſita
quæſtio ſeu enuntiatio dubia, quæ ſubducta ratione tan-
dem concluditur: aſſumptionis autem nomine, propo-
ſitio & aſſumptio confunduntur: Sed hæc ſyllogiſmo de-
que ſyllogiſmi partibus doctrina nobis adhuc arithme-
tica magnam quidem partem illa fuit: Et veró (ut huc P.
Ramus tandem erupit (ſi quid eſt in illa arte præclarum,
quod in primis logico ſyllogiſmi judicio reſpondeat, regu-
la eſt quatuor proportionalium, quam auream Arithme-
tici nominant: ut 2 ad 3 ſic 6 ad quem? quartus proportio-
nalis quæritur: multiplicatur igitur ſecundus per tertium,
& factus 18 diviſus per primum, educit 9 pro quarto: &
jam concluditur, Ut 2 ad 3, ſic 6 ad 9. Quid igitur efficit au-
rea hæc Arithmeticæ regula? é tribus datis, quartum pro-
portionale reperit: & propter infinitum in rebus huma-
nis uſum, aurea dicitur. At ſyllogiſmus quid efficit? é duo-
bus manifeſtis & conceſſis, tertium judicat & concludit:
& quod illic multiplicatio diviſioque, híc propoſitio & aſ-
ſumptio ad colligendum proportionale efficit: ſed Arith-
metica tribus datis opus habet: &, ſi duo tãtúm ſint, ſecun-
dum tamen bis ſumitur: Logica duobus contenta eſt: &
ſyllogiſmus, eſt judex proportionis arithmeticæ, & omni-
um omnino ratiocinationum. Quare ſyllogiſmus cúm

& paucioribus contentus ſit, & omnia complectatur; multó juſtiús aurei cognominis appellationem mereatur. Inauratum eſt Pariſienſis Senatus tribunal illud ſummum, quo civium, principum, regum denique noſtrorum controverſiæ judicantur: at ſyllogiſmi tribunal non inauratum, ſed aureum, ſed cæleſte potiús & divinum habendum eſt: quo judicia noſtri Senatus, imó omnium, qui uſquam terrarum ſint, judicantium de enuntiatis dubiis judicia confirmantur & concluduntur. Hæc P. Ramus de ſyllogiſmi laude præſtantiaque veré & magnificé prædicabat: & tamen interea vehementer admirabatur vel miſerabatur potiús, nullum eſſe in omnibus diſciplinarum ſtudiis hominum genus magis non ignarum modó, ſed faſtidioſum Logicæ, quám noſtri temporis Juris ſtudioſi plerique eſſent, tanquam ars bene judicandi judicibus futuris eſſet inutilis. Quam peſtiferam opinionem é ſcholaſticis ſophiſmatis natam conquerebatur: Propterea adoleſcentes ad Juriſprudentiam acceſſuros in primis exhortabatur ad ſyllogiſticam ſtudioſé cognoſcendum & exercendum: Hoc enim judicii organum judicibus iſtis in primis eſſe neceſſarium. Leges Juſtiniani ſpeciales eſſe judicandi leges, & quidem leges tantúm propoſitionum, ut dixi, quæ ſine ipſa generali ſyllogiſmi lege & regula exitiales paralogiſmos eſſent facturæ: peccaverit enim Grammaticus aut Rhetor in judicio verbi aut tropi, judicii barbariſmus aut inelegantia ridebitur: at ſi judex in judicio capitis, famæ, fortunarum peccaverit; peccatum non jam riſus, ſed luctus & miſeria conſequetur.

CAP. 10. *De prima ſpecie primi generis.*

"SYllogiſmus eſt ſimplex aut compoſitus: Simplex, ubi pars quæſtionis cum argumento "diſponitur, conſequens in propoſitione, antecedens in aſſumptione: eſtque affirmatus é propoſitione & aſſumptione affirmatis:

tis: negatus ex altera tantúm negata: & uterque generalis ex utraque generali: ſpecialis ex altera tantúm generali: "proprius ex utraque propria." Simplicis ſyllogiſmi" genera duo ſunt, primo argumentum antecedit tantúm, vel conſequitur tantúm. Prima igitur ſpecies primi generis eſt, quando ex argumento antecedente in propoſitione utlibet, in aſſumptione affirmaté, complexio ſpecialis efficitur, ut in exemplis.

AFF. GEN.

Conſtantia eſt virtus:
At eſt confidentia:
Quadam igitur confidentia eſt virtus.

NEG. GEN.

Audacia non eſt virtus:
At eſt confidentia:
Quadam igitur confidentia non eſt virtus.

AFF. SPEC.

Sapiens eſt laudabilis:
At quidam eſt pauper:
Quidam igitur pauper eſt laudabilis. vel,
Quidam ſapiens eſt dives:
At ſapiens eſt laudabilis:
Quidam igitur laudabilis eſt dives.

NEG. SPEC.

Stultus non eſt beatus:
At quidam eſt fortunatus:
Quidam igitur fortunatus non eſt beatus. vel,
Quidam ſtultus eſt fortunatus:
At ſtultus contemnitur:
Quidam igitur contemptus eſt fortunatus.

AFF. PROP.

Socrates eſt philoſophus:
At eſt homo:
Quidam igitur homo eſt philoſophus.

NEG. PROP.

Therſites non eſt philoſophus:
At eſt homo:
Quidam igitur homo non eſt philoſophus.

Verúm pro judicii claritate uſus enthymemate híc feré contentus eſt. Quædam confidentia eſt virtus, ut conſtantia: quædam non eſt, ut audacia.

Syllogiſmus] Partitio ſyllogiſmi præceſſit in partes, antecedentem in propoſitione & aſſumptione: conſequentem in cõplexione: diviſio ſequitur in ſpecies, ſimplicem, compoſitum: quæ modó verbis iiſdem appellantur, quibus appellatæ ſunt ſpecies enuntiati ſimplicis, compoſiti: inopia verborum eſt, res tamen definitionibus longé alia demonſtratur. Partitio in Ariſtotelis Organo nulla ejuſmodi eſt: quia de compoſitis ſyllogiſmis nullum eſt in eo verbum: Partitio eſt Theophraſti, Eudemi, Boëtii.

Diſponitur] Diſpoſitio, genus eſt primum & ſummum doctrinæ hujus criticæ: Itaque á capite ſpeciales omnium ſyllogiſmorum, tanquam nervi repetendi ſunt, ſpecialeſque omnes differentiæ derivandæ. Simplex igitur ſyllogiſmus, eſt ſimplex, ubi argumentum diſponitur in propoſitione cum quæſtionis conſequente, in aſſumptione cum antecedente: Ut, ſi quæſtio ſit, an omne juſtũ ſit honeſtum, & ita concludatur:

Omne laudabile eſt honeſtum:
Omne juſtum eſt laudabile:
Ergo omne juſtum eſt honeſtum.

Híc (laudabile) argumentum ſimpliciter & ſigillatim diſponitur in propoſitione cum parte quæſtionis conſequente: item ſimpliciter & ſigillatim in aſſumptione diſponitur cum parte quæſtionis antecedente: atque ita fiet

in omnibus ſyllogiſmis ſimplicibus, ut per ſpecies intelligetur. Quæ cauſſa antè P. Ramo fuit, propoſitionem & aſſumptionem pauló communiús definiēdi: & quidem admonuerunt de hac pauló majore diligentia definiendi ſyllogiſmi ſimplicis, hac in re decepti, Theophraſtus, Eudemus, Boëtius; qui ſyllogiſmũm ſimplicem é ſimplicibus, compoſitum é compoſitis enuntiatis incautiús definiunt. At ſimplex ſyllogiſmus poteſt conſtare ex omnibus enuntiatis compoſitis: ut, Si laudabile eſt, honeſtũ eſt: ſi juſtum eſt, laudabile eſt: ergo ſi juſtum eſt, honeſtum eſt. Hîc propoſitio, aſſumptio, complexio, cõpoſitæ ſunt; diſpoſitio tamen argumẽti eſt ſimplex. quod Theophraſtus itẽ animadverterat; docueratque, hos ſyllogiſmos ſimplicib. ἀναλογεῖν, & διὰ τριῶν vocaverat, propter tres partes compoſitas. At negligentiús id ab ipſo philoſopho eſt æſtimatum ac judicatũ: nec enim ἀναλογία, ſimilitudo, hîc tantúm eſt, ſed res ac veritas ipſa. Quare ut in definiendo nominandoq; enuntiato compoſito, in dividendo compoſito, in negando connexo, Peripatetici doctores illi decepti ſunt: ita ſunt falſi in ſimplici & cõpoſito ſyllogiſmo definiendo, é ſimplicib. & compoſitis enuntiatis. Ex illa definitione ſimplicis ſyllogiſmi bene & accuraté poſita, ſequitur explicatio partium, magnam doctrinæ copiã paucis verbis complexa. Syllogiſmus autẽ licet non definiatur ex enuntiato; ex enuntiati tamẽ differentiis differentias varias capit: ut é partib. antecedẽtis appelletur affirmatus, negatus, é prima nempe affectione enuntiati: generalis autẽ, ſpecialis, proprius, é differentiis enuntiati ſimplicis: affirmatus é propoſitione & aſſumptione affirmatis: negatus, cúm altera antecedentiũ partium ſola affirmatur. Unde intelliges, ex omnib. negatis nihil ſimpliciter concludi. Atq; hæc binaria differentia erit in tribus differentiis reliquis, generali, ſpeciali, proprio. Generalis etiam videretur definiendus ex omnib. generalibus: ſed prima ſpecies repugnaret, quæ nũquam generaliter cõcludit. Syllogiſmus deinde definitur ſpecialis, ex altera tãtúm generali: poteſt. n. eſſe altera particularis vel ꝓpria: & ideo cõmuni nomine ſpecialis apellatá P. Ramo: non autẽ particularis aut propri⁹, ut cõmuni definitione partem utramq; complectatur: Hinc etiam

percipitur, nihil uſquam ex particularibus ſimpliciter concludi.

Proprius] Definitur ſyllogiſmus ſimplex proprius, qui conſtat utraque antecedente propria: Atqui ſyllogiſmus hic in Organo doctrinam nullam habet: imó nominatim diſſeritur 24.cap.1. Prior. nullum eſſe ſyllogiſmũ ſine univerſali aliquo affirmato, Itaque quia concluſio hæc præterniſſa eſt ab Ariſtotele, iccirco ab interpretibus Ariſtotelis etiam damnatur: quia ſingularia (ajunt) non conſiderantur in diſciplinis: cúm theorema quodlibet ſit κατὰ παντός. Quæ ratio valdé ridicula eſt: Etenim tota Aſtrologia eſt de ſingularibus & propriis ejuſmodi rebus; Luna, Sole, & cæteris ſingularibus ſtellis: & præcepta tamen catholica ſunt & propria. Deinde utrúm in Logica præceptum de ſyllogiſmo ſimplici proprio, proprium enuntiatum eſt, non generale? utrúm Porphyrii & Ariſtotelis de ſpecie & individuo doctrina, ſpecialis eſt, non generalis & univerſa? Denique niſi ſyllogiſmus eſſet entis & non entis, Logicæ artis pars non eſſet. Jam veró uſus artis ſpectandus hic fuit: & quidem uſus trium Ariſtotelis in primis figurarum, qui ſingularibus rebus præcipué continetur, ut in ipſis poſtea pleniús intelligetur, in foro, in curia, in roſtris, in totis civitatibus, in agris, in vita hominum: denique ubi hypotheſes & quæſtiones ſingulares diſſerendæ & judicandæ ſunt: Itaq; ſi laudes Catonem, ſi vituperes Cæſarem, ſi accuſes Clodium, ſi defendas Milonem, ſi ſuadeas Maniliam legem, ſi Agrariam diſſuadeas; Logica nullum ſyllogiſtici judicii adjumentum præſtabit? & dices, agrum Ariſtoteleæ Logicæ plantis & frugibus iſtis alendis idoneum non eſſe? Imó veró natura ſuá fœcundiſſimus & feraciſſimus eſt earum frugũ omnium, ſed arandus eſt & ſerendus: nec agri, ſed agricolæ culpa iſta eſt. Quare P. Ramus tam fructuoſas ſtirpes plantavit in ſyllogiſmorum agro, & fructus eorum demonſtravit. Teneantur igitur quinque illæ communes omnium ſyllogiſmorum ſimplicium definitiones, affirmati, negati, generalis, ſpecialis, proprii: & quia ſunt generales & communes, generaliter & ſemel exponantur, ex lege καθόλȣ πρῶτον. At neque in unoquoque genere, neque in unaquaque

quaque generis cujuſque ſpecie, contra illam ſapientiæ legem toties & tam ſophiſticé repetantur atque iterentur, ut in definiendis modis ſingulorum generum adhuc repetitę ſunt in tribus Organi figuris, atque iteratæ. Res hîc exigua videtur: & revera talis eſt: attamen ſcio, P. Ramo ſpinam pertinaciorem vix & pervicaciorem ullam fuiſſe: tautologia illa ejuſdem affectionis tam denſa, tamque in tribus continuis figuris ante oculos erat poſita: Ut autem logicum theorema generale á ſpecialibus definitionibus ad generis originem revocaretur; perdifficilis extricatio, tanquam labyrinthi cujuſdam fuit. Ergo poſtrema agriculturæ hujus logicæ aratione, ſpina hæc evulſa eſt.

Simplicis] Diviſio ſyllogiſmi ſimplicis, *διχοτομίαν* retinet, quæ in Ariſtotele *τριχοτομία* eſt in tres figuras. At unũ genus illud eſt, uno tantúm modo diſponi, nempe ſola vel anteceſſione, vel conſecutione. Quare *διχοτομία* eſt *λογικωτέρα*, ſicuti deinde eſt generis unius in duas ſpecies: quę ſunt tertia & ſecunda figura Ariſtoteli.

Genera] Genera appellantur ab Ariſtotele *σχήματα*, figuræ, metaphora geometrica: Nam *σχῆμα* ſeu figura, proprié ſignificat lineamentum, ut quadratũm, circulum: & ſic Ariſtoteles in Categoriis docet: in totis autem Analyticis, pro ſpecie frequenter uſurpat: ut in Philoſophia, dicit *σχήματα κατηγοριῶν*, ut 6. & 7. cap. 5. lib. item 1. cap. 6. lib. item 10. cap. 9. lib. item 3. cap. 10. lib. quæ philoſophus idem vocat aliás *τὰ γένη κατηγοριῶν*, ut 7. cap. 1. Topici, & 3. cap. 2. Elench. quomodo *καταφατικὸν σχῆμα*, 12. cap. 1. Pr. & *ὁμοιοσχήμονες προτάσεις*. Et Plato *τὰ τῶν πολιτειῶν σχήματα, καὶ τῆς μουσικῆς σχήματα* dicit, 2. & 3. lib. Legũ. Denique, *σχῆμα* philoſophis illis eſt idem, quod *γένος ἢ εἶδος*, genus aut ſpecies. Latinis autem ſermo iſte eſt inſolentior: imó veró etiam Græcis interpretibus ipſis: qui ferme utrique ideo totam hanc judicii ſyllogiſtici Logicam ad figuras geometricas retulerunt. At Ariſtoteles ipſe 15. cap. 2. Poſter. item 3. 6. 7. Topicis, tanquam obſcuritatis latebras, metaphoras reprehendit. Quamobrem P. Ramus, ſciens & prudens, tropos obſcuriores evitavit: propriis & logicis generis & ſpeciei verbis uti maluit, quám geometricis & alienis. Sed de Logica Ariſtotelis geometrica P.

Ramus perſæpe diſſeruit: atque immodico Geometriæ ſtudio Logicam Ariſtotelis obſcuratam querebatur. Mathematicis artibus nihil erat quondã clarius & illuſtrius; nec qui eas neſciebat, ſatis inſtructus liberali diſciplina credebatur. At hodie cúm Grammatica, Rhetorica, Logica anté cognoſcantur, quám quid unitas, vel punctum ſit, audiatur: magna diſcipulis mathematicæ diſciplinæ ignaris, é geometricis rebus obſcuritas in Logica, & vocabulis, & exemplis, analogiis & rebus ipſis compluribus creatur. ἀνάλυσις, ὅρος, ἀντιστροφὴ, μέσον, διάστημα, σχῆμα, antea fuerunt: nunc accedunt ἀρχαὶ, ἀπαγωγὴ, ἔκθεσις, principia, deductio, expoſitio, ad ſyllogiſmorum ἀναγωγὴν, reductionem: Habent enim geometræ principia definitionum, poſtulatorum, axiomatum, é quibus problemata ſuæ artis & theoremata demonſtrant; deducunt frequenter ad impoſſibile; exponunt aliquando ſingularibus exemplis: figuram ἀμέτρητον immenſurabilem, in aliam μετρητὸν & menſurabilem reducunt. ſimilem quandam Geometriæ Logicam in ſyllogiſmis Logicus quiſpiam (unde Ariſtoteles aſſumpſit) commentus eſt: principia duo conſtituit ſumma, Dici de omni, & de nullo: de omni, quando nihil liceat ſubjecti aſſumere, de quo alterum non dicatur: de nullo ſimiliter: Tum veró ſyllogiſmum alium perfectum ſtatuit, alium imperfectum: perfectum, qui præter illa principia, nihil requirat, ut neceſſarius appareat: imperfectum veró, qui præterea requirat ut reducatur, non ſolúm ἀντιστροφὴν, ſed ἀπαγωγὴν, ἔκθεσιν. Enimvero commovebatur iſto loco vehementer P. Ramus; & indignabatur, tam aniles nugas, tam ſophiſticas, tamque geometricis rebus illis diſſimiles atque contrarias, diutius ſummi philoſophi inani potiús umbra retineri, quám certiſſimis ejus legibus expendi & examinari: imó veró ab Alexandro, Porphyrio, Ammonio, tanquam belliſſimas maximéque geometricas, ſummis laudibus efferri ac prædicari. Etenim infinitæ in hac ſyllogiſtica Logica obſcuritatis fontem lubet é P. Rami Scholis & Prælectionibus pauló pleniús aperire. Demonſtratione artium & inſtitutione legitima, nihil eſt excellentius; cúm definiendo, patiendo, exemplis illuſtran-

illuſtrando, ſyllogiſmo etiam, ſi quid opus ſit, concludendo, totæ artium liberalium facultates & opes explicantur. At inſana quædam demonſtrationis ambitio, Mathematicos in Elementis, & Logicos in ſyllogiſmorum figuris, ita tranſverſos egit, ut nulla unquam pernicies major præſtantiſſimis artibus acciderit, perverſa iſta demonſtrandi cupiditate. De Mathematicis loquentur Scholæ P. Rami mathematicæ; de his logicæ abundé jam loquutæ ſunt. ſummam itaque colligamus. Hoc igitur ſtatuo: quæ totis tribus ſimplicium ſyllogiſmorum figuris in Organo demonſtrantur, minimé omnium demonſtrabilia fuiſſe: atque ubi demonſtratio nulla prorſus eſſe debuerat, ſeptem & ſexaginta, incredibili obſcuritate cumulatas eſſe. Etenim totis feré poſterioribus Analyticis non aliud cantatur, quám definitionem á demonſtratione differre: neque eſſe ſyllogiſticam, ſed tantúm τῷ νῷ, intellectu (quod enunciati judicium eſt) percipi & judicari, & tanquam principium αὐτόπιστον ſumi: totaque tertium, quartum, quintum, ſextum, ſeptimum capita ſecundi Poſterior. conſumpta in eo ſunt, ut doceant, definitionẽ demonſtrabilem non eſſe, neq; ſyllogiſmo, neque diviſione, neq; inductione, neq; ſenſu, neq; digito: Hæc enim totis capitibus illis eſt Ariſtotelis doctrina & oratio. Aſſume: At in tribus figuris ſyllogiſmorum ſimplicium, definitiones ſunt: in prima figura, quatuor modorum: in ſecunda totidem: in tertia ſex, quæ demonſtrationibus iſtis ſolæ ſubjiciuntur. Conclude igitur, qui Logicus es: Quare iſta definitionum ſyllogiſticarum doctrina non eſt demonſtrabilis; neq; ideo ulla principia, ullas ἀντιστροφὰς, ἀπαγωγὰς, ἐκθέσεις, ἀναγωγὰς requirit: Judicatur prima figura, perſpicuitate & luce ipſius figuræ: judicatur ſecunda, perſpicuitate & luce ſecundæ figuræ: judicatur tertia, perſpicuitate & luce tertiæ figuræ: neq: alia lumen ſui judicii ab alia mutuatur; quamvis alia ſit illuſtrior & clarior fortaſſe, quám alia. Hæc adverſus tam denſas tenebras, P. Rami clariſſima & evidentiſſima concluſio fuit: Tum veró κατὰ λεπτὸν, de ſingulis obſcuritatibus diſſeruit, ut perverſus eſſet & confuſus ordo generum in ſyllogiſmis, quia fieret é tribus figuris prima, quæ poſtrema eſſe debuerat;

& contrà eſſe tertio loco, quæ debuerat eſſe primo: nam cùm ſyllogiſmus, ſit diſpoſitio: neceſſe eſt quamque ſyllogiſmi ſpeciem tantó priorem eſſe ordine doctrinæ, quantó ſimplicior fuerit. at in tertia, quæ eſt in Organo, figura, diſpoſitio tantùm eſt anteceſſionis: ut in ſecunda, eſt diſpoſitio tantùm conſecutionis. At in prima quæ facta eſt, diſpoſitio ſimul eſt & anteceſſionis & cõſecutionis: & quæ ſingula ſunt in tertia & ſecunda, eadem univerſa modo quodam componuntur in prima. Quare quę facta eſt tertia, debuit eſſe prima: & quæ primo loco poſita eſt, debuit eſſe poſtremo. Neque hîc habenda ratio fuit in methodi & ordinis quæſtione, quid affirmaté, negaté, generaliter, ſpecialiter concluderetur: proptereaque quid eſſet præſtantiſſimum & nobiliſſimum. Hæ rerum ſpeciales differentiæ, perpetuó plures ſunt in ſpecie, quàm in genere. & ſi poteſtas plures quęſtiones concludendi, faceret ſpeciem ſyllogiſmi priorem; ſyllogiſmus connexus, eſſet omnium primus; quia quæſtionem quamlibet poſſit concludere. Quare ut ſimplex ſyllogiſmus & compoſitus diſtinguuntur, non ſimplicium & compoſitorum enuntiatorum differentia, ſed ſimplici & compoſita diſpoſitione: Ita rurſus in ipſa diſpoſitione eſt intuendum, ſi ſit aliud alio ſimplicius, ut eſt in ordinis anteceſſione & conſecutione: ut eſt, univerſa in unum componi, quæ ſeparata ſint in diverſis. Quapropter ſyllogiſmorum ſpecies primó perverſæ ſunt, magnaque jam demonſtrationis hyſterologia ac perverſitas hinc apparet, quód demonſtratur tertia ſecundaque figura per primam, cùm prima ipſa poſtrema eſſe debuerit. Tum veró quænam ſunt reliqua demonſtrationum reductionumque in ſingulis figuris argumenta? Converſio (inquies) deductio, expoſitio. At (inquam) converſionis argumentatio, ſophiſmatum omnium ſophiſma eſt abſurdiſſimum, ut antea patuit. Deductio autem cogit tantùm, non docet: neque clariſſimis definitionum principiis clarius afferre quidquam poteſt. Expoſitio autem, eſt argumentum ſubjecti exempli ad ſpecialem quæſtionem adhibitum, & tertia tantùm figura concluſum: & quidem in tertia tantùm figura demonſtranda adhibitum: ut luce tertiæ figuræ clarius nihil afferatur. Quamobrem tota

iſta demonſtrationis & deductionis inſtrumenta valde agreſtia ſylveſtriaque ſunt, ad ſyllogiſmorum ſimplicium judicia & concluſiones illuſtrandum. Atque in hoc ſophiſmate mathematica imitatio quædã fuit. Eudoxus enim, ſive quis alius eſt author quinti libri Elementorum, definitiones per conſimilem omnino logicam demonſtravit: ut ibi P. Ramus ampliús exponet. Reductio autẽ iſta non ſolúm facta eſt ſecundæ & tertiæ figuræ in primam, ut 5. & 6. cap. 1. Pr. ſed etiam primæ in aliam, ut 41. cap. 1. Pr. tanquam circulatoriæ reductionis judicium inſtitueretur. Sed tamen (quo præcipué P. Ramus angebatur) ſophiſmata tam fatua, ſummis laudibus á tota Peripateticorum familia in cælum tolluntur: φιλογεωμέτρης Ariſtoteles interea prædicatur, reique diſſimillimæ inaniſſima & falſiſſima affectatio, hominibus iſtis prædicabilis videtur & glorianda. Habent Geometræ (inquiunt) ἀναγωγὴν σχημάτων, reductionem figurarum. fateor: eſt enim in planis figuris parallelogrammum rectangulum menſurabile: in ſolidis, priſma. Itaque ſi triangulum, ſi multangulum, ſi circulus metiendus ponatur; anté reducendus eſt ad rectangulum; tumque reductæ figuræ menſura capietur. atque in iſta geometrica ἀναγωγῇ, ut ſpatium agri, inſulæ, templi, ædificii cujuſvis metiare, rem ipſam nihil commutas, ſed formam formæ æqualem ſumis, quam faciliús dimetiare: & utilitas quotidiana in architectura, in re militari, in tota mundi fabrica naturaq; dimetienda, uſus mirabiles habet. Verúm ſyllogiſticæ iſtius reductionis uſus nullus unquam fuit, neque erit unquam: neq; logicus hominum ſenſus tam turpiter unquã delirabit, ut judicium per ſe clarum & manifeſtum, tenebricoſis reductionum mæandris conetur é figura alia in aliam reducere: Homericum, Demoſthenëum, Virgilianum, Tullianum, Platonicum, Ariſtotelëum denique extra hæc commenta, tam inauditæ fatuitatis exemplum nunquã proferetur. Geometra in ipſa dimenſione figurarum, atq; in ipſo artis ſuæ uſu medio figuram reducit. At quis Logicus cúm in poëmate, oratione, in logica, in mathematica, in reliqua philoſophia ratiocinaretur; unquam vel ſolus, vel cum alio quocum diſſereret, iſtam reductionẽ ſyllogiſmi, quo ute-

retur,ad concludendum & judicandum adhibuit? quis veró tam deplorati judicii eſt futurus, qui adhibere audeat? Quapropter intelligimus jam, qualis iſta φιλογεωμετρία ſit,quámque ſyllogiſticam Logicam miſeré labefactarit. Neque jam huc redeundum,ut dicat aliquis, ſubtilitatem hic artis & perfectionem quæſitam eſſe:Has enim perverſorum ingeniorum fraudes ingenuis artibus nimiúm diu exitiabiles,P.Ramus in jus ſacris legibus appellabat: Totam artium perfectionem in eo conſiſtere, ut theorema nullum habeant,niſi κατὰ παντὸς,καθ' αὑτὸ,καθόλου πρῶτον, ſi quid contrá ſit,vanitatem,fraudem,perniciem artis eſſe. atqui tota iſta reductionũ ſenticeta,legibus illis ſunt contraria: é quibus quid niſi

Carduus,& duris ſurgit paliurus acutis?

Quare amputentur, & é logico agro tollantur, ſicuti jam tum cúm recentiús nata eſſent,amputata ſunt & ſublata ab Antipatro & Chryſippo, deinceps á Galeno. Ac ſi (quod brevi futurum ſpero) tanta logicis ſcholis felicitas acciderit,ut logicus logicæ artis uſus ex idonëis authoribus repetatur, eorumq; amore & exemplo conformetur & exerceatur,hanc tam ἄλογον γεωμετρίαν,vel potiús tam ἀγεωμέτρητον Logicam reformabit, & ſolidam Logicam ab inani ſophiſtica ſeparabit.Hic igitur cúm P.Ramus magnas Ariſtoteli gratias ageret, quód tam multos labores, vel ſui,vel alieni cujuſlibet ingenii collegiſſet; multó tamẽ majores habendas eſſe prædicabat, quód leges illas nobis tam ſingulares propoſuiſſet,per quas tam gravia tot difficultatum impedimenta á liberali diſciplina tollerentur. Sed tamen inventori talium in arte ſyllogiſtica ſophiſmatum,id nequaquam ſatis fuit: ad modos legitimæ concluſionis quatuordecim, aggregavit ἀσυλλογίστους,qui inconſtanti nempe & ſophiſtica concluſione fallerent, unum & quadraginta modos; qui ipſi vitioſi concluſionum modi, magis etiam vitioſis demonſtrationibus obſcurantur:Adhibentur enim huc principia duo, Omni ineſſe, Nulli ineſſe: diverſa etiam ab illis,Dici de omni, Dici de nullo. per quę vitioſus modus demõſtretur,ſi veré cõcludat,aliquando omni,aliquãdo nulli:id eſt,cõcludat aliquando generaliter & veré,aliquãdo generaliter & falsó. Nam ſi refellere

vitio-

vitioſum concludendi modum velles, ſatis erat unũ exemplum vitioſum proferre: utrúm autẽ aliquando verũ concluderet, nihil ad refutationẽ pertineat: ut ſi dixero, ſyllogiſmum in prima figura, propoſitione ſola affirmata conſtanter concludi: juſta unius exempli inſtantia me conviceris, ſi doceas exemplo, non ſequitur, Omnis equus eſt animal: Nullus homo eſt equus: Ergo nullus homo eſt animal. Syllogiſmus (inquies) hic tuus eſt inconſtans & captioſus. & veriſſimo contradictionis argumento me conviceris. Ad hoc igitur refellendum, facere concluſionem aliam, in qua omni inſit attributũ aliquod: item aliam, in qua nulli inſit, mera matæotechnia fuerit. Quamobrem videmus, in ſyllogiſmorum ſimplicium figuris, omnia nugarũ genera accumulari: In quibus tam conſtanter acriterque refellendis, ſæpe demiratus ſum P. Rami diligentiam atque conſtantiam; ſæpeque monui, illud fructuoſioribus ſtudiis Mathematicæ, Juriſprudentię, Theologię, commodiús applicari poſſe: at ſubridens, bono me animo jubebat eſſe, neque ad illos hortos Heſperidum commodé perveniri, niſi ſuperatis anté his rupibus & ſcopulis. & ſibi agriculturæ hujus Ariſtoteleæ ſolem, ſudorem, pulverem, nunquam adhuc gravem aut moleſtum fuiſſe. Sed hæc generalia communiaque figurarum omnium, diligenter attendenda ſunt: ut quinque nempe definitiones ſyllogiſmi ſimplicis, affirmati, negati, generalis, ſpecialis, proprii, omnes omnium in tribus Ariſtotelis figuris ſyllogiſmorum definitiones complectantur.

Prima] Definitur igitur prima ſpecies quadruplici differentia: prima eſt, quód argumentũ antecedit in utraque parte antecedentis: ſecunda eſt, quód in propoſitione utlibet, id eſt generaliter, particulariter, proprié: tertia eſt, quód aſſumptio ſemper affirmetur: quarta, quód complexio, etiam é generali antecedente, & in ſyllogiſmo generali, attamen ſit ſpecialis: quæ præcipua eſt utilitas hujus ſpeciei: tametſi enim cæteris in figuris id etiam fieri poſſit: id tamen in hac una videtur magis eſſe familiare, magiſque ordinarium: quod poſtea etiam magis intelligetur: & quidem ſpecialis complexio, quæ hîc concluditur, particularis frequentiús eſt, quám propria. Prima veró

ſpecies iſta collocatur á P.Ramo, quia lex methodi id re-quirit, ut anté jam diſſerui, & poſtea cognoſcetur: Ergo prima primi generis ſpecies eſto: quæ ex argumento tan-túm antecedente, in propoſitione quidem utlibet, in aſ-ſumptione affirmaté, ſpecialiter tantúm concludit: Hæc definitio ſuperioribus quinque definitionibus ſyllogiſmi ſimplicis, affirmati, negati, generalis, ſpecialis, proprii in-ſtructa, totos in hac ſpecie modos ſine ulla arte nova con-tinet: exempla itaque nuda á P.Ramo proponuntur. At-qui in ſyllogiſtico Ariſtotelis agro, P.Ramus modos huic figuræ ſubjectos, utcunque propoſitos, deprehendit: do-ctrinam modorum ipſam, incredibilem in modum ob-ſcuratam deprehendit. Ecquid enim obſcuritatis figura iſta non habuit? Primó definitur definitione valde ſpino-
» ſa, Quando veró eidem illud quidem omni, hoc veró nul-
» li ineſt, aut ambo omni, aut nulli: hanc quidem figuram
» voco tertiam: medium veró in ipſa dico, de quo ambo aſ-
» firmamus: extrema quidem attributa: majus autem ex-
» tremum, quod remotius á medio: minus veró, quod vici-
» nius. Ponitur autem medium extrá extrema: Ultimum
veró poſitione. ſic in Organo definitur hæc figura, ſic me-dium, ſic extrema. At (inquam) definitio figuræ hujus ſic informata, non convenit ſpecialibus modis in hac figu-ra, cúm híc nihil ſpeciale deſcribatur. Hæc prima eſt ſpi-na, quód definitio hujus figuræ non conveniat omni de-finito, neque ſit ideo κατὰ παντὸς: deinde quód conveniat ſophiſmati, quód ad hanc definitionem fieri poſſit ex am-babus negantibus: Ergo non convenit ſoli definito. hæc altera ſpina eſt gravior & acrior ſuperiore, quód non ſit καθόλȣ πρῶτον. Scio, quibus híc diſtinctionibus eludi puer in ſchola ſoleat; tanquam author definitionis noluerit de-finire logicam ſyllogiſmi virtutem, ſed communem ſyllo-giſmi & paralogiſmi affectionem: ſed captiones politicis logicæ civitatis legibus inimicas & contrarias, logicus ci-vis audiendas nequaquam putabit: Leges κατὰ παντὸς, καθόλȣ πρῶτον, iſtam peccandi tam immoderatam licen-tiam nunquam ferent. Medium autem & extrema defini-re, cúm figuram, id eſt eorum collocationem definieris; quid aliud eſt, quám miras tautologiæ nugas cõtra legem
καθόλȣ

καθόλε πρῶτον nugari? & quater idem dicere? ſemel in figura, ter ſigillatim in terminis: quod ex lege illa ſemel dixiſſe ſufficiat? Quare ſi quis roget, quare P.Ramus haſce definitiones & medii, & extremi majoris, & extremi minoris omiſerit, reſpondebo, Ariſtotelis lege καθόλε πρῶτον eſſe prohibitum, ne quater idem nugaretur. tum veró extrema definire, quod remotius, quod propius: in re ſeria, eſt nimis aperté auditorem logicæ artis ludificari: Nam cúm medium utrique ſubjiciatur: híc nihil eſt propius, nihil remotius. quare delicias iſtas tam delicatas P.Ramus ſuis amatoribus conceſſit. Tum veró μέσον, quod híc appellatur, analogiam illam medii proportionalis (de qua dixi) valde alienam coarguit: Medium proportionale, eſt conſequens primi, antecedens tertii. at hoc argumentum ſemper antecedit, & in his præclaris definitionibus nominatim dicitur argumentum ἔξω μὲν τῶν ἄκρων. Quare obſcuritas illius metaphoræ, de qua dixi, etiam híc ab authore ſuo damnatur. Modi primæ hujus ſpeciei definiuntur, iteratis per ſophiſticam tautologiam illis generalibus affectionibus, quæ ſunt quinque definitionibus á P. Ramo comprehenſæ: tum veró tantis definitionum ſophiſmatis alia accedunt, in quatuor primis modis, é triplici demonſtrationis genere, per converſionem, deductionem, expoſitionem: & ita demonſtrationes híc ſunt duodecim: quintus per deductionem & expoſitionem; ſextus per converſionem demonſtratur. ita tam ſophiſticæ demonſtrationes ſex modorum hujus figuræ, factæ ſunt quindecim: & iſti ſunt cardui & paliuri, de quibus antea generaliter eſt propoſitum: & in quibus P.Ramus demonſtrationem expoſitionis vehementer admirabatur: in qua demonſtraretur etiam generalis ſyllogiſmus per proprium: ut ſi concluſiſſes hoc modo: Omnis homo eſt rationalis: Omnis homo eſt animal: Ergo aliquod animal eſt rationale. tum per expoſitionem demonſtrares illum jam concluſum ſyllogiſmum, Socrates eſt rationalis: Socrates eſt animal: Ergo quoddam animal eſt rationale. ſic enim Ariſtoteles demonſtrat univerſalem tertiæ figuræ modum, per proprium. Atqui (inquam) ſyllogiſticum non eſt, ſpeciali argumento generalem quæſtio-

nem concludere. Quæſtio eſt de omni ſyllogiſmo illo generali: & ſcilicet inventus eſt logicæ magiſter, qui ſpeciali ſyllogiſmo, imó ſpecialis ſyllogiſmi exemplo, putaret eam poſſe demonſtrari: quod eó etiam magis admirandum ſit, quód demonſtratur ſyllogiſmus in Organo inſtitutus, per ſyllogiſmum qui in Organo nullus putaretur: Etenim de libra judicii ſyllogiſtici, id eſt conſtantiſſimi, dubitas? ſyllogiſtici judicii inopia eſt: Demonſtrare deinde vis ejus æquitatem, per libram argumentationis, quam tu omnino ſyllogiſticam libram eſſe ignoras? an non logici omnino judicii inopia eſt? Tum veró hiſce omnibus obſcuritatibus, multó major obſcuritas acceſſit é vitioſis modis & aſyllogiſticis decem, totidemque demonſtrationibus ipſorum modorum. Ita demonſtrationes quinque & viginti ſunt inventæ in hac figura, ubi nulla omnino eſſe debuerat. Quapropter tam ſpinoſas & hamatas demonſtrationes, tam legibus Ariſtotelis contrarias, P. Ramus amputavit, & é logico ſyllogiſmorum agro ſuſtulit. Attamen de prima iſta ſyllogiſmi ſimplicis ſpecie, quæſtio major ſupereſt, an omnino non dico ſophiſmata ipſius tam multa, ſed hæc ipſa figura, é logico agro penitus ſit ejicienda: etenim Valla, acerrimi vir ingenii, ſuſtulit, quód ejus figuræ nullus uſus uſquam appareret: ac ſi quis iſto modo concludere vellet, ridiculum futurum: quin ſi quis omnino uſus eſſet, ex aliis figuris haberi. Argumentum Vallæ permagnum videatur: eſt enim lex *κατὰ παντὸς, ἱςορία, ἐμπειρία, αἴσθησις, ἐπαγωγή.* Equidem P. Ramum híc valde dubium anxiumque animadverti; planéque confitentem, nullum ſibi etiam curioſiús inquirenti, figuræ hujus exemplum uſquam plena diſpoſitione concluſum occurriſſe, quo Vallæ tam validum argumentum infirmaret: attamen cúm Vallæ ingenium ſuſpiceret, non penitus illud ei concedebat, ſi nulla generis hujus concluſio plena perfectaque in ſcriptis libris occurreret, ideo nullum protinus ejus uſum eſſe: neque ſequi, ut rejiciendum ſit concluſionis genus, ſi poſſit alio genere concludi: Etenim ſyllogiſmus hic, omnium ſyllogiſmorum & ſimpliciſſimus & clariſſimus eſt, quamvis comprehenſus magis, quám plena forma diſpoſitus. Quoties enim ſpecialis

ejuſmodi

ejuſmodi quæſtio aliqua fuerit, Animal quoddam eſt rationale, ut homo: Homo quidam eſt philoſophus, ut Socrates: quæſtio eſt hic ſyllogiſtica, enunciati nempe dubii; & explicatio licet enthymematica & imperfecta, attamen etiam ſyllogiſtica: Quamvis enim verba, auribus vel oculis enthymema & imperfectum ſyllogiſmum repræſentent; mens tamen abſolutum protinus perfectumque concipit: tum enim argumentum illud ſub utramque partem quæſtionis ſubjectum ſimul intelligitur, quód homo, ſit & rationalis, & animal: quódque Socrates, ſit & philoſophus, & homo: indeque propter tam naturalem, tamque logico hominum ſenſui popularem enthymematis ſyllogiſmum, fieri P. Ramus arbitrabatur, ut nulla plenior propoſitionis & aſſumptionis explicatio diſpoſitioque requireretur. & illa eſt Ariſtoteli nimirum ἔκθεσις, quam inſtar principii, non ſyllogiſmo, ſed τῷ νῷ judicavit. Itaque judice atq; authore Ariſtotele, P. Ramus concludebat, figuram hanc ſyllogiſmi (quam philoſophus ipſe poſtremam feciſſet) eſſe non ſolúm primam & ſimpliciſſimam, ſed clariſſimam omnium atque facillimam. Atqui tamen in tali expoſitionis exemplo, ſi qua dubitatio eſſet, partes antecedentis ſyllogiſtici, & propoſitio, & aſſumptio, diſtinctius eſſent ordinandæ & explicandæ, ut ſyllogiſmi conſtantia evidentior appareret: eumque artis proprium fructum eſſe, ſi quid forté naturalis judicii concluſio laboraret. Quamobrem P. Ramus argumento Vallæ, uſum artis requirenti, ita reſpondebat; ut confiteretur, nullum ſibi partibus explicatæ ratiocinationis exemplum in memoria & in promptu eſſe: uſum tamen occurrere in illis exemplorum expoſitionibus aſſiduum perpetuumque; neque verum eſſe, nedum conſequens, ſi quid idem alia figura concluderetur, id illico eſſe repudiandum: Nam prima figura, expoſitio ejuſmodi nequeat, niſi tortuoſé, concludi: ut ſi dicas, Omnis homo eſt rationalis: Aliquod animal eſt homo: Ergo aliquod animal eſt rationale. Item, Socrates eſt Philoſophus: Quidam homo eſt Socrates: Quidã igitur homo eſt philoſophus. nec enim tam logicũ eſt, in his aſſumptionib, ſpeciẽ de genere, quã in illis

genus de ſpecie affirmare. Quamobrem cúm P. Ramus tanta ſolicitudine tam laborioſæ ſarculationis & runcationis, figuram horum ſyllogiſmorum tot ſentibus ac rubis expurgaſſet: fructum é purgato loco aliquem capere voluit: locum ipſum penitus amittere noluit.

CAP. 11. *De ſecunda ſpecie primi generis.*

SEcunda ſpecies eſt, ubi ex argumento conſequente affirmaté in ſola propoſitione vel aſſumptione: in propoſitione definité complexio antecedenti ſimilis efficitur.

GEN. 1.

Turbatus non bene utitur ratione:
Sapiens bene utitur ratione:
Sapiens igitur non eſt turbatus.

Hoc judicium ita fit á Cicerone tertia Tuſculana: Et quemadmodum (ait) oculus con-
» turbatus non eſt probé affectus ad ſuum mu-
» nus fungendum: & reliquæ partes, totumque
» corpus á ſtatu cúm eſt motum, deeſt officio
» ſuo ac muneri: ſic conturbatus animus non eſt
» probé affectus ad exequendum munus ſuum:
» Munus autem animi, eſt ratione uti: & ſapientis
» animus ita ſemper affectus eſt, ut ratione opti-
» mé utatur: Nunquam igitur eſt perturbatus.

GEN. 2.

Res mortalis eſt compoſita:
Animus non eſt compoſitus:
Animus igitur non eſt mortalis.

Cicero prima Tuſculana, hoc ſyllogiſmo ju-
» dicat animum immortalem eſſe. In animi autem

cogni-

cognitione (inquit) dubitare non poſſumus (ni- «
ſi forté in phyſicis plumbëi ſumus) quin nihil ſit «
animis admixtum, nihil concretum, nihil copu- «
latum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod «
cúm ita ſit, certé nec ſecerni, nec dividi, nec diſ- «
cerpi, nec diſtrahi poteſt: nec interire igitur. Eſt «
enim interitus, quaſi diſceſſus & ſecretio ac dir- «
emptus earum partium, quæ ante interitum, «
junctione aliqua tenebantur. «

SPEC. I.

Lividus non eſt magnanimus:
Maximus eſt magnanimus:
Maximus igitur non eſt lividus.

Hoc judicio Ovidius tertio de Ponto elegia 3. concludit:

"*Livor, iners vitium, mores non exit in altos:*
Utque latens ima vipera ſerpit humo.
"*Mens tua ſublimis ſupra genus eminet ipſum:*
Grandius ingenio nec tibi nomen ineſt.
"*Ergo alij noceant miſeris, optentq; timeri:*
"*Tinctaque mordaci ſpicula felle gerant.*
At tua ſupplicibus domus eſt aſſueta juvandis:
In quorum numero me precor eſſe velis.

SPEC. 2.

"*Saltator eſt luxurioſus:*
Murana non eſt luxurioſus:
Murena igitur non eſt ſaltator.

Cic. pro Muræna: "Nemo enim feré ſaltat ſo- «
brius (niſi forté inſanit) neque in ſolitudine, ne- «
que in convivio moderato atque honeſto. In- «
tempeſtivi convivii, amœni loci, multarum de- «
liciarum comes extrema ſaltatio." Tu mihi arri- «

» pis id, quod neceſſe eſt omnium vitiorum eſſe
» poſtremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc
» vitium omnino eſſe non poteſt." nullum turpe
» convivium, non amor, non comeſſatio, non li-
» bido, non ſumptus oſtenditur:" & cúm ea non
» reperiantur, quæ voluptatis nomen habent,
» quæque vitioſa ſunt, in quo ipſam luxuriam re-
» perire non poteſt, in eo te umbram luxuriæ re-
» perturum putas? Hoc judicii modo Ovidius
"tripliciter concludit, dum carminum ſuorum
excuſationem exponit:

Carmina proveniunt animo deducta ſereno:
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.
Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.
Carminib. metus omnis abeſt: ego perditus enſem
Hæſurum jugulo jam puto, jamque meo.
Hæc quoque quæ facio, judex mirabitur æquus:
Scriptaque cum venia, qualiacunque leget.

PROPR. 1.

"*Ageſilaus non eſt pictus ab Apelle:*
Alexander eſt pictus ab Apelle:
Alexander igitur non eſt Ageſilaus.

PROPR. 2.

"*Cæſar oppreſſit patriam:*
Tullius non oppreſſit patriam:
Tullius igitur non eſt Cæſar.

Secunda ſpecies] Secunda ſpecies primi generis definitur totidem differentiis, quot prima. Primó argumentum hîc tantúm ſequitur: illic tantúm antecedebat: Secundó alterutra pars antecedentium eſt negata: Ex omnibus enim affirmatis in hac ſpecie nihil concluditur: ut, Omnis homo eſt animal: Omnis equus eſt animal: Ergo omnis equus

equus eſt homo. veris antecedentibus complexio falſa. Ergo hîc altera pars antecedentis neceſſarió eſt negata: Atque ut primæ ſpeciei peculiare fuit, tantúm ſpecialiter concludere: ita nunc ſecundæ ſpeciei proprium erit, tantúm negaté judicare: In prima autem ſpecie, pars ſecunda neceſſarió affirmatur, & prima interdum etiam poteſt affirmari: Tertió prima pars definita eſt, generaliter nempe aut proprié. ſic enim definitum enuntiatum P. Ramus ab infinito diſtinxit. propoſitione ſiquidem particulari nihil concluditur: ut, Aliquod animal non eſt rationale: omnis homo eſt rationalis: ergo aliquis homo non eſt rationalis. Illic prima pars libera fuit, ut eſſet generalis, vel particularis, vel propria. Quartó complexio eſt ſimilis antecedenti: nempe ut ſit ſimilis utrique antecedentis parti: vel ſi diverſæ ſint, debiliori. Itaque cúm propoſitio vel aſſumptio negetur, negabitur: Si pars utraque ſit generalis, erit generalis: ſi altera tantúm generalis, erit ſpecialis particulariter aut proprié: Si utraque propria ſit, erit ſpecialis particulariter aut proprié: quomodo feré antea ſyllogiſmus eſt definitus. Ariſtoteles hanc complexionis analogiam & ſimilitudinẽ cum antecedente, adnotavit 24. cap. 1. Pr. Manifeſtum quód etiam in omni ſyllogiſmo, aut utraſq; aut alteram propoſitionem ſimilem neceſſe eſt eſſe complexioni: Item 28. cap. 1. Pr. Similis enim eſt quælibet complexio principiis. quod deinde Theophraſtus apertiús expoſuit: cúm docuit, complexionem debiliori antecedentium parti ſimilem eſſe, ut Græci interpretes 9. capite 1. Prior. adnotarunt. At id verum eſt tantúm in ſecunda ſpecie, & in ſecundo genere: Quare non eſt κατὰ παντὸς: nec ideo quod ſpeciale erat, generaliter P. Ramo exponendum fuit: ſed ut κατὰ παντὸς, & καθόλȣ πρῶτον ſervaret, ſpeciale ſpecialiter fuit explicandum. Similitudo igitur & analogia conſequentis cum antecedente ſic intelligenda eſt, & in utraque ſpecie primi generis, quadruplex differentia ſic erit. Atque hæc de ſecundæ ſpeciei definitione, quæ in Organo tam accurata eſt, quám fuit definitio primę ſpeciei: Sic enim eſt 5. cap. 1. Pr. Quando autẽ idem huic quidẽ omni, illi veró nulli ineſt; aut utriq; omni, aut nulli, figuram quidem talem voco ſecundã, medium

» autem in ipſa dico, quod attribuitur utriſque: extrema ve-
» ró, quibus id attribuitur: majus autem extremum, quod
» propiús adjacet medio: minus autẽ, quod remotiús á me-
» dio: Ponitur autem medium extra extrema, primúm quidem poſitione. Hæc figuræ definitio non convenit omni definito, quia ſpecialibus modis nõ convenit: deinde non convenit ſoli definito, quia convenit ſophiſmati é duabus negantibus: Quare nihil eſt κατὰ παντὸς, nihil καθόλου πρῶτον: ideoque tollitur á P. Ramo tantum ſophiſma, logicæ politiæ legibus tam vehementer obnoxium. Nugæ illæ é definitionibus medii, extremorum, ſimillimæ atque in prima ſpecie, huc redeunt: & eadem de cauſſa á P. Ramo rejiciuntur, ne ſæpius adverſus eadem ſophiſmata lex καθόλου πρῶτον iteretur: Et híc videlicet excuſabitur author definitionis, ut antea, quód noluerit inſtituere definitionem logicam, ſed communem logicæ & ſophiſticæ figuram: quód voluerit ſigillatim & medium, & extrema ſic definire. At excuſatio voluntatis, legibus contrariæ, & licentiæ bonis artibus nimiúm periculoſæ, ferenda diutius non eſt: Leges logicæ civitatis, ut jam dixi, non patientur, non ſinent, non ferent: neque híc argumentum, μέσον appellari poterit; ſicuti neque potuit in prima ſpecie: & nominatim etiam híc ut antea, ab authore doctrinæ analyticæ, dicitur ἔξω τῶν ἄκρων. Ergo in ſecunda ſpecie eædem ſpinæ ſunt, quæ fuerant antea in prima ſpecie, & á P. Ramo iiſdem illis legum politicarum inſtrumentis avulſæ, & ex agro ejectæ. Duo autem modi antea quilibet in prima ſpecie differebãnt affirmatione & negatione, quód primus eſſet affirmatus, ſecundus negatus: at híc cúm uterque ſit negatus, alia differentia quærenda fuit, quód prior haberet propoſitionem negatam, poſterior affirmatam. Poteſt iſta figura particularis quæſtio concludi: ut,

Nullus turbatus, utitur ratione:
Aliquis ſapiens, utitur ratione:
Aliquis igitur ſapiens, non eſt turbatus.

Sed tamen cúm quæritur infinitum illud (utrúm aliquis ſapiens utatur ratione) ἔκθεσις primæ ſpeciei multó magis propria eſt: & rara quæſtio generis hujus infiniti:

In

In artibus omnia generaliter & univerſaliter aguntur : in negotiis & rebus quotidianis, hypotheſes & rerum propriarum ſingulares quæſtiones differuntur: Itaq; & P. Ramus exemplis ſingularibus híc uſus eſt: ars tamen aſſumptionis & complexionis utcunque ſpecialis, eſt una & communis. Demonſtrationes modorum jam antea quáles eſſent, explicatæ ſunt:ſed huc unam primi in hac ſecunda ſpecie modi ſingularem P. Ramus é dialecticis Scholis repetebat. Syllogiſmorum hujus figuræ definitiones (ajebat) ſi legitimé conſtituantur, per ſe claræ ſunt & illuſtres. At per eas definitis modis, ſi requiras quamobrem talibus concluſionibus inſit ſyllogiſticæ concluſionis neceſſitas, id eſt, quamobrem unicuique ſpeciei ſuum genus adſit: adferam generis ipſius definitionem, quia ſit diſpoſitio, qua quæſtio cum argumento diſpoſita, neceſſarió concluditur. Si longiús pergas, dicam te Ariſtotelis Logicam neſcire, & propoſitionis immediatæ medium quærere. Deinde ſi petas á demonſtrationibus & deductionibus ad impoſſibile rationem aliquam; monebo te, in converſionibus & deductionibus ad impoſſibile, nullum medium, nullamque cauſſam quæſtionis tuæ contineri : teq; in rem prorſus ridiculam converſione tua converti. Eſto nobis primi modi ſecundæ figuræ demonſtratio per converſionem: ut,

Nullus improbus, eſt ſapiens:
Omnis philoſophus, eſt ſapiens:
Nullus philoſophus igitur, eſt improbus.

Reducatur nobis hic ſyllogiſmus per converſionem ad primam figuram: Convertatur igitur propoſitio:

Nullus improbus, eſt ſapiens:
Ergo nullus ſapiens, eſt improbus.

Hoc ſiquidem lumine, atq; hoc judicio illuminatur & judicatur noſtra reductio. At iſta converſio, eſt enthymema ſecundæ figuræ: & ſi abſolvatur, eodem plané modo, ſed ſine argumento ita concludetur:

Nullus improbus, eſt ſapiens:
Omnis ſapiens, eſt ſapiens:
Nullus igitur ſapiens, eſt improbus.

Atque ita judicii modus idem, per eundem judicii mo-

dum;imò ſyllogiſmus ex argumento ſuo conſtans,& partibus abſolutus, per ſyllogiſmum nullo argumento compoſitum,parte una truncum,ridiculè atque ineptè judicatur. Hæc P.Ramus ſine ſtomacho recitare non poterat: tam indignabatur, quoſdam profeſſores artium, in agro logico nimiúm ſecuros agricolas eſſe, nimiúm illi & falſitatis & impietatis fundamento confidere:quód quæcunq; in libris Ariſtotelis haberentur, ea omnia legitima & catholica eſſe crederent.Inertia iſta nimiúm ſupina delicataque eſt,laboriſq; nimiúm inſolês ac faſtidioſa:Inſtrumenta tibi comparavit Ariſtoteles, quibus agrũ tibi legatum coleres:tu fructus expectas,& arãdi difficultatem reſpuis? & his iratus maledicis, qui aratrum cylindrúmve inducent,qui occabunt,qui deniq; lætas ſegetes ſudore ſuo tibi comparabunt? Verúm perge:demonſtratio primi modi talis fuit.Demonſtrationes reliquorum modorum nihilo ſunt præſtantiores: tres primi modi per converſionem & deductionem,quartus per impoſſibile demonſtratur:atq; ad hos ſophiſticarum demonſtrationum carduos & paliuros,accedunt vitioſi modi duodecim,& totidẽ demonſtrationes:ut nemo jam mirari debeat,tam obſcuram eſſe talem ſyllogiſmorum doctrinam, ad quam obſcurandam tot noctes ſint continuatæ.

Tertia Tuſculana] Tullius de lenienda ægritudine in ea Tuſculana diſputat, ex Stoïcorum philoſophia, quód philoſophus ſit ἀπαθὴς, ſine animi affectione & perturbatione. Syllogiſmi igitur hujus quæſtio eſt; utrúm ſapiens, ſit turbatus, animi nempe perturbationibus & affectibus, voluptate,dolore, ſpe, metu, argumentum eſt ex effectis ſapientis,quód ratione bene utatur:ordoq; partium ſervatur.Sed propoſitioni & aſſumptioni ſua probatio eſt; quæ hîc προσυλλογισμὸς dicitur. proſyllogiſmus propoſitionis, habet ſimilitudinẽ perturbatarum corporis partium,quæ officio propterea ſuo deſint:aſſumptio item proſyllogiſmum ſuum habet,ex animi proprio fine & munere.

Prima Tuſculana]Prima Tuſculana, longa eſt diſputatio de animorum immortalitate: Illud modò videro, ait orator,ut Deum noris, etſi ejus ignores & locum, & faciem; ſic animum tibi tuum notum eſſe oportere, etiam

am ſi ejus ignores & locum, & formam: In animi au- «
tem, &c. Ordo autem artis, totus hîc pervertitur, & «
partes ipſæ ſuis proſyllogiſmis magis ſunt implicatæ: Aſſumptio præcedit, Animus non eſt compoſitus. ſed proſyllogiſmus additur ex adjunctis, quód ideo dividi non poſſit.

Nec interire] Complexio magis nudé ac ſimpliciter eſt expoſita.

Eſt enim] Sententia propoſitionis cum ſuo proſyllogiſmo hîc eſt involuta: Mortale eſt compoſitum: quia mori, eſt partibus anté compoſitis ſecerni ac ſeparari. Atque hi duo modi generales, nõ genere affirmationis & negationis, ſed ordine tantúm differunt: quomodo etiam differũt ſpeciales duo qui ſequuntur. In quibus tamen aſſumptio & cõplexio propria eſt, nõ particularis ſeu infinita: & illud eſt, quod antea monui, uſum ſpecialis ſyllogiſmi frequentiús eſſe quæſtionis propriæ, quám infinitæ.

Livor] Ovidius ſcribit ad Fabium Maximum 3. de Ponto elegia tertia:

Si vacat exiguum profugo dare tempus amico:
O ſidus Fabiæ, Maxime, gentis ades.

Et mox: *Convenſens animo genus eſt tibi: nobile namq;*
Pectus & Herculeæ ſimplicitatis habes.

Tandem ſequitur hic ſyllogiſmus, cujus ſingulæ partes ordine poſitæ ſunt, & ſuis proſyllogiſmis ornatæ.

Livor] Propoſitio exornata é diverſo & ſimili: Lividus non eſt magnanimus, ſed abjectus humo, ut vipera.

Mens] Aſſumptio eſt, duplici collatione minorum illuſtrata: Tu es magno animo majoreq; quám tuum eſt & genus & nomen.

Ergo] Complexionis ſentẽtia diſſimilitudine comprehenditur, per ſpeciem conceſſionis. Alii noceant & timeantur: tu ſis liberalis & benignus.

Tincta] Allegoria militaris eſt, quód aliquando in bello milites inficiant ſagittas veneno, ut plaga quælibet ſit exitialis.

Saltator] Exemplum eſt ſecundi modi ſpecialis, é defenſione Murænæ; qui cúm deſignatus eſſet Conſul, repulſo Serv. Sulpitio, accuſatus eſt ambitus á Servio ipſo, &

Catone. Cato autem inter cætera accuſationis capita, poſuerat, quód Muræna ſaltator eſſet: Ergo id á Cicerone defenditur: Saltatorem (ait) appellat Luc. Murænam Cato? Maledictum eſt (ſi veré objicitur) vehementis accuſatoris: ſin falſó, maledici convitiatoris. Quare cúm iſta ſis authoritate, Cato: non debes arripere maledictum ex trivio, aut ex ſcurrarum aliquo convitio: neque temere Conſulem Pop. Rom. ſaltatorem vocare: ſed aſpicere, quibus præterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum, cui veré iſtud objici poſſit: Nemo enim, &c.

Nemo] Propoſitio prima eſt, ejuſque proſyllogiſmus eſt é diſſentaneïs: Saltator eſt convivator ſumptuoſus, quia nemo ſaltat ſobrius.

Tu mihi] Aſſumptionis proſyllogiſmus explicat ſophiſma quoddam vitioſé differentis: tanquam conſequẽtem complexionem poſtulantis, non propoſito neque probato antecedente.

Nullum turpe] Aſſumptio eſt per partes explicata.

Etenim] Complexionis ſententia illuſtrata eſt minoribus, Non reperis cauſſam ſaltationis, quomodo reperies ſaltationem ipſam velut umbram.

Tripliciter] Ovidius 1. Triſtium excuſat minorem verſuum ſuorum elegantiam:

Ut peragas mandata, liber, culpabere forſan:
Ingeniiq; minor laude ferere mei.
Judicis officium eſt, ut res, ita tempora rerum
Quærere: quæſito tempore, tutus eris.

Deinde ſequitur triplex ſyllogiſmus, unius tamẽ complexionis: *Carmina proveniunt, &c.*

Primus eſt ſyllogiſmus:

Bonus poeta, eſt lætus:
Ovidius, non eſt lætus:
Ovidius igitur, non eſt bonus poeta.

Secundus eſt:

Bonus poeta, eſt otioſus:
Ovidius, non eſt otioſus:
Ovidius igitur, non eſt bonus poeta.

Tertius ſyllogiſmus eſt:

Bonus poeta, eſt ſecurus:

Ovidius

Ovidius, non eſt ſecurus:

Ovidius igitur, non eſt bonus poeta.

Hic argumenta tria ſunt ex adjunctis, lætitia, otio, ſecuritate: complexio una eſt omnibus communis: & proſyllogiſmi aſſumptionum é diſſentaneis ponuntur pro ipſis aſſumptionibus.

Ageſilaus] Hæc utraque hiſtoria eſt in epiſtola Ciceronis ad Lucceium, de duobus Regibus, Ageſilao Laconum, Alexandro Macedonum: Neque enim (ait orator) « Alexander ille gratiæ cauſſa ab Apelle potiſſimúm pingi, « & á Lyſippo fingi volebat: ſed quód illorum artem cúm « ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifi- « ces, corporis ſimulacra ignotis faciebant nota; quæ vel ſi « nulla ſint, nihilo ſunt tamen obſcuriores clari viri. Nec « minús enim eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui « neque pictam, neq; fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, « quám qui in eo genere laborarũt. Unus enim Xenophontis « libellus in eo rege laudando, facilé omnes imagines « hominum ſtatuaſque ſuperavit. «

Cæſar] Hæc altera hiſtoria eſt notiſſima, de Cæſare, qui patriæ libertatem armis oppreſſit: pro qua Cicero graviſſimos labores, mortem denique tandem ſubiit. Ergo hæc exempla P. Ramus attulit propriorum in hac ſpecie ſyllogiſmorum, quorum uſus frequens eſſe poſſit, cúm de duobus quæritur, utrúm ſit unus & idem. Atque hæc de ſecunda ſpecie primi generis: quæ una re quidem copioſior eſt ſuperiore, quód concludere poſſit etiam generaliter: ſed una re eſt infirmior, quód affirmaté concludere non poſſit: & quód in prima ſpecie, ſimplici illo expoſitionis ſenſu judicatur, in hac ſpecie judicari non poſſit: vel potiús ut expoſitio, præcipua laus eſt primę ſpeciei: ſic negata concluſio ſecundæ: in quam nempe diſſenſio rerum negatioque frequentiús incurrit. Itaque ſua cuique ſpeciei & propria laus atque perfectio eſt.

CAP. 12. De ſecundo genere ſyllogiſmi ſimplicis.

ADhuc fuit ſpecies utraque primi generis,

unde ſecundum genus componitur. "Syllogiſmus ſimplex ſecundi generis eſt, ubi ex argumento antecedente in propoſitione definité, conſequente in aſſumptione affirmaté, complexio antecedenti ſimilis efficitur.

AFF. GEN.

Juſtum eſt utile:
Honeſtum eſt juſtum:
Honeſtum igitur eſt utile.

» Quod Cicero 2. Off. ita concludit: "Summa
» quidem authoritate philoſophi, ſeveré ſané at-
» que honeſté, hæc tria genera confuſa, cogitatio-
» ne diſtinguunt. Quicquid enim juſtum ſit, id eti-
» am utile eſſe cenſent:" itemq; quod honeſtum,
» idem juſtum." Ex quo efficitur, ut quidquid ho-
» neſtum ſit, idem ſit utile.

NEG. GEN.

Timidus non eſt liber:
Avarus eſt timidus:
Avarus itaq; non eſt liber.

Hoc ita concluditur & judicatur ab "Horatio 1. Epiſt.

Quó melior ſervo, quó liberior ſit avarus,
In triviis fixum cúm ſe demittit ob aſſem,
Non video: nā qui" cupiet, metuet quoq; porrò
"Qui metuens vivit, liber mihi nō erit unquā.

Sic Terent. in Eunucho concludit & judicat:

Conſilii expers conſilio regi non poteſt:
Amor eſt conſilii expers:
Conſilio itaq; regi non poteſt.

Syllogiſmus his verbis ſequitur:

"Here, quæ res in ſe neq; conſilium, neq; modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes:
"In amore omnia hæc inſunt vitia: injuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum." incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

AFF. SPEC.

Cóſules virtute factí, ſtudioſé Remp. tueri debẽt:
Cicero eſt virtute factus Conſul:
Cicero igitur Rempub. ſtudioſé tueri debet.

Sic orator diligentiam ſuam Agraria ſecunda concludit & judicat: Nam cúm omnium Con- « ſulum, ait, gravis in Republica cuſtodienda, cu- « ra ac diligentia debet eſſe: tum eorum maximé, « qui non in incunabulis, ſed in"campo ſunt Con- « ſules facti:"Nulli populo Romano pro me ma- « jores noſtri ſpoponderunt: mihi creditum eſt: á « me petere, quod debeo, me ipſum appellare de- « betis."Quemadmodum cúm petebam, nulli me « authores generis mei vobis commendarunt: ſic « ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me á « vobis deprecentur."Quare modó ut vita ſuppe- « tat (quanquam ego ſum is, qui eam poſſim ab i- « ſtorum ſcelere inſidiiſque defendere) polliceor « hoc vobis, Quirites, bona fide, Rempub. vigilan- « ti homini, non timido: intelligenti, non ignavo « commiſiſtis. «

Si quid optatum redierit, gratum eſt:
Lesbia Catullo optata rediit:
Grata igitur eſt.

Catullus ſic concludit:

"Si quicquã cupidoq; optantiq; obtigit unquã, &
Inſperanti, hoc eſt gratum animo proprié.
"Quare hoc eſt gratũ, nobis quoq; charius auro,
"Quód te reſtituis Lesbia, mi cupido.
Reſtituis cupido, atq; inſperanti ipſa refers te:
Nobis" ó lucem candidiore nota!
"Quis me uno vivit felicior? aut magis hac quid
Optandum vita, dicere quis poterit?

NEG. SPEC.

Deceptor amantis puellæ non eſt laudandus:
Demophoon eſt deceptor amantis puellæ, ut Phyllidis:
Demophoon igitur non eſt laudandus.

"Phyllis apud Ovidium ita judicat Demophoontem laudandum non eſſe:

"Fallere credentem, non eſt operoſa puellam
Gloria: ſimplicitas digna favore fuit.
"Sum decepta tuis & amans, & fœmina verbis:
Di faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.

AFF. PROP.

"Octavius eſt hæres Cæſaris:
Ego ſum Octavius:
Sum igitur hæres Cæſaris.

NEG. PROP.

Antonius non eſt filius Cæſaris:
Tu es Antonius:
Non es igitur filius Cæſaris.

Adhuc] Compoſitio ſecundi generis ex utraque ſpecie primi generis modó per partes pleniús intelligetur.

Syllogiſmus] Hæc definitio manifeſté demõſtrat: figuram, quam Ariſtoteles primam fecit, eſſe tertiam, magiſque eſſe ſpecialem, quám duæ ſuperiores fuerunt. Nam in definien-

definienda ſpecie, adhibentur generalia & antecedentia, non contrà: At in hac definienda figura, adhibentur quæ in utraque ſpecie primi generis fuerunt: neque quicquam hîc adhibetur, non collectum ex illis: ut planè cõſtet, hanc figuram ex illis eſſe compoſitam: Nam primò quòd argumẽtum antecedat in prima parte, eſt è prima ſpecie: quòd ſequatur in ſecunda parte, eſt è ſecunda ſpecie: quòd propoſitio ſit definita, eſt è ſecunda ſpecie: quòd aſſumptio ſit affirmata, eſt è prima ſpecie: quòd complexio ſit antecedenti ſimilis, eſt è ſecunda: quòd bini modi diſtinguantur affirmatione & negatione, eſt è prima ſpecie: quòd ſpeciales modi ſint aſſumptionis complexioniſque frequentiùs propriæ quàm indefinitæ, eſt è ſecunda ſpecie. Itaque ſi ſyllogiſmi prima differentia nominata non eſſet vocabulis ſimplicis & compoſiti, ſyllogiſmus tribus Ariſtotelis figuris cõcluſus, commodè ita divideretur in ſimplicem & compoſitum: & ſimplices eſſent adhuc expoſiti in utraque ſpecie primi generis: compoſitus ex utraque illa, in modis ſequentibus. Sed quamvis verba non ſuccurrant ſatis idonea, res tamen ipſa nihilominus à P. Ramo perſpicuè propoſita eſt. Quamobrem juſta methodi lege, poſtpoſita eſt figura, & de tribus facta eſt tertia, quam Ariſtoteles primam fecerat. Enimvero P. Rami agriculturam in hac agri parte, cum Organi deſerta illa atque inculta Arabia comparemus: definitionem figuræ cæteraque illa antè jam in ſuperioribus figuris conſiderata ſubducamus. Quomodo igitur figura iſta definitur? Quando « igitur termini tres ſic habuerint inter ſe, ut extremus in « toto ſit medio, & medius in primo ſit aut non ſit: neceſſe « eſt extremorum eſſe ſyllogiſmum perfectum: voco au- « tem medium quidem, quod & ipſum in alio & aliud in « ipſo eſt quod & poſitione fit medium: extrema au- « tem, cùm idem in alio ſit, & in quo aliud eſt. Hæc definitio eſt Organi, duarum in duabus antè figuris definitionum una re diſſimilis. In ea quidem κατὰ παντὸς nihil eſt: nec enim definitio iſta ſpecialibus & propriis modis convenit: At ſophiſma alterum hîc non eſt admiſſum, quòd (ut antea) definitio ſoli definito non conveniret: Hoc uno elencho minùs eſt vitioſa definitio: at media & extre-

ma conſimiliter definiuntur,& tautologiam conſimilem
oſtendunt. Definitio enim figuræ legitima, id cõmuniter
explicaret,quod per partes hic inutiliter iteratur.Attamen
medium in hac figura ſolummodo eſt juſta anteceſſionis
& conſecutionis metaphora nominatum , ut antea di-
xi. tam ſecurus fuit de lege κατὰ παντὸς, de lege καθό-
λȣ πρῶτον, qui primus argumentum híc medium no-
minavit. Obſcuritas ſophiſmatis tam multiplicis pri-
ma, eſt in hac Organi figura , quód figura prima, quód
medium,& extrema,tam ſophiſticé definiantur: ſed mul-
tis obſcuritatib.præterea cumulata.Modi quatuor demõ-
ſtrantur prçclaris demonſtrationib.principiorum;Dici de
omni,& Dici de nullo:quarum unicam pro omnibus hoc
loco P.Ramus é Scholis dialecticis examinabat & retexe-
bat:Enimvero(ajebat) Organicam demõſtrationem pri-
mi modi videamus: quæſtionem eſſe de modi primi defi-
nitione meminerimus:An ſi primum ſit in medio toto, &
mediũ in toto poſtremo,neceſſe propterea ſit,eſſe univer-
ſalem ſyllogiſmum extremorum , & primum eſſe in toto
poſtremo?Hçc enim verba ſunt in Organo,& ea eſt ad de-
monſtrandum propoſita quæſtio. Quænam igitur ratio
ad primum ſophiſticæ Ariſtotelis figuræ modum demon-
» ſtrandum affertur?Si enim,ait Ariſtoteles,α de omni β, &
» β de omni γ:neceſſe eſt α de omni γ dici:prius enim dictũ,
» quomodo de omni dicimus. Hæc tota demonſtratio eſt:
Argumentum igitur & medium demõſtrationis hujus vi-
deamus;quam complexionis cauſſam contineat, æſtime-
mus.Principium eſt(inquies)Dici de omni.At hoc princi-
pium, eſt ſententia definitionis, quæ demonſtranda pro-
ponitur,mutatis tantúm verbis cõprehenſa;definitionem
» etiam tertii in eadem figura modi confuſé cõplexa:Quod
» de toto dicitur, ſi quid vel generaliter, vel ſpecialiter aſſu-
» mas,de eo quoq; dicitur.Hoc axioma cõplectitur primi &
tertii modi definitionẽ:itaq; ad definitiones ipſas demon-
ſtrandum,ſi afferatur,idem per idem demonſtrabitur;aut
ſi quid diverſum putes,poſterius & obſcurius erit. Conſtet
enim definitio primi modi, de quo nunc agitur,ex ſuo ge-
nere ſuaq; differentia:dicaturque ſyllogiſmus ſimplex ſe-
cundi generis, affirmatus & generalis: clarius & eviden-
tius

dus nihil eſſe poteſt. Nulla igitur hujus definitionis eſſe demonſtratio poteſt:& quicquid afferetur ad eam demõſtrandum,poſterius & obſcurius erit. Definitio, eſt principium;nec omnino demonſtrari poteſt; ut quinque capitum ſententia nos antea Ariſtoteles docuit:Ergo fruſtra & contra Ariſtotelis doctrinam iſta demonſtratio tentatur. Jam veró nonne in Organo docetur, duos modos primæ figuræ,omnium ſyllogiſmorum clariſſimos eſſe? ad eoſq; cæteros omnes revocari? Imó veró docetur in Poſterioribus,hunc modum generaliter affirmatum,demonſtrationis excellentiſſimæ & omnium præſtantiſſimæ modum eſſe:Si vis igitur probare primi hujus modi definitionem, per alium quempiam ſyllogiſmi modũ,nõne vehementer erras?& ſolem tanquã ſtella aliqua illuminare vis?Quamobrem intelligimus: quó ſeſe ingeniorum præſtãtium luxuries effuderit. Apolloniꝰ ſummus Mathematicus,quod erat in totis mathematicis clariſſimum & evidẽtiſſimum, (Quæ eidem æqualia)demonſtrare voluit:& nunc Ariſtoteles,in logicis videlicet Apollonius,demonſtrare vult clariſſimum & evidentiſſimum ſyllogiſmi judicium. Hic elenchus inertibus ingeniis accidere non ſolet: impetus eſt luxuriãtis ingenii,genioq; ſuo indulgentis, neq; ſatis accuraté ad logicas illas bene docendi leges attendentis. Quamobrem obſecrabat hîc etiã P. Ramus philoſophos omnes,ut aliquando ſeſe excitarent ad ſtudium percipiendæ cognoſcendæq; veritatis, & intelligerent tandem aliquando,quæ præſtantiſſima Logicæ myſteria judicaſſent, inani vanitatis inauditæ fuco ſophiſmata inducta eſſe: eaque vulgo probari & laudari, quia excellentis philoſophi nomen prętexeretur. At philoſophus ipſe,tali argumento, taliq; ſyllogiſmo nunquam philoſophiam tractandã eſſe docuit:leges accuratiús judicãdi, cõſtantiúſq; philoſophãdi propoſuit.& hoc P. Rami fundamentũ adhuc fuit logicæ artis fundandæ & ædificandæ. Talis eſt iterũ demõſtratio ſecundi modi:ex principio, Dici de nullo:de qua ne minutatim perſequar, ꝙ ſummatim cõplecti poſſum, idem eſt dicendum;quæſtionem non eſſe demonſtrabilẽ:Deinde,principiũ illud eſſe ex definitione ſecũdi & quarti modi conflatũ: aut ſi diverſum ſit, poſterius definitionib. illis

& obſcurius eſſe. Definitiones tertii & quarti modi ſimul confunduntur; & ex iiſdem principiis, conſimili caligine demonſtrantur: demonſtrationes ſunt quatuor in modis quatuor rectis: Atque ita pro definitionibus & claris exemplis demonſtrationes nil demonſtrantes, & exempla nullius rei exempla adhibita ſunt, quæ totam hanc doctrinam valde conturbant. An nondum obſcuritatum finis eſt? Imó veró vix eſt initium. Quatuor modis recté concluditur in primo ſimplici genere: novendecim modis vitioſé concluditur in eodem genere, ut nominatim hic docetur: pluribus veró, ut interpretes enumerant. Demonſtrationes igitur hic etiam novendecim prioribus additæ, tres & viginti demonſtrationes in hac figura conſtituunt. At (ajebat hic P. Ramus) Sophiſtica elenchorum, non eſt homogenea Logicæ ſyllogiſmorum: & de tanto tamque in Organi libris frequenti ſophiſmate, jam infinité coactus, repeto, cúm doceo: in Organi libris, pro Logica Sophiſticam eſſe traditam. repeto, inquam, quod antea propoſui, ſyllogiſmos omnes eſſe perfectos ſua definitione, lumine externo non indigere. Ac ſi jam obſtinatus aliquis & pervicax roget, Quæ ſunt ſyllogiſmorum principia? An (inquam) id nondum ſatis expoſui? an non jam toties Ariſtotelicam philoſophiam propoſui? Definitus eſt ſyllogiſmus, diviſus eſt in ſpecies, ſpecies definitæ: quæris, an genus ſpeciei conveniat? & primus modus, definitus, ſit ſyllogiſmus, id eſt conſtans & perpetua concluſio? hic ſi ratio aliqua ſit quamobrem, ſané ſola fuerat ſyllogiſmi definitio. Si requiras præterea definitionis rationem; nihilo plus agas (ut inquit ille) quám ſi des operam, ut cum ratione inſanias. Sic Ariſtoteles affirmat, genus, differentiam, atque ex iis conflatam definitionem, demonſtrari non poſſe, ſed principia demonſtrationis eſſe: Ergo ſyllogiſmorum definitiones, ſunt ſyllogiſmorum principia.

Summa quidem] De utilitate Tullius eo loco differit Stoïcum paradoxum, utile nihil eſſe, niſi honeſtum. Sed » in hoc verbo (ait eo loco Tullius) lapſa conſuetudo deflexit de via, ſenſimque eó deducta eſt, ut honeſtatem ab utilitate ſecernens, conſtitueret, honeſtum eſſe aliquid, quod utile

utile non eſſet: & utile, quod non honeſtum. Qua nulla «
pernicies major huminum vitę potuit afferri. Summa qui- «
dem, &c. Tum ſequitur: Quod qui parum perſpiciunt, ii «
ſæpe verſutos homines & callidos admirantes, malitiam, «
ſapientiam judicant. Quorum error eripiendus eſt, opi- «
nioq; omnis ad eam ſpeciem traducenda, ut honeſtis con- «
ſiliis, juſtiſq; factis, non fraude & malitia ſe intelligant ea «
quæ velint, conſequi poſſe. «

Summa quidem] Propoſitionis eſt proſyllogiſmus, ex authoritate Stoïcorum; qui re ipſa conjunctũ honeſtum cum utili cenſebant eſſe, cogitatione autem ſeparabant.

Itemque] Aſſumptio.

Ex quo] Complexio. omnes autem ſyllogiſmi hujus partes, ſunt relata enuntiata: & tamẽ ex iis ſimpliciter concluditur: quia diſpoſitio argumenti eſt ſimplex cum ſingulis partibus quæſtionis. Sic autem concludit Ovidius 1. Faſt.

Dic age, frigoribus quare novus incipit annus?

Quæſtio eſt: tum ſyllogiſmus ſequitur:

Bruma novi prima eſt, veteriſq; noviſſima ſolis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.
Principium ſolis, eſt anni principium:
Bruma, eſt principium ſolis:
Bruma igitur, eſt anni principium.

Talis ſyllogiſmus Catonis, quód mors ſenibus ſit bona, quia ſecundum naturam. Omnia veró (ait) quæ ſecundum «
naturam fiunt, ſunt habẽda in bonis. Quid eſt autem tam «
ſecundum naturam, quám ſenibus emori? quod idẽ con- «
tingit adoleſcentibus, adverſante & repugnante natura: I- «
taque adoleſcentes mori ſic mihi videntur, ut cúm aquæ «
multitudine, vis flammæ opprimitur: ſenes autem ſic, «
ut ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extin- «
guitur.

Horatio] Horatius primo libro epiſtolarum ad Quintium, paradoxum Stoïcum concludit, Omnes avaros, eſſe ſervos: Complexio præcedit cum proſyllogiſmo é paribus & effectis.

Cupiet] Id eſt, avarus erit: & aſſumptio eſt ſyllogiſmi.

Qui metuens] Propoſitio eſt ſyllogiſmi. Notabis autẽ,

etiam hîc partes relati compoſitas, attamen in ſyllogiſmo ſimplici.

Here] Act.1. Scen.1. Parmeno leno, Phædriæ adoleſcẽti hero ſuo amanti ſuadet, ut ſeſe redimat captum quanti queat: neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addat: & illas quas habet, rectè ferat.

Here] Propoſitio relata ſine proſyllogiſmo illud videlicet *αὐτόπιστον* ponitur.

In amore] Aſſumptionis ſententia cõprehenditur proſyllogiſmo variorum adjunctorum.

Incerta] Sententia complexionis, proſyllogiſmo parium comprehenſa. Speciales modi antea, uti diximus, habent ſpeciale ſæpius proprium, quàm infinitum ſeu particulare: & hîc rurſus eſt idem. E propoſitis generalib. exemplis, particularia facies hoc modo. Omne juſtum eſt utile: Aliquod honeſtum, eſt juſtũ: Ergo aliquod honeſtum, eſt utile. Item: Nulla res conſilii expers, conſilio regi poteſt: Aliquis amor, eſt expers conſilii: Aliquis igitur amor, conſilio regi non poteſt. At quæſtio hæc infinitæ rei, meliùs expoſitione breviúſq; comprehenditur, (ut antea jam dixi) propriarum rerum quæſtio frequentior.

Nam cùm] Locus eſt in peroratione ſecundæ Agrariæ: ubi converſus orator ad latores legis Agrariæ, qui
» turbare omnia conabantur, Hæc (inquit) vos concupiſ-
» ſe pro veſtra ſtultitia atque intemperantia, non miror:
» ſperaſſe, me Conſule aſſequi poſſe, demiror. Nam cùm, & cætera.

Nam cùm] Propoſitio prima eſt, cum proſyllogiſmo majorum & diverſorum: In incunabulis fuere Conſules, ait, qui majorum gratia & favore honorem illum aſſequerentur.

Campo] In campo Martio antea comitia habebantur creandis magiſtratibus: & in Campo magiſtratus fieri dicit, qui pro ſua virtute deliguntur.

Nulli] Sententia aſſumptionis cum proſyllogiſmo diverſorum illorum.

Quemadmodum] Eadem illa diverſa tractantur per collationem ſimilitudinis.

Quare]

Quare] Complexio, cum proſyllogiſmo variorum diverſorum.

Si quicqnam] Catulli exemplũ eſt item propriæ complexionis: & concludit ſimpliciter, é propoſitione tamen connexa; ut modis omnibus intelligatur error Theophraſti, Eudemi, Boëtii. Catullus autem poëta, amicam, nomine Leſbiæ, multis poëmatis celebravit: ſignificat autem hoc loco antecedentis cujuſdam offenſionis reconciliationem, & reditum in gratiam.

Si quicquam] Propoſitio eſt ſine proſyllogiſmo, quia ἄμεσον quippiam & αὐτόπιστον complectitur.

Quare] Complexio eſt cum proſyllogiſmo minorum.

Quódte] Aſſumptio eſt totidem verbis repetita.

O lucem] Iteratur ſententia complexionis, ex adjuncto. Legitur in Aldino codice:

O mihi chara magis candidiore nota!

Quis] Iteratur eadem complexio é minoribus.

Phyllis] Phyllis Lycurgi filia, regina Thraciæ, Demophoontem Theſeï filium é bello Trojano illuc ejectum, hoſpitio & conjugali lecto exceperat: Itaque cúm Demophoon Athenas ad occupandum patris regnum profectus non rediret, Phyllis inter cætera apud Ovidium hoc conqueritur.

Fallere] Propoſitio cum proſyllogiſmo adjunctæ ſimplicitatis.

Sum decepta] Aſſumptio, ubi nominatim repetuntur propoſitionis partes. Sed amans, pro credens: & fœmina, pro puella dicitur.

Dii faciant] Complexionis loco, imprecatio eſt: quæ pauló póſt enumeratis majorum titulis, ita concluditur:

Hæc tua poſt illos titulo ſignetur imago:

Hic eſt, cujus amans hoſpita capta dolo eſt.

Octavius] Exempla de hiſtoria ficta, ſunt duo ſequentia: de qua Suetonius in Octavio 8. & 10. capitibus: ut Octavius hæres á Cæſare ſit relictus, & Antonius tamẽ Conſul ab adeunda hæreditate deterrere conaretur. Adhuc de prima Ariſtotelis figura nobis actũ eſt, quam Ariſtoteles II. c. I. Poſt. præſtare cęteris judicat, quia per eã inveſtigetur & cõcludatur ſcientia διότι, quæ eſt κυριωτάτη. At hanc

utramque cauſſam P. Ramus in Poſterioribus ipſis pleniſſimè confutavit; cùm docuit, quæſtionem ipſam διότι, ſyllogiſticam non eſſe; ſcientiaſque omnes & diſciplinas, ſolis definitionibus, partitionib. exemplis, ſine ſyllogiſmo ullo inſtitui poſſe. Tertia Ariſtotelis eſt ratio de præſtantia hujus figuræ, quia cæteris non egeat; cùm tamen ad eam cæteræ reducantur. quæ ratio quàm ridicula ſit, patuit è ſophiſmatis reductionum antea diſputatis: hoc enim argumento, duæ ſuperiores præſtarent, quia ſunt ſimpliciores, & ad eas potiús redigenda figura hæc eſſet, ſi reductione ulla eſſet opus. Quare primi generis prima ſpecies ſuam laudem habet ex illa expoſitionis familiaritate: ſecunda è negationis concluſione: Secundum hoc genus ex illa utraque compoſitum, etiam laudes compoſitas complectitur: ſed generalis affirmationis laudem propriam ſibi vendicavit. Veruntamen totum hoc excellentiæ problema, otioſæ elegantiæ multó plus habet, quàm ſolidæ doctrinæ. Philoſophus 7. cap. 1. Poſter. deridet ridiculas in Geometria quæſtiones, utrùm recta, ſit pulcherrima linearum: Derideto igitur, ac multó juſtiore cauſſa, quæſtiones in Logica planè ludicras, utrùm figura prima, ſit pulcherrima figurarum: Cognitio enim præſtantiæ hujus, nihil ad concluſionis judicium, nihil ad ſyllogiſmi uſum attinet. Tale fuit in contradictionis topico problema, quód contradicentia, maxima eſſent omnium oppoſitorum: & tales quæſtiones de comparatione duorum vel trium argumẽtorum ludicrorum diſceptari poſſunt; quæ ſit pulcherrima cauſſarum, quæ ſit præſtanſtiſſima comparationum, quæ frequentiſſima enuntiationum. At hæc omnia ad bene diſſerendum nihil attinent: nihil habent in Logica καθ' αὑτό: propterea tã bellus artis fucus á P. Ramo ſublatus eſt: Sed tamen infinitum ſit, ſi quis omnia, quæ in trium figurarum argumento, Logicorum ſcholæ commẽtæ ſunt, expendere conetur. Dictum eſt de tribus figuris, earumque propriis modis: capita ſuperſunt duo & triginta, de ſyllogiſmo ſimplici mirabilis ſophiſticæ plena: Primó ſeptimum caput 1. Prior. duos communes omniũ figurarum modos inſtituit: quos è Scholis dialecticis P. Ramus huc repetebat: ſic autem in Organo proponuntur: Cùm autem

tem affirmativus & privativus, & univerſaliter ſumptus «
privativus, ſemper fit ſyllogiſmus minoris extremitatis, ad «
majorem: ut ſi α quidem omni β, vel alicui: β autem nulli κ: «
converſis enim propoſitionibus, neceſſe κ alicui α non in- «
eſſe: Similiter autem in aliis figuris: ſemper enim fit per «
converſionem ſyllogiſmus. hos duos modos Græci quidem κατὰ ἀνάκλασιν καὶ ἀνακλωμένως, id eſt ἀντιςροφὴν καὶ ἀντιςραφοῦντας, ſecundum converſionem & converſos nominant: vulgus in noſtris ſcholis appellat Fapeſmo & Frizeſomorum. Exemplis autem exponamus quó faciliús ineptiæ deprehendantur. Exemplum Fapeſmo in prima figura Ariſtotelis:

Omnis philoſophus, eſt laudandus:
Nullus ſophiſta, eſt philoſophus:
Aliquis igitur laudandus, non eſt ſophiſta.

Complexio directa erat, Nullus igitur ſophiſta, laudandus: ea veró non procedebat: quare per converſionē, contorta complexio eſt hoc modo, Aliquis igitur laudandus, non eſt ſophiſta. Vides quám volubili rota figulus hujus operis complexionem convertat! Simile eſt ſecundæ figuræ exemplum:

Aliquis philoſophus, eſt laudandus:
Frizeſomorum: *Nullus ſophiſta, eſt philoſophus:*
Aliquis igitur laudandus, nō eſt ſophiſta.

In ſecunda tertiaqué figura, hæ concluſiones non habent ab uſitatis modis collocationem diverſam, niſi quód ſecundo loco propoſitionem ſtatuunt, aſſumptionem primo: & quód complexionem habent in ſecunda figura ſpecialem: Secundæ enim figuræ primo & tertio, tertiæ ſecundo & ſexto modis concluduntur in ſecunda figura, ſic:

Omnes improbi, ſunt miſeri:
Fapeſmo: *Nulli ſapientes, ſunt miſeri:*
Ergo aliquis improbus, non eſt ſapiens.

Aliquis ſapiens, eſt beatus:
Frizeſomorum: *Nullus improbus, eſt beatus:*
Aliquis igitur ſapiens, non eſt improbus.

In tertia figura idem prorſus erit: pone igitur priore loco, quod ſecundo eſt, omnia congruent ad artis legem, quæ eſt ſecundæ figuræ modis quatuor illis: ut,

Nulli ſapientes, ſunt miſeri:
Fapeſmo: *Omnes improbi, ſunt miſeri:*
Aliquis igitur improbus, non eſt ſapiens.
Nulli improbi, ſunt beati:
Frizeſomorū: *Aliquis ſapiens, eſt beatus:*
Aliquis igitur ſapiens, non eſt improbus.

Mutatio autem loci, nec legem, nec ſpeciem ſyllogiſmi variat: & ſyllogiſmi partem metimur non loco, ſed ſententia & collocationis ratione. & liber Interpretationis veré docet, tranſmutata nomina & verba idem ſignificare. Ergo hæc nova eſt de duobus communibus concludendi modis ſyllogiſtica. At quis iſto modo ratiocinatur, aut argumentatur? Proferant hujus doctrinæ doctores, Homericum aliquod, Platonicum, Ariſtotelēum etiam, extra hæc commenta, ullum naturale exemplum: Recordentur Ariſtotelicæ doctrinæ, in Analyticis etiam tantopere celebratæ; principia artium, ſingularium exemplorum inductione non ſolúm colligi; ſed collecta, cúm traduntur aliis, illuſtrari: artium omnium mater experientia & obſervatio (ait Ariſtoteles) inducatur. Ergo nobis hujus artis, hujus regulæ vera & naturalia exempla é præſtantibus authoribus deducta & obſervata, proponantur. Atqui nō ſolúm ejuſmodi nulla reperientur; ſed ſi fingantur, protinus ſophiſticam ſuā indicabunt: hæc enim commētitia & captioſa ſophiſmata, é tenebricoſis converſionū ſophiſmatis educta ſunt. Atque hæc in 7. cap. Logica ſyllogiſtica eſt, de duobus modis communibus: ad cæteros autem duobus Analyticis prioribus ſyllogiſticæ artis tribulos reſpiciens, exhorreſco, tantam otioſorum ingeniorūm in ſterilibus avenis fertilitatem extitiſſe. hic enim P. Ramus logicas Muſas & Charites implorans, attonitus hærebat, cúm tam incredibiles tenebras á doctiſſimis quidem & ingenioſiſſimis hominibus inventas intueretur. Quis enim putet, ab inertibus & ſtolidis ea unquam meditata & commentata eſſe, quæ vel diligentiſſimis & acerrimis ingeniis intelligere tantúm & cognoſcere ſit difficillimum? Superiorem veró ſyllogiſticam, é mathematica ſchola profectam, tam multa & vocabula, & exempla, & ſimilia, plané demonſtrarunt: Et conjectura non aliena

ſit,

ſit, indidem reliqua hæc orta eſſe. Itaque homines eruditi, & ingenio otioque abundantes, cúm ſeſe in reconditis illis obſcuriſque artibus vehementer exercuiſſent; experiri placuit, quicquid de ſyllogiſmo dici poteſt; utrúm κατὰ παντὸς, καθ᾽ αὑτὸ, καθόλε πρῶτον, cura (ut apparet é rebus ipſis) nulla omnino fuit. Ergo P. Ramus labyrinthum hîc quendam reputans, errores & mæandros anfractuũ tam varios admirabatur: ſed minimé gentium, minimé temporum, minimé hominum, minimé deniq; logicarum & Ariſtotelearum legum, obſcuritates iſtas in lucis & perſpicuitatis doctrina convenire arbitrabatur. Primo Analytico capita ſunt deinceps quatuordecim poſt ſeptimum ad viceſimum ſecundum, de ſyllogiſmo é modificatis enuntiatis tum puris, tum permiſtis, & inter ſe, & cum abſolutis. Octavum caput eſt, quód ſyllogiſmus ex omnibus neceſſariis neceſſarium concludat in tribus figuris, eadem arte, quæ jam tradita eſt: Quod non eſt καθ᾽ αὑτὸ: nam etſi error accidere non poteſt, ut antea de negatis modificatis intellectum eſt: attamen negatio non eſt, Neceſſe eſt, nullum hominem eſſe beſtiam: ſed affirmatio eſt, quia conſequens (eſt neceſſe) affirmatur de antecedente, Nullum hominem eſſe beſtiam: nec ideo tales affirmationes, ad regulam artis pro vera negatione poſſunt admitti. hæc P. Rami ratio eſt adverſus ſyllogiſmum é modificatis neceſſariis. Tria capita proxima, 9.10.11. habent μίξιν ἀναγκαίε καὶ ὑπάρχοντος, miſtionem neceſſarii & abſoluti: ut ex propoſitione neceſſaria, & aſſumptione abſoluta, neceſſarium concludatur. At Theophraſtus jam olim id refutaverat, docueratque, complexionem debiliori partium antecedentium ſimilem eſſe; ideoque ex neceſſario & abſoluto non poſſe, niſi abſolutum concludi. hoc igitur non eſt κατὰ παντὸς, ſed plané falſum eſt. Duodecimo capite ſignificatio contingentis neceſſarii & non neceſſarii proponitur; non neceſſarii frequentis & utlibet, cujus affirmatio in negationem convertatur: ut, Contingit hominem eſſe divitem, & contingit hominem non eſſe divitem: quę negatio tamen enuntiati nõ eſt: quia attributum, Contingit, nõ negatur. deinde enuntiati contingentis ſententia duplex efficitur: ut,

Catullus ſic concludit:

"Si quicquã cupidoq; optantiq; obtigit unquã, &
Inſperanti, hoc eſt gratum animo propriè.
"Quare hoc eſt gratũ, nobis quoq; charius auro,
"Quòd te reſtituis Lesbia, mi cupido.
Reſtituis cupido, atq; inſperanti ipſa refers te:
Nobis" ò lucem candidiore nota!
"Quis me uno vivit felicior? aut magis hac quid
Optandum vita, dicere quis poterit?

NEG. SPEC.

Deceptor amantis puellæ non eſt laudandus:
Demophoon eſt deceptor amantis puellæ, ut
Phyllidis:
Demophoon igitur non eſt laudandus.

"Phyllis apud Ovidium ita judicat Demophoontem laudandum non eſſe:

"Fallere credentem, non eſt operoſa puellam
Gloria: ſimplicitas digna favore fuit.
"Sum decepta tuis & amans, & fœmina verbis:
Dii faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.

AFF. PROP.

"Octavius eſt hæres Cæſaris:
Ego ſum Octavius:
Sum igitur hæres Cæſaris.

NEG. PROP.

Antonius non eſt filius Cæſaris:
Tu es Antonius:
Non es igitur filius Cæſaris.

Adhuc] Compoſitio ſecundi generis ex utraque ſpecie primi generis modò per partes pleniùs intelligetur.

Syllogiſmus] Hæc definitio manifeſtè demõſtrat figuram, quam Ariſtoteles primam fecit, eſſe tertiam, magiſque eſſe ſpecialem, quàm duæ ſuperiores fuerunt. Nam in definien-

definienda ſpecie, adhibentur generalia & antecedentia, non contrá: At in hac definienda figura, adhibentur quæ in utraque ſpecie primi generis fuerunt: neque quicquam híc adhibetur, non collectum ex illis: ut plané cõſtet, hanc figuram ex illis eſſe compoſitam: Nam primó quód argumẽtum antecedat in prima parte, eſt é prima ſpecie: quód ſequatur in ſecunda parte, eſt é ſecunda ſpecie: quód propoſitio ſit definita, eſt é ſecunda ſpecie: quód aſſumptio ſit affirmata, eſt é prima ſpecie: quód complexio ſit antecedenti ſimilis, eſt é ſecunda: quód bini modi diſtinguantur affirmatione & negatione, eſt é prima ſpecie: quód ſpeciales modi ſint aſſumptionis complexioniſque frequentiús propriæ quám indefinitæ, eſt é ſecunda ſpecie. Itaque ſi ſyllogiſmi prima differentia nominata non eſſet vocabulis ſimplicis & compoſiti, ſyllogiſmus tribus Ariſtotelis figuris cõcluſus, commodé ita divideretur in ſimplicem & compoſitum: & ſimplices eſſent adhuc expoſiti in utraque ſpecie primi generis: compoſitus ex utraque illa, in modis ſequentibus. Sed quamvis verba non ſuccurrant ſatis idonea, res tamen ipſa nihilominus á P. Ramo perſpicué propoſita eſt. Quamobrem juſta methodi lege, poſtpoſita eſt figura, & de tribus facta eſt tertia, quam Ariſtoteles primam fecerat. Enimvero P. Rami agriculturam in hac agri parte, cum Organi deſerta illa atque inculta Arabia comparemus: definitionem figuræ cæteraque illa anté jam in ſuperioribus figuris conſiderata ſubducamus. Quomodo igitur figura iſta definitur? Quando « igitur termini tres ſic habuerint inter ſe, ut extremus in « toto ſit medio, & medius in primo ſit aut non ſit: neceſſe « eſt extremorum eſſe ſyllogiſmum perfectum: voco au- « tem medium quidem, quod & ipſum in alio & aliud in « ipſo eſt quod & poſitione ſit medium: extrema au- « tem, cúm idem in alio ſit, & in quo aliud eſt. Hæc definitio eſt Organi, duarum in duabus anté figuris definitionum una re diſſimilis. In ea quidem κατὰ παντὸς nihil eſt: nec enim definitio iſta ſpecialibus & propriis modis convenit: At ſophiſma alterum híc non eſt admiſſum, quód (ut antea) definitio ſoli definito non conveniret: Hoc uno elencho minús eſt vitioſa definitio: at media & extre-

ma conſimiliter definiuntur,& tautologiam conſimilem oſtendunt. Definitio enim figuræ legitima, id cōmuniter explicaret,quod per partes hic inutiliter iteratur.Attamen medium in hac figura ſolummodo eſt juſta anteceſſionis & conſecutionis metaphora nominatum, ut antea dixi. tam ſecurus fuit de lege κατὰ παντὸς, de lege καθόλȣ πρώτον,qui primus argumentum hic medium nominavit. Obſcuritas ſophiſmatis tam multiplicis prima, eſt in hac Organi figura, quód figura prima, quód medium,& extrema,tam ſophiſticé definiantur: ſed multis obſcuritatib.præterea cumulata.Modi quatuor demōſtrantur preclaris demonſtrationib.principiorum;Dici de omni,& Dici de nullo:quarum unicam pro omnibus hoc loco P.Ramus é Scholis dialecticis examinabat & retexebat:Enimvero(ajebat) Organicam demōſtrationem primi modi videamus:quæſtionem eſſe de modi primi definitione meminerimus:An ſi primum ſit in medio toto,& mediū in toto poſtremo,neceſſe propterea ſit,eſſe univerſalem ſyllogiſmum extremorum, & primum eſſe in toto poſtremo?Hęc enim verba ſunt in Organo,& ea eſt ad demonſtrandum propoſita quæſtio. Quænam igitur ratio ad primum ſophiſticæ Ariſtotelis figuræ modum demon-
» ſtrandum affertur?Si enim,ait Ariſtoteles,α de omni β, &
» β de omni γ:neceſſe eſt α de omni γ dici:prius enim dictū,
» quomodo de omni dicimus. Hæc tota demonſtratio eſt: Argumentum igitur & medium demōſtrationis hujus videamus;quam complexionis cauſſam contineat, æſtimemus.Principium eſt(inquies)Dici de omni.At hoc principium, eſt ſententia definitionis, quæ demonſtranda proponitur,mutatis tantúm verbis cōprehenſa;definitionem
» etiam tertii in eadem figura modi confuſé cōplexa:Quod
» de toto dicitur, ſi quid vel generaliter, vel ſpecialiter aſſu-
» mas,de eo quoq; dicitur.Hoc axioma cōplectitur primi & tertii modi definitionē:itaq; ad definitiones ipſas demonſtrandum,ſi afferatur,idem per idem demonſtrabitur;aut ſi quid diverſum putes,poſterius & obſcurius erit. Conſtet enim definitio primi modi, de quo nunc agitur,ex ſuo genere ſuaq; differentia:dicaturque ſyllogiſmus ſimplex ſecundi generis, affirmatus & generalis: clarius & eviden-

tius

dus nihil eſſe poteſt. Nulla igitur hujus definitionis eſſe demonſtratio poteſt:& quicquid afferetur ad eam demõſtrandum,poſterius & obſcurius erit. Definitio, eſt principium;nec omnino demonſtrari poteſt; ut quinque capitum ſententia nos antea Ariſtoteles docuit:Ergo fruſtra & contra Ariſtotelis doctrinam iſta demonſtratio tentatur. Jam veró nonne in Organo docetur, duos modos primæ figuræ,omnium ſyllogiſmorum clariſſimos eſſe? ad eoſq;, cæteros omnes revocari? Imó veró docetur in Poſterioribus,hunc modum generaliter affirmatum,demonſtrationis excellentiſſimæ & omnium præſtantiſſimæ modum eſſe:Si vis igitur probare primi hujus modi definitionem, per alium quempiam ſyllogiſmi modũ,nõne vehementer erras?& ſolem tanquã ſtella aliqua illuminare vis?Quamobrem intelligimus: quó ſeſe ingeniorum præſtãtium luxuries effuderit. Apolloni⁹ ſummus Mathematicus,quod erat in totis mathematicis clariſſimum & evidẽtiſſimum, (Quæ eidem æqualia)demonſtrare voluit:& nunc Ariſtoteles,in logicis videlicet Apollonius,demonſtrare vult clariſſimum & evidentiſſimum ſyllogiſmi judicium. Hic elenchus inertibus ingeniis accidere non ſolet: impetus eſt luxuriãtis ingenii,genioq; ſuo indulgentis, neq; ſatis accuraté ad logicas illas bene docendi leges attendentis. Quamobrem obſecrabat hîc etiã P. Ramus philoſophos omnes,ut aliquando ſeſe excitarent ad ſtudium percipiendæ cognoſcendæq; veritatis, & intelligerent tandem aliquando,quæ præſtantiſſima Logicæ myſteria judicaſſent, inani vanitatis inauditæ fuco ſophiſmata inducta eſſe: eaque vulgo probari & laudari, quia excellentis philoſophi nomen prętexeretur.At philoſophus ipſe,tali argumento, taliq; ſyllogiſmo nunquam philoſophiam tractandã eſſe docuit:leges accuratiús judicãdi, cõſtantiúſq; philoſophãdi propoſuit.& hoc P.Rami fundamentũ adhuc fuit logicæ artis fundandæ & ædificandæ. Talis eſt iterũ demõſtratio ſecundi modi:ex principio, Dici de nullo:de qua ne minutatim perſequar, ꝙ ſummatim cõplecti poſſum, idem eſt dicendum;quæſtionem non eſſe demonſtrabilẽ:Deinde,principiũ illud eſſe ex definitione ſecũdi & quarti modi conflatũ: aut ſi diverſum ſit, poſterius definitionib. illis

& obſcurius eſſe. Definitiones tertii & quarti modi ſimul confunduntur; & ex iiſdem principiis, conſimili caligine demonſtrantur: demonſtrationes ſunt quatuor in modis quatuor rectis: Atque ita pro definitionibus & claris exemplis demonſtrationes nil demonſtrantes, & exempla nullius rei exempla adhibita ſunt, quæ totam hanc doctrinam valde conturbant. An nondum obſcuritatum finis eſt? Imó veró vix eſt initium. Quatuor modis rectè concluditur in primo ſimplici genere: novendecim modis vitioſè concluditur in eodem genere, ut nominatim hic docetur: pluribus veró, ut interpretes enumerant. Demonſtrationes igitur hic etiam novendecim prioribus additæ, tres & viginti demonſtrationes in hac figura conſtituunt. At (ajebat hic P. Ramus) Sophiſtica elenchorum, non eſt homogenea Logicæ ſyllogiſmorum: & de tanto tamque in Organi libris frequenti ſophiſmate, jam infinitè coactus, repeto, cúm doceo: in Organi libris, pro Logica Sophiſticam eſſe traditam. repeto, inquam, quod antea propoſui, ſyllogiſmos omnes eſſe perfectos ſua definitione, lumine externo non indigere. Ac ſi jam obſtinatus aliquis & pervicax roget, Quæ ſunt ſyllogiſmorum principia? An (inquam) id nondum ſatis expoſui? an non jam toties Ariſtotelicam philoſophiam propoſui? Definitus eſt ſyllogiſmus, diviſus eſt in ſpecies, ſpecies definitæ: quæris, an genus ſpeciei conveniat? & primus modus, definitus, ſit ſyllogiſmus, id eſt conſtans & perpetua concluſio? hic ſi ratio aliqua ſit quamobrem, ſanè ſola fuerat ſyllogiſmi definitio. Si requiras præterea definitionis rationem; nihilo plus agas (ut inquit ille) quám ſi des operam, ut cum ratione inſanias. Sic Ariſtoteles affirmat, genus, differentiam, atque ex iis conflatam definitionem, demonſtrari non poſſe, ſed principia demonſtrationis eſſe: Ergo ſyllogiſmorum definitiones, ſunt ſyllogiſmorum principia.

Summa quidem] De utilitate Tullius eo loco diſſerit Stoïcum paradoxum, utile nihil eſſe, niſi honeſtum. Sed
» in hoc verbo (ait eo loco Tullius) lapſa conſuetudo defle-
» xit de via, ſenſimque eó deducta eſt, ut honeſtatem ab uti-
» litate ſecernens, conſtitueret, honeſtum eſſe aliquid, quod
utile

utile non eſſet: & utile, quod non honeſtum. Qua nulla pernicies major huminum vitę potuit afferri. Summa quidem, &c. Tum ſequitur: Quod qui parum perſpiciunt, ii ſæpe verſutos homines & callidos admirantes, malitiam, ſapientiam judicant. Quorum error eripiendus eſt, opinioq; omnis ad eam ſpeciem traducenda, ut honeſtis conſiliis, juſtiſq; factis, non fraude & malitia ſe intelligant ea quæ velint, conſequi poſſe.

Summa quidem] Propoſitionis eſt proſyllogiſmus, ex authoritate Stoïcorum; qui re ipſa conjunctū honeſtum cum utili cenſebant eſſe, cogitatione autem ſeparabant.

Itemque] Aſſumptio.

Ex quo] Complexio. omnes autem ſyllogiſmi hujus partes, ſunt relata enuntiata: & tamē ex iis ſimpliciter concluditur: quia diſpoſitio argumenti eſt ſimplex cum ſingulis partibus quæſtionis. Sic autem concludit Ovidius 1. Faſt.

Dic age, frigoribus quare novus incipit annus?
Quæſtio eſt: tum ſyllogiſmus ſequitur:
Bruma novi prima eſt, veteriſq; noviſſima ſolis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.
Principium ſolis, eſt anni principium:
Bruma, eſt principium ſolis:
Bruma igitur, eſt anni principium.

Talis ſyllogiſmus Catonis, quód mors ſenibus ſit bona, quia ſecundum naturam. Omnia veró (ait) quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habēda in bonis. Quid eſt autem tam ſecundum naturam, quám ſenibus emori? quod idē contingit adoleſcentibus, adverſante & repugnante natura: Itaque adoleſcentes mori ſic mihi videntur, ut cúm aquæ multitudine, vis flammæ opprimitur: ſenes autem ſic, ut ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur.

Horatio] Horatius primo libro epiſtolarum ad Quintium, paradoxum Stoïcum concludit, Omnes avaros, eſſe ſervos: Complexio præcedit cum proſyllogiſmo é paribus & effectis.

Cupiet] Id eſt, avarus erit: & aſſumptio eſt ſyllogiſmi.

Qui metuens] Propoſitio eſt ſyllogiſmi. Notabis autē,

etiam hìc partes relati compoſitas, attamen in ſyllogiſmo ſimplici.

Here] Act.1. Scen.1. Parmeno leno, Phædriæ adoleſcēti hero ſuo amanti ſuadet, ut ſeſe redimat captum quanti queat:neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet,addat:& illas quas habet,rectè ferat.

Here] Propoſitio relata ſine proſyllogiſmo illud videlicet *αὐτόπιστον* ponitur.

In amore] Aſſumptionis ſententia cōprehenditur proſyllogiſmo variorum adjunctorum.

Incerta] Sententia complexionis, proſyllogiſmo parium comprehenſa. Speciales modi antea, uti diximus, habent ſpeciale ſæpius proprium, quàm infinitum ſeu particulare: & hìc rurſus eſt idem. E propoſitis generalib. exemplis, particularia facies hoc modo. Omne juſtum eſt utile: Aliquod honeſtum, eſt juſtū: Ergo aliquod honeſtum, eſt utile. Item: Nulla res conſilii expers, conſilio regi poteſt: Aliquis amor, eſt expers conſilii: Aliquis igitur amor, conſilio regi non poteſt. At quæſtio hæc infinitæ rei, meliùs expoſitione breviúſq; comprehenditur, (ut antea jam dixi) propriarum rerum quæſtio frequentior.

Nam cùm] Locus eſt in peroratione ſecundæ Agrariæ: ubi converſus orator ad latores legis Agrariæ, qui
» turbare omnia conabantur, Hæc (inquit) vos concupiſ-
» ſe pro veſtra ſtultitia atque intemperantia, non miror:
» ſperaſſe, me Conſule aſſequi poſſe, demiror. Nam cùm, & cætera.

Nam cùm] Propoſitio prima eſt, cum proſyllogiſmo majorum & diverſorum: In incunabulis fuere Conſules, ait, qui majorum gratia & favore honorem illum aſſequerentur.

Campo] In campo Martio antea comitia habebantur creandis magiſtratibus: & in Campo magiſtratus fieri dicit, qui pro ſua virtute deliguntur.

Nulli] Sententia aſſumptionis cum proſyllogiſmo diverſorum illorum.

Quemadmodum] Eadem illa diverſa tractantur per collationem ſimilitudinis.

Quare]

Quare] Complexio, cum proſyllogiſmo variorum diverſorum.

Si quicquam] Catulli exemplũ eſt item propriæ complexionis: & concludit ſimpliciter, é propoſitione tamen connexa; ut modis omnibus intelligatur error Theophraſti, Eudemi, Boëtii. Catullus autem poëta, amicam, nomine Leſbiæ, multis poëmatis celebravit: ſignificat autem hoc loco antecedentis cujuſdam offenſionis reconciliationem, & reditum in gratiam.

Si quicquam] Propoſitio eſt ſine proſyllogiſmo, quia ἄμεσον quippiam & αὐτόπιστον complectitur.

Quare] Complexio eſt cum proſyllogiſmo minorum.

Quód te] Aſſumptio eſt totidem verbis repetita.

O lucem] Iteratur ſententia complexionis, ex adjuncto. Legitur in Aldino codice:

O mihi chara magis candidiore nota!

Quis] Iteratur eadem complexio é minoribus.

Phyllis] Phyllis Lycurgi filia, regina Thraciæ, Demophoontem Theſeï filium é bello Trojano illuc ejectum, hoſpitio & conjugali lecto exceperat: Itaque cúm Demophoon Athenas ad occupandum patris regnum profectus non rediret, Phyllis inter cætera apud Ovidium hoc conqueritur.

Fallere] Propoſitio cum proſyllogiſmo adjunctæ ſimplicitatis.

Sum decepta] Aſſumptio, ubi nominatim repetuntur propoſitionis partes. Sed amans, pro credens: & fœmina, pro puella dicitur.

Dii faciant] Complexionis loco, imprecatio eſt: quæ pauló póſt enumeratis majorum titulis, ita concluditur:

Hæc tua poſt illos titulo ſignetur imago:

Hic eſt, cujus amans hoſpita capta dolo eſt.

Octavius] Exempla de hiſtoria ficta, ſunt duo ſequentia: de qua Suetonius in Octavio 8. & 10. capitibus: ut Octavius hæres á Cæſare ſit relictus, & Antonius tamẽ Conſul ab adeunda hæreditate deterrere conaretur. Adhuc de prima Ariſtotelis figura nobis actũ eſt, quam Ariſtoteles 11. c. 1. Poſt. præſtare cęteris judicat, quia per eã inveſtigetur & cõcludatur ſcientia διότι, quæ eſt κυριωτάτη. At hanc

utramque cauſſam P. Ramus in Poſterioribus ipſis pleniſſimè confutavit; cùm docuit, quæſtionem ipſam *διότι*, ſyllogiſticam non eſſe; ſcientiaſque omnes & diſciplinas, ſolis definitionibus, partitionib. exemplis, ſine ſyllogiſmo ullo inſtitui poſſe. Tertia Ariſtotelis eſt ratio de præſtantia hujus figuræ, quia cæteris non egeat; cùm tamen ad eam cæteræ reducantur. quæ ratio quàm ridicula ſit, patuit è ſophiſmatis reductionum antea diſputatis: hoc enim argumento, duæ ſuperiores præſtarent, quia ſunt ſimpliciores, & ad eas potiùs redigenda figura hæc eſſet, ſi reductione ulla eſſet opus. Quare primi generis prima ſpecies ſuam laudem habet ex illa expoſitionis familiaritate: ſecunda è negationis concluſione: Secundum hoc genus ex illa utraque compoſitum, etiam laudes compoſitas complectitur: ſed generalis affirmationis laudem propriam ſibi vendicavit. Veruntamen totum hoc excellentiæ problema, otioſæ elegantiæ multò plus habet, quàm ſolidæ doctrinæ. Philoſophus 7. cap. 1. Poſter. deridet ridiculas in Geometria quæſtiones, utrùm recta, ſit pulcherrima linearum: Derideto igitur, ac multò juſtiore cauſſa, quæſtiones in Logica planè ludicras, utrùm figura prima, ſit pulcherrima figurarum: Cognitio enim præſtantiæ hujus, nihil ad concluſionis judicium, nihil ad ſyllogiſmi uſum attinet. Tale fuit in contradictionis topico problema, quòd contradicentia, maxima eſſent omnium oppoſitorum: & tales quæſtiones de comparatione duorum vel trium argumẽtorum ludicrorum diſceptari poſſunt; quæ ſit pulcherrima cauſſarum, quæ ſit præſtantiſſima comparationum, quæ frequentiſſima enuntiationum. At hæc omnia ad benè diſſerendum nihil attinent: nihil habent in Logica *καθ' αὑτό*: propterea tã bellus artis fucus á P. Ramo ſublatus eſt: Sed tamen infinitum ſit, ſi quis omnia, quæ in trium figurarum argumento, Logicorum ſcholæ commẽtæ ſunt, expendere conetur. Dictum eſt de tribus figuris, earumque propriis modis: capita ſuperſunt duo & triginta, de ſyllogiſmo ſimplici mirabilis ſophiſticæ plena: Primò ſeptimum caput 1. Prior. duos communes omniũ figurarum modos inſtituit: quos è Scholis dialecticis P. Ramus huc repetebat: ſic autem in Organo proponuntur: Cùm au-

tem affirmativus & privativus, & univerſaliter ſumptus «
privativus, ſemper fit ſyllogiſmus minoris extremitatis, ad «
majorem: ut ſi α quidem omni β, vel alicui: β autem nulli κ: «
converſis enim propoſitionibus, neceſſe κ alicui α non in- «
eſſe: Similiter autem in aliis figuris: ſemper enim fit per «
converſionem ſyllogiſmus. hos duos modos Græci quidem κατὰ ἀνάκλασιν καὶ ἀνακλωμένως, id eſt ἀντιστροφὴν καὶ ἀντιστραφέντας, ſecundum converſionem & converſos nominant: vulgus in noſtris ſcholis appellat Fapeſmo & Frizeſomorum. Exemplis autem exponamus quó faciliús ineptiæ deprehendantur. Exemplum Fapeſmo in prima figura Ariſtotelis:

Omnis philoſophus, eſt laudandus:
Nullus ſophiſta, eſt philoſophus:
Aliquis igitur laudandus, non eſt ſophiſta.

Complexio directa erat, Nullus igitur ſophiſta, laudandus: ea veró non procedebat: quare per converſionē, contorta complexio eſt hoc modo, Aliquis igitur laudandus, non eſt ſophiſta. Vides quám volubili rota figulus hujus operis complexionem convertat! Simile eſt ſecundæ figuræ exemplum:

Aliquis philoſophus, eſt laudandus:
Frizeſomorum: *Nullus ſophiſta, eſt philoſophus:*
Aliquis igitur laudandus, nō eſt ſophiſta.

In ſecunda tertiaque figura, hæ concluſiones non habent ab uſitatis modis collocationem diverſam, niſi quód ſecundo loco propoſitionem ſtatuunt, aſſumptionem primo: & quód complexionem habent in ſecunda figura ſpecialem: Secundæ enim figuræ primo & tertio, tertiæ ſecundo & ſexto modis concluduntur in ſecunda figura, ſic:

Omnes improbi, ſunt miſeri:
Fapeſmo: *Nulli ſapientes, ſunt miſeri:*
Ergo aliquis improbus, non eſt ſapiens.
Aliquis ſapiens, eſt beatus:
Frizeſomorum: *Nullus improbus, eſt beatus:*
Aliquis igitur ſapiens, non eſt improbus.

In tertia figura idem prorſus erit: pone igitur priore loco, quod ſecundo eſt, omnia congruent ad artis legem, quæ eſt ſecundæ figuræ modis quatuor illis: ut,

ſit, indidem reliqua hæc orta eſſe. Itaque homines eruditi, & ingenio otioque abundantes, cúm ſeſe in reconditis illis obſcuriſque artibus vehementer exercuiſſent; experiri placuit, quicquid de ſyllogiſmo dici poteſt; utrúm κατὰ παντὸς, καθ᾽ αὐτὸ, καθόλȢ πρῶτον, cura (ut apparet é rebus ipſis) nulla omnino fuit. Ergo P. Ramus labyrinthum híc quendam reputans, errores & mæandros anfractuũ tam varios admirabatur: ſed minimé gentium, minimé temporum, minimé hominum, minimé deniq; logicarum & Ariſtotelearum legum, obſcuritates iſtas in̄ lucis & perſpicuitatis doctrina convenire arbitrabatur. Primo Analytico capita ſunt deinceps quatuordecim poſt ſeptimum ad viceſimum ſecundum, de ſyllogiſmo é modificatis enuntiatis tum puris, tum permiſtis, & inter ſe, & cum abſolutis. Octavum caput eſt, quód ſyllogiſmus ex omnibus neceſſariis neceſſarium concludat in tribus figuris, eadem arte, quæ jam tradita eſt: Quod non eſt καθ᾽ αὐτὸ: nam etſi error accidere non poteſt, ut antea de negatis modificatis intellectum eſt: attamen negatio non eſt, Neceſſe eſt, nullum hominem eſſe beſtiam: ſed affirmatio eſt, quia conſequens (eſt neceſſe) affirmatur de antecedente, Nullum hominem eſſe beſtiam: nec ideo tales affirmationes, ad regulam artis pro vera negatione poſſunt admitti. hæc P. Rami ratio eſt adverſus ſyllogiſmum é modificatis neceſſariis. Tria capita proxima, 9.10.11. habent μίξιν ἀναγκαίȢ καὶ ὑπάρχοντος, miſtionem neceſſarii & abſoluti: ut ex propoſitione neceſſaria, & aſſumptione abſoluta, neceſſarium concludatur. At Theophraſtus jam olim id refutaverat, docueratque, complexionem debiliori partium antecedentium ſimilem eſſe; ideoque ex neceſſario & abſoluto non poſſe, niſi abſolutum concludi. hoc igitur non eſt κατὰ παντὸς, ſed plané falſum eſt. Duodecimo capite ſignificatio contingentis neceſſarii & non neceſſarii proponitur; non neceſſarii frequentis & utlibet, cujus affirmatio in negationem convertatur: ut, Contingit hominem eſſe divitem, & contingit hominem non eſſe divitem: quę negatio tamen enuntiati nõ eſt: quia attributum, Contingit, nõ negatur. deinde enuntiati contingentis ſententia duplex efficitur: ut,

cúm dicitur (Omne currens contingit cadere) intelligatur, Quod currit, cõtingit cadere: Item, Quod contingit currere, cõtingit cadere: At ſecunda hæc ſententia commentitia eſt, exemplíſque vel Organici authoris abundé in Scholis dialecticis confutata. Itaq; doctrinam reliquarum miſtionum in totis decem reliquis capitibus deinde deductam (cúm á tali commento profecta ſit) fallacem & captioſam judicari neceſſe eſt. Cauſſa veró tanti ſophiſmatis in eo conſiſtit, quód Contingens, ſignificationis vagæ ſit & incertæ; & in propoſitione aliud, in aſſumptione aliud tempus comprehendat; unde complexio nulla conſtans poſſit effici. ut ſi ita concludas, Omne currens contingit hominem eſſe, Omnẽ equum contingit currere, Omnem igitur equum cõtingit hominem eſſe: propoſitionis contingentia (ut ita dicam) aliud tempus, aliud aſſumptionis contingentia reſpicit: Itaque complexionis inconſtantia inde naſcitur: neque quicquam κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθόλȣ πρῶτον, doctrina hæc efficit. Hæc Logica igitur eſt quindecim capitum: Septendecim capita deinde ſunt prima in ſecundo libro priorum Analyticorum, de ſyllogiſtica poteſtate plura concludendi ex uno dato ſyllogiſmo. & híc videtur geometricum ſimile quiddam quæſitũ eſſe, Poteſtas lineæ eſt quadratum. Itaq; geometricorum Logicorum acumen híc elaboravit, ut dati ſyllogiſmi poteſtas eliceretur: & híc ſeptem ſunt inventæ: ſed (bone Deus) quám diſſimiles, quám toto genere diverſæ? Poteſtas ſyllogiſmi legitima & logica eſt, é duobus confeſſis & conceſſis tertium judicare & concludere, modó ſimpliciter, modó compoſité, & ſingulis utriuſque generis differentiis apté & accommodaté: quæ poteſtas tanta eſt, ut non modó tribunalium civitatumque & regnorum atque imperiorum judices, rectores, reges, imperatores, in terris omnibus de dubio propoſito, ſed ne in cælo quidem ipſo Juppiter cum Pallade abſq; ſyllogiſmo recté judicare poſſit. At poteſtates ſeptem híc inſtitutæ ſunt, illius legitimæ poteſtatis inſolentiſſimæ & impotentiſſimæ. Sed de ſingulis conſideremus: Prima poteſtas eſt per converſionem complexionis. At iſte converſionis paliurus nimiúm fruticatur: Genuit é ſuis ſpinis omnes ſyllogiſticarum demonſtra-

monſtrationum ſentes,& latiús tamen hucuſque extenditur. Amputetur igitur, vel ſtirpitus evellatur: quoniam talis poteſtas nullam ſyllogiſmi potentiam, ſed ſolam abſurdi ſophiſmatis impotentiam arguit: quæ nullum uſum habuit unquam, quæ nunquam habere ullum poſſit: ut antea jam nos é ſua origine docuit. Itaque poteſtas iſta, non eſt καθ' αὑτό. Dialectica, eſt ars bene diſſerendi: converſio factæ concluſionis, nil ad bene diſſerendum pertinet. Secunda poteſtas fit aſſumendo á generali propoſitione, vel aſſumptione, vel etiam complexione: ut, Omne animal eſt ſubſtantia: Omnis homo eſt animal: Omnis igitur homo eſt ſubſtantia. Potes enim aliud aſſumere ex eadem propoſitione: ſic, Omne animal eſt ſubſtantia: Omnis equus eſt animal: Ergo omnis equus eſt ſubſtantia. Item ex eadem aſſumptione, Omnis homo eſt animal: Socrates eſt homo: Socrates igitur eſt animal. Item ex eadem complexione, Omnis homo eſt ſubſtãtia: Plato eſt homo: Plato igitur eſt ſubſtantia. Atque hæc ſecunda poteſtas, eſt argumenti generalis; non eſt argumentationis, non eſt ſyllogiſticæ diſpoſitionis. neque quicquam hîc κατὰ παντὸς habetur. Hæc veró utraque poteſtas, & converſionis & aſſumptionis, primo capite breviús comprehenditur: reliquæ poteſtates quinque, ternis capitibus continentur. Tertia, quód ex falſis ſyllogiſmus fiat in omni figura. At iſta poteſtas non potiús eſt ſyllogiſmi, quám connexi enuntiati, quám disjuncti: quód ex falſis etiã neceſſarium eſſe poſſit: imó ſyllogiſmi poteſtas nulla eſt, ſed partium ſyllogiſticarum, quæ in ſyllogiſmo conſtanti & abſoluto aliás veræ, aliás falſæ poſſunt eſſe. Quarta poteſtas eſt, cúm ex facti ſyllogiſmi complexione & converſione terminorum, in altera antecedentis parte, reliqua pars terminis item cõverſa circulatur: ut cúm ita concluſeris, Omnis homo, eſt rationalis: Omne ridens, eſt homo: Ergo omne ridens, eſt rationale. circulabis ita propoſitionem, Omne ridens, eſt rationale: Omnis homo, eſt ridens: Ergo omnis homo, eſt rationalis. Hîc vides circulatam propoſitionem: jam circuletur aſſumptio cõverſa propoſitione: ſic, Omne rationale, eſt homo: Omne ridens, eſt rationale: Ergo omne ridens, eſt homo. Enimvero poteſtas iſta in ſpeciem

peracuta perque arguta videatur, cúm ſic é complexione propoſitio aſſumptioque, & é propoſitione atque aſſumptione, complexio tam ſubtiliter & eleganter efficitur: At res penitus animadverſa, plané circulatoria eſt. Primúm non poteſt iſta converſio niſi reciprocis & propriis convenire: aliorum terminorum ſyllogiſmus circulari nõ poteſt; neq; igitur iſta eſt poteſtas diſpoſitionis ſyllogiſticæ; ſed terminorum ſyllogiſtica diſpoſitione concluſorum. Deinde ſi fuerit ſyllogiſmus partibus antea confeſſus: quid erit opus iſto circulatorio ſyllogiſmi ludicro, ad probandum & concludendum, tanquam rem dubiam & incertam, quæ confeſſa conceſſaque antea fuerit? Nullus hîc eſt ſyllogiſtici judicii fructus, ſed puerilis otii luſus valde ridiculus: & ſané potiús hiſtrionicus, quám philoſophicus: ſiquidem philoſophos in arte gravi & ſeria delicias iſtas agere, minimé omnium deceat. Quare poteſtas iſta nõ eſt *καθ' αὑτὸ* in arte ſyllogiſtica, neque ad rectéjudicandum quicquam attinet. Tres reliquæ poteſtates totis decem capitibus explicatæ, ex uno contradicentium loco & topico derivantur: de quo quám multa ſint á veteribus Logicis conſcripta, in ipſo loco & topico á nobis declaratum eſt. Hinc igitur poteſtas ſyllogiſmi triplex eſt inventa, ſophiſmatis, omnium quæ adhuc fuerunt, ſtolidiſſimi & abſurdiſſimi. Ergo de ſeptem poteſtatibus quinta eſt, cúm ex generali contradictione complexionis cum altera antecedentium, reliquæ contradictio quælibet concluditur: Omnis homo, eſt rationalis: Omne ridens, eſt homo: Ergo omne ridens, eſt rationale. Concludetur ita contradictio aſſumptionis in ſecunda figura, Omnis homo, eſt rationalis: Nullum ridens, eſt rationale: Ergo nullum ridens, eſt homo. Hîc contradictio aſſumptionis eſt concluſa in ſecunda figura: oppoſitio propoſitionis in tertia figura ſimiliter concludetur, Nullum ridens, eſt rationale: Omne ridens, eſt homo: Aliquis igitur homo, non eſt rationalis. Ergo poteſtas quinta eſt ejuſmodi. Enimvero quis hæc attenté conſiderans, exiſtimet, talia ſophiſmatum monſtra homini potiús, quám pecudi propoſita eſſe? Nec enim primus ſyllogiſmus homini, ſed hominis trunco & ſtipiti inconſtans videri poteſt; Et tamen ſi inconſtans videatur;

deatur; quomodo ſecundus in obſcuriore & obſcurioris figuræ modo, conſtans apparebit? Ergo qui magiſter hanc ſyllogiſticam primus docuit, videtur ſibi pro diſcipulis, non animantes rationis compotes, ſed pecudes neſcio quas ſibi propoſuiſſe: Ita omnia hæc ab humano & logico ſenſu longiſſimé abhorrent. Sexta poteſtas eſt per impoſſibile concludendi, cúm nempe ſpecialis contradictio concluſionis ſumitur cũ altera antecedentium, unde contradictio ſpecialis reliquæ partis concluditur: Hæc enim ſola poteſtatis hujus differentia eſt à ſuperiore: ut ſi concluſum ita fuiſſet, Omne animal, eſt ſubſtantia: Omnis homo, eſt animal: Ergo omnis homo, eſt ſubſtantia. tum ſi truncus ille ſtipeſque hominis negarit, admiſſo antecèdente, complexionem: peteretur ſpecialis contradictio complexionis cum altera antecedentium: & reliquæ contradictio ita concluderetur in tertia figura, Aliquis homo, non eſt ſubſtantia: Omnis homo, eſt animal: Ergo aliquod animal, non eſt ſubſtantia. híc ſpecialis contradictio propoſitionis concluderetur. Verúm deductio ad impoſſibile, ſyllogiſmum anté factum, cujus conſtantia probetur, nullum requirit, ut conſtat é mathematicis deductionibus in toto Euclide: in quibus extremum nominatim illud eſt, ὅπερ ἀδύνατον. Et adverſus ſtolidum illum tam communis ſenſus expertem, qui ſyllogiſmi judicium non videat, diſputare, non video quid ſit aliud, quám velle cum ratione ipſa inſanire: flagris enim illic ſit opus, non argumentis. Deinde (quod antea adverſus conſimilem ſtuporem diſſerui) qui tam plumbeus eſt, ut ſyllogiſmi anté concluſi judicium improbet: quomodo poſtea concluſi judicium probabit? Prius illud, in figura prima, id eſt Ariſtoteli clariſſima, fuit: hoc poſterius in tertia & poſtrema: Quomodo lumen laternæ, clarum ei fuerit, cui lumen ſolis fuerit obſcurum? Atqui híc interea decimum quartum caput conſumptum eſt, in differentia oſtenſivi ſyllogiſmi & ad impoſſibile: quæ ipſa tam aliena eſt in logicæ artis præceptis, quám tota hæc ſophiſticarum poteſtatum κακοτεχνία. Poteſtas ultima ſupereſt é contradicentibus, longé omnium nobiliſſima, longéque clariſſima. Quæ nulla eſſe dicitur in

prima figura, ſed tantúm in ſecunda aut tertia: ut, Nulla ſcientia eſt bona: Omnis ſcientia eſt bona: Nulla igitur ſcientia eſt ſcientia. O mores logicos (exclamabat hîc P. Ramus) ô tempora philoſophica! huccine rationis doctrina rediit, ut tales ſyllogiſmos nobis argumentetur? Equidem reliquum nihil eſſe ſuſpicor, quó tanta nugarũ licentia longiús poſſit erumpere: & certé interpretes quoſdam tam putidi ſophiſmatis ſic puduit, ut ſyllogiſmum hîc úllum negarent eſſe: Appellatur tamen in Organo ſyllogiſmus, & revera eſt ſyllogiſmus: ſed tamen cui, homini ne an pecudi propoſitus? utrúm hominẽ fore ſperamus, cui contradictio antecedentis vera videatur, ut inde contradictio conſequentis vera poſſit videri? Superior poteſtas utraque, quinta generalem, ſexta ſpecialem contradictionem poſtulavit: ſed ejus partis, quam bubulcus ille negaſſet. at hîc protinus proponitur & aſſumitur contradictio. Ecquis (inquam) opilio, bubulcus, aut in aliquo educatus ſtabulo, ſyllogiſmi hujus antecedens ſic admittet, ut inde contradictio alia concludatur? Ariſtoteles reſpondet hoc loco, in duobus ſophiſticis & contentioſis ſyllogiſmis, duas ejuſmodi concluſiones poſſe contingere: item ſi propoſitio complectatur contradictionem aliquam generalem, unde ſpecialis contradictio concludatur: ut, Omnis ſcientia, eſt opinio & non opinio: Medicina eſt ſcientia: Ergo eſt opinio & non opinio. Hæc Ariſtoteles in hoc capite ita reſpondet: Verúm duo illi ſyllogiſmi, non ſunt unus ſyllogiſmus; neque propterea eſt poteſtas ſyllogiſmi, ſed ſyllogiſmorum: & duę illę in duobus ſyllogiſmis complexiones, non facient unius ſyllogiſmi altera propoſitionem, altera aſſumptionem, ut hîc requiritur. Deinde in hoc ſecundo modo, truncum illum hominis (qui in generali propoſitionis contradictione nihil motus fuerit) quo rationis ſenſu in ſpeciali complexionis contradictione putamus moveri poſſe? Contradictio eſt Ariſtoteli (ut antea jam dictum eſt) principium omnium maximum & clariſſimum: & tamen logica ſyllogiſmi poteſtas hîc eſt inventa, qua contradictio alicui homini vera videatur, id eſt, qua ſuum logicæ artis fundamentum evertatur. Itaque poteſtas ſyllogiſticæ artis hîc nulla eſt, ſed extrema ſophiſticæ

impo-

impotentia. Eadem enim ſapientia, poteſtates ſyllogiſmorum quærerentur é cauſſis, factis, ſubjectis, adjunctis, ſingulisque topicis. Quamobrem ut tota illa ſuperior intervallorum, mediorum, figurarum, reductionum; ita nunc iſta poteſtatum geometria valde eſt ἄλογος, vel logica potiús valde ἀγεωμέτρητος. Commentatiònes excellentium ingeniorum vigiliaſq; híc elaboraſſe ſatis conſtat; ſed fruſtra, ſed inutiliter, cōtra legum logicarum decreta. tot capitum primo ſecundoque de ſyllogiſmis Analytico commenta, hominis unius commenta eſſe nō arbitror: Spinas tam aculeatas unus homo tam multas non reperit: multorum ingeniorum labor & ſudor ille fuit: quem deinde Ariſtoteles é multis (ut credibile eſt) voluminibus & libris in hæc capita coëgit: quæ ſi relegere & retractare, & ad ſuas leges expendere per ætatem potuiſſet; P. Ramo contentio tam gravis, tamque laborioſa ſubëunda nunquam fuiſſet: totam hanc ſpecioſam Geometriæ umbram á corpore logico, lumine legum catholicarum longiſſimé diſpuliſſet. Sed tamen híc P. Ramus Ariſtoteli beneficiū immortale debitum prædicabat, á quo inſtrumenta ſuppeditata nobis eſſent logicę artis tam importunis tamque perniocioſis impedimentis ſublevandæ. Quamobrem ſi reviviſceret Ariſtoteles, & tot poſtea ſeculis natum ſibi ſucceſſorem intueretur; á quo logicum agrum tot ſentibus ac ſpinis, tam multis carduis & paliuris expurgatū cerneret; legitimum Peripateticæ familiæ diſcipulum agnoſceret: Id enim magiſter ſtudioſé ſtuduerat, idemque ſui ſtudioſis ſtudium præcipué mandaverat.

CAP. 13. De Syllogiſmo connexo primo.

EJuſmodi ſyllogiſmus ſimplex fuit: ſyllogiſmus compoſitus eſt ſyllogiſmus, ubi tota quæſtio eſt pars altera propoſitionis affirmatæ & compoſitæ, argumentum eſt in reliqua parte. Sed argumentum aliás eſt conſequens antecedenti quæſtionis, aliás eſt tota propoſitionis

pars reliqua: tumque in aſſumptione ſolúm aſſumitur. Tollere autem in compoſito ſyllogiſmo, eſt "ſpecialem contradictionem ponere. Syllogiſmus compoſitus eſt "connexus aut disjunctus. "Syllogiſmus connexus eſt ſyllogiſmus compoſitus, cujus propoſitio eſt connexa: eſtque "duorum modorum: Primus modus "aſſumit antecedens & conſequens concludit. Quomodo Cicero judicat & concludit ſecundo de "Divinatione.

"Si dii ſunt, divinatio eſt:
Sunt autem dii:
Divinatio eſt igitur.

„ 3. Offic. "Atque ſi etiam hoc natura præſcribit,
„ ut homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam
„ cauſſam, quòd is homo ſit, conſultum velit ho-
„ mini: neceſſe eſt ſecundúm eandem naturam,
„ omnium utilitatem eſſe communem. Quod ſi
„ ita eſt, una continentur omnes & eadem lege
„ naturæ. ĩdque ipſum ſi ita eſt, certé violare alte-
„ rum lege naturæ prohibemur: verum auté pri-
„ mum, verum igitur & extremum.

Sic Æneidos 4. "Dido judicat Æneæ remanendum eſſe:

"Me ne fugis? per ego has lacrymas, dextramq; tuam, te
(Quãdo aliud mihi jam miſeræ nil ipſa reliqui)
Per connubia noſtra, per inceptos "hymenæos:
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miſerere domus labentis, & iſtam
Oro (ſi quis adhuc precibus locus) exue mentẽ:
"Te propter "Libycæ gẽtes, "Nomadumq; tyranni
Odere:

Odere: infenſi "Tyrii: te propter eundem
Extinctus pudor: & (qua ſola ſydera adibam)
Fama prior:" cui me moribundam deſeris hoſpes?

Frequenter hic non aſſumitur idem, ſed "majus: ut prima Catilinaria: "Si te parentes timerent « atque odiſſent tui, neque illos ulla ratione pla- « care poſſes, ut opinor, ab eorum oculis aliquó « concederes. Nunc te patria (quæ communis eſt « omnium noſtrum parens) odit ac metuit: & jam- « diu de te nihil judicat, niſi de parricidio ſuo co- « gitare: hujus tu neque authoritatem verebere, « neque judicium ſequere, neque vim pertime- « ſces? Concludendi modus hic idem eſt, quando « propoſitio eſt relata tēporis: quo genere nympha "OEnone, apud Ovidium concludit errorem ſtultitiæ ſuæ:

"Cum Paris OEnone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua:
"Xanthe retro propera, verſaq; recurrite lymphæ:
"Suſtinet OEnonem deſeruiſſe Paris.

Ejuſmodi] Syllogiſmus ſimplex, ejuſque genera, differentiæ, ac proprietates declaratæ ſunt: ſpinæ de logico ſyllogiſmorum agro, ſi non omnes, at plurimæ tamen ſunt avulſæ: Compoſitus ſyllogiſmus ſequitur: quem nullum Ariſtoteles agnovit, imó veró diſſeruit 22. cap. 1. Pr. nullam præter tres expoſitas ſyllogiſmi ſpeciem eſſe, hoc nempe argumento: Si igitur neceſſe eſt aliquid ſumere utrique « commune, idque tripliciter accidat: aut enim α de γ, & γ « de β dicentes, aut γ de utriſque, aut utraque de γ: eæ veró « dictæ ſunt figuræ: conſtat omnem ſyllogiſmum neceſſa- « rió fieri per aliquam harum figurarū. Hæc Ariſtotelis diſ- « putatio involuta eſt: in ſuas partes retexta, faciliús ſic intelligetur: Si medium triplici figura diſponitur, omnis etiam ſyllogiſmus eadem concluditur: Sed primum verum. nam

argumentum vel antecedit & ſequitur,& prima figura eſt: vel ſequitur tantúm, & ſecunda eſt: vel antecedit tantúm, & eſt tertia. Quare & ſecundum verum eſt, omniſque ſyllogiſmus triplici figura concluditur. Hoc Ariſtotelis eſt judicium. At judicium aſſumptionis fallit ipſum concluſionis judicem: neque enim quælibet argumenti diſpoſitio aliquam ſequitur é tribus expoſitis figuris ſpeciem: in connexis enim & disjunctis ſyllogiſmis factio propoſitionis & aſſumptionis longé alia eſt, quám fuit antea. Quare quód Ariſtoteles ait, argumentum in omni ſyllogiſmo bis antecedere, aut bis ſequi, aut partim antecedere, partim ſequi: verum tantúm eſt in tribus expoſitis figuris: falſum autem eſt in connexis & disjunctis. nec iccirco recté ab eo judicatũ, nullam præter ſimplices ſpeciem ſyllogiſmi eſſe. Et quidem mirabile hoc ipſum quod dico, conſideranti videatur: cúm Ariſtoteles diſputat nullos præter expoſitas figuras ſyllogiſmos eſſe, interim utitur ſyllogiſmo connexo, nulla trium figurarũ comprehenſo: ſyllogiſmus enim ille, Si mediũ triplici figura diſponitur, ſyllogiſmus eadem concluditur: Sed primum verum: ſecundum igitur. eſt ſyllogiſmus connexus primi modi, ut mox intelligetur. Quapropter Ariſtotelis diſputatio, Ariſtotelis exemplo teſtimonioque refellitur. Neque jam adverſus Ariſtotelis Logicam ulla cõtentio P. Ramo fuit: Quicquid eſt reliquum de ſyllogiſmorum doctrina, erit á Theophraſto, Eudemo, Boëtio.

Compoſitus] Admonuimus in definiendo enuntiato compoſito, Peripateticos, Ariſtotelis ſucceſſores, abuſos eſſe verbo ὑποθετικοῦ pro cõpoſito; quia hypotheſis poteſt eſſe ſimplicis enuntiati: & ſic Ariſt. 30. cap. 1. Prior. ſyllogiſmum δεικτικὸν καὶ τῆς ὑποθέσεως, oſtenſivum & conditionalem opponit: quód ἐν δεικτικῷ κατ' ἀλήθειαν ἀμφότεραι τίθενται αἱ προτάσεις, ſecundum veritatem propoſitiones ambæ ponuntur: ſyllogiſmi veró hypothetici, διὰ συνθήκης ὡμολογημένοι πάντες, ex pacto & conditione confeſſi omnes. Atq; ſyllogiſmi Ariſtotelis hypothetici modó ſunt ſimplices, ut 11. 12. 13. cap. 1. Prior. ſyllogiſmi ad impoſſibile in tribus figuris ſimplicibus appellantur hypothetici: & nominatim dicitur viceſimo ſecundo capite primi Prior.

ſyllo-

ſyllogiſmum ad impoſſibile, partem eſſe hypothetici. Aliquando etiam ſyllogiſmi apud Ariſtotelem hypothetici, ſunt ſyllogiſmi compoſiti (quamvis ſyllogiſmos ipſe præter ſimplices nullos putet eſſe) ut 40.cap.1.Prior. Si non eſt « una quædam facultas contrariorum, nec una eſt ſcientia: « Sed non eſt una quædam facultas contrariorum, ut ſalu- « bris & inſalubris: ſimul enim idem eſſet ſalubre & inſalu- « bre: Quare nõ eſt ũna contrariorum ſcientia. Antecedens « probatum eſt, conſequens nõ eſt probatum: Confiteri tamen « neceſſe eſt, nõ autem ex ſyllogiſmo, ſed ex hypotheſi. « Hic Ariſtoteles nomine ſyllogiſmi, argumentum & argumentationem complexus, ſyllogiſmũ abſoluté negat eſſe, ſed ex hypotheſi ſyllogiſmũ: nec tamẽ ſyllogiſmi compoſiti, ſunt hypothetici, ſi propoſitio aſſumptioq; veræ ſunt & certæ: ut, Si homo eſt animal, ſentit: Sed homo eſt animal: Sentit igitur. hic vera & certa ſunt omnia, nil eſt hypotheticum. Eadem porró differentia δεικτικοῦ καὶ ὑποθετικοῦ repetitur viceſimo tertio capite primi Priorum. Sed tamen tota hæc δεικτικοῦ καὶ ὑποθετικοῦ differentia, nihil ad artem logicam: una enim eſt communis utriſque inventionis & judicii doctrina: Quapropter ſi quis jã requirat, quamobrem bella hæc differentia δεικτικοῦ καὶ ὑποθετικοῦ, á P.Ramo prætérita ſit: reſpondebo, capitibus octo hic conſumptis, 22.23.30.40.in primo Prior. item quatuor, de quibus jam dictum eſt, 11.12.13.14.in ſecũdo, ſophiſticam inanem contineri: Logicam logicis legibus conſentaneã prorſus nullam inſtitui: ideoque á P.Ramo hæc omnia veprium genera tam multa, extra logici agri fines ejecta eſſe.

Syllogiſmus] Definitur compoſitus ſyllogiſmus, é genere & forma: Genus eſt, ſyllogiſmus: forma, colligitur é differentiis propoſitionis ab ea propoſitione, quæ fuit in ſimplici ſyllogiſmo: primó propoſitio eſt affirmata: illic etiam negata eſſe potuit: ſecundó propoſitio eſt compoſita: illic etiam ſimplex eſſe potuit: tertió tota quæſtio eſt pars altera propoſitionis: argumentum eſt reliqua pars. Ex his igitur tribus differentiis, forma ſyllogiſmi compoſiti colligitur.

Aliás eſt conſequens] Argumentum eſt aliquando nudum: ut, Si Socrates eſt homo, Socrates eſt animal: Socra-

tes eſt homo: Socrates igitur eſt animal. hîc argumentum (homo) eſt in propoſitione conſequens antecedenti quæſtionis (Socrates) At in ſyllogiſmo, Si virtus eſt laudanda, vitium eſt vituperandum: Virtus eſt laudanda: Vitium igitur eſt vituperandum. argumentum (Virtus eſt laudanda) eſt tota pars propoſitionis reliqua: Et aſſumptio, præter argumentum, nil aſſumit quæſtionis: quod tamen fit ſemper in ſimplici ſyllogiſmo.

Specialem] id eſt, ut é generali ſpeciale, vel contrá: aut é proprio proprium ἀντιφατικὸν ponatur; quod eſt commune in connexo & disjuncto.

Connexus aut disjunctus] διχοτομία hîc ſervatur eadẽ, quæ adhuc perpetua fuit: Quamvis enim ſpecies enuntiati quatuor factę ſint; cõgregativum copulaté & connexé, ſegregativum diſcreté & disjuncté: tamen copulatum, in ſimplici ſyllogiſmo duntaxat propoſitio eſſe poteſt: diſcretum, ſyllogiſmi propoſitio eſſe non poteſt, judiciumq; habet ἀσυλλόγιστον: Itaque duæ tantúm pronuntiati ſpecies relinquuntur, quæ poſſint compoſiti ſyllogiſmi propoſitionem componere, connexum & disjunctum.

Syllogiſmus connexus] Definitio hæc, é genere item & forma conſtituitur: Genus eſt, ſyllogiſmus compoſitus: in quo omnes illas anté expoſitas differẽtias intelligimus: forma autem, é propoſitione connexa perficitur. Syllogiſmus autem connexus, appellatur á Græcis interpretibus ad 22. cap. 1. Pr. συλλογισμὸς ὁ ἐξ ἀκολουθίας, καὶ τὴν ἀκολουθίαν κατασκευάζων: ex conſequentia, & conſequentiã comparans. parteſque ipſæ ab interpretibus iiſdem, imó ab Ariſtotele ipſo aliud agẽte, dicuntur ἡγούμενον καὶ ἀκόλουθον.

Duorum modorum] διχοτομία item hîc eſt, licet ſine nominibus. Hic duplex modus ab Ariſtotele comprehenditur 2. cap. 2. Top. pro argumento ab antecedentibus & » conſequentibus. Conſiderandum veró, ait, id in propoſito, » quod cúm ſit, propoſitum eſt: aut quid eſt ex neceſſitate, » ſi propoſitũ fuerit. Hîc Ariſtoteles de mediis & argumentis inveniendis præcipiens, jubet, antecedentia rei & conſequentia ſpectari: deinde ſyllogiſticas leges, licet aliud agens, attamen comprehendit, ut mox dicam.

Aſſumit] Aſſumere, hîc eſt non affirmare, ſed repetere omni-

re omnino quale propoſitum erat: ſi affirmatum, affirmaté: ſi negatum, negaté: Ariſtoteles veró hunc connexi modum ita complectitur: Conſiderandum itaque « confirmare volenti, quod cúm ſit propoſitum, erit ex ne- « ceſſitate: Nam ſi demonſtratum ſit illud eſſe, propoſitum quoque demonſtrabitur. & Theophraſti Eudemique rivulos, é fontibus Ariſtotelis irrigatos eſſe conſtat: Non appellat ſyllogiſmum Ariſtoteles, nec in arte ſyllogiſmorum docuit: imó veró artem nullam híc eſſe diſſeruit: attamen re ipſa ac veritate artem ipſam propoſuit.

Divinatione] Divinatio Latinis omnis præſenſio rei futuræ, ſive á Deo, ſive ab homine fieret: & futura præſentire aut prædicere, deorum proprium videbatur: indeque á divis divinatio, eſt nominata, ut ait Cic. de Divin. Duos in eo argumento libros Cicero conſcripſit. in primo, Q. Frater divinationem é Stoïcorum ſententia confirmat: Marcus refellit ſecundo: Itaque Stoïcum ſyllogiſmum híc adhibitum, Marcus ut propoſitione connexa inconſtantem cavillatur: Veſter deus (ait de Stoïcis) po- « teſt non impertire, ut nihilominus mundum regat, & « hominibus conſulat. Cur igitur vos inducitis in eas ca- « ptiones, quas nunquam explicetis? Ita enim, cúm ma- « gis properant, concludere ſolent: Si dii ſunt, eſt divina- « tio: Sunt autem dii: Eſt ergo divinatio. Multó eſt pro- « babilius, Non eſt autem divinatio: non ſunt ergo dii. Vi- « de quám temeré committant, ut ſi nulla ſit divinatio, nul- « li ſint dii. Divinatio enim perſpicué tollitur; deos eſſe, reti- « nendum eſt. «

Si dii] Partes ſyllogiſmi, nudæ ſunt ſine proſyllogiſmo: argumentum autem eſt ex cauſſis, Deus eſt autor divinationis.

Atque] 3. Offic. Tullius quæſtionem de comparatione utilitatis & honeſtatis diſputans, eó deſcendit, ut judicet, homini non licere alterum violare: quod conficit ſorite quatuor graduum: Conciliatio hominum inter ſe eſt na- « turalis: ideoque communis & utilitas & lex: unde ſequitur « injuriæ prohibitio. Duo ſunt igitur proſyllogiſmi, ad pro- « poſitionẽ: Si hominũ naturalis eſt conciliatio injuria prohibetur: quia utilitas ſit cõmunis, etiã lex communis erit.

Dido] Æneas, & hoſpitio & lectulo conjugali exceptus à Didone regina Carthaginis, ut à Virgilio fingitur: ac cúm Jovis mandato in Italiam vocaretur, inſciaque regina diſceſſum pararet, hac ratione admonetur, ut maneat.

Me ne] Complexio eſt, cum proſyllogiſmo obſecrationis variarum partium.

Hymenæos] ὑμὴν, pellicula eſt puellis, quæ primo coitu rumpitur: hinc Hymenæus deus nuptiarum.

Te propter] Aſſumptio cum proſyllogiſmo variorum effectorum.

Libycæ] Libya, Africa eſt, mundi pars tertia: ubi fuit Carthago à Didone condita: & gentes illæ Didonem oderant, quód ſuorum principum connubia contempſiſſet.

Nomadumque] Nomades, à νέμω paſco, dicti, in Scythia, qui ſunt hodie Tartari: dicti item eodem nomine in Africa, quales hodie ſunt, Arabes qui Africam pervagantur, & ſtipendiariam feré vitam tenent.

Tyrii] Tyrus, inclyta civitas Aſiæ, quondam inſula, victoria Alexandri facta peninſula: illinc Dido in Africam profugerat, unde Carthaginienſes dicti Tyrii.

Cui me] Complexio eſt. Addit hîc etiam poëta.

Hoc ſolum nomen, quoniam de conjuge reſtat.

Majus] Aſſumptio ſequentis ſyllogiſmi videtur ἀσυλλόγιστον quippiam facere, quia quartum terminum adhibere videatur: ut, Si te parentes timerent, cõcederes ab eorum oculis. aſſumptio recta erat: At te parentes timent. pro qua aſſumitur, At te patria timet. Verúm in hoc majore aſſumpto, etiam minus illud comprehenditur: itaque re ipſa aſſumitur idipſum, quod erat propoſitum, ſed aliquid præterea amplius.

Si te parentes] Propoſitio eſt ſyllogiſmi ſive proſyllogiſmi, ut antea; quia connexum feré eſt αὐτόπιστον, καὶ ἄμεσον: ſecus abſoluté verum non eſſet. Ideoque rarus hic eſt proſyllogiſmus.

OEnone] OEnone, Pyritiæ fluvii & Crëuſæ filia, adamata à Paride expoſito, poſteaq; ab eo ſpreta, cúm Helenam rapuiſſet.

rapuiſſet: unde ad eum revocandum, Ovidii fingitur epiſtola. Narrat autem nympha pauló anté, amores arboribus inſcriptos, aitque:

Populus eſt, memini, fluvialis conſita ripa,
Eſt in qua noſtri litera ſcripta memor.
Populo, vive precor, quæ conſita margine ripæ,
Hoc in rugoſo cortice carmen habes.

Tum ſequitur, *Cúm Paris*, &c. Propoſitio é teſtimonio Paridis.

Xanthe] Xanthus fluvius Troadis in Lycia, oriens inter Telmeſum & Pataram oppida, tandem cum Simoente miſcetur.

Xanthe] Complexio eſt ſecunda, cum brevi proſyllogiſmo partium.

Suſtinet] Aſſumptio eſt. Atque hæc de primo connexo, ubi antecedens aſſumitur. Eſt autem apud Jureconſultos connexum antecedentis disjuncti pro copulato: unde controverſia captioſa oritur. Sic autem eſt: Si filius meus ſine liberis, vel ſine teſtamento, deceſſerit; Sempronius, meus hæres eſto. nam ſi aſſumatur, At deceſſit ſine liberis, vel ſine teſtamento: cúm nempe inteſtatus obierit, & ad disjuncti veritatem veritas partis ſufficiat: & concludatur, Sempronius igitur hæres meus eſto. Híc Jureconſulti admonent, copulaté aſſumendum eſſe: Sed deceſſit ſine liberis & ſine teſtamento: ut concludatur, Quare Sempronius hæres meus eſto. Tale antea fuit, in enuntiato disjuncto Aut, pro Et, accipi. Utrum veró teſtatoris negligentia vel imperitia quædam híc fuerit? Veruntamen quicquid híc ſtatuatur, ratum illud & logicum eſto: in primo connexi modo, ſemper aſſumendum antecedens, ut conſequens concludatur: nec ſi cujuſquam ſolœciſmus aut elenchus excuſetur, ideo Grammaticam ſolœciſmis, aut Logicam elenchis ſubjectam eſſe.

CAP. 14. De connexo 2.

SEcundus modus connexi tollit conſequens, ut tollat antecedens.

″Si ulli rei ſapiens aſſentietur unquam, aliquan-
do etiam opinabitur:
Nunquam autem opinabitur:
Nulli igitur rei aſſentietur.

Eodem ſyllogiſmo, Ovidius 2. de Triſt. ſtulti-tiam ſuam indicat:

″Si ſaperem, doctas odiſſem jure ſorores,
″Numina cultori pernicioſa ſuo:
″At nunc (″tanta meo comes eſt inſania morbo)
Saxa memor refero rurſus ad icta pedem.

Hæ duæ ſyllogiſmi ſpecies ſunt omnium″ uſitatiſſimæ.

Secundus] Specialis autem contradictio hîc præcipué requiritur, ſecus ἀσυλλόγιστον fuerit: ut, Si omne animal eſt irrationale, omnis homo eſt irrationalis: ſed nullus homo eſt irrationalis: Ergo nullum animal eſt irrationale: antecedente vero, falſum eſt conſequens. Hic veró modus
» primus 2. cap. 2. Top. ſic ab Ariſtotele proponitur. Conſi-
» derandum veró refellere volenti, quidnam eſt, ſi propoſi-
» tum eſt: Nam ſi demonſtremus illud propoſito cõſequens
» nõ eſſe, propoſitum tollemus. Atq; hic modus rurſus ab Ariſtotele 3. cap. 2. Top. minimé tamen de ſyllogiſmis cogitante, comprehenditur: primó rurſus nomine τῶν ἀκολουθων. ὥστε ὁποιωνοῦν ἑνὸς τῶν ἀκολουθούντων ἀναιρεθέντος, ἀναιρεῖται
» καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ. itaq; quolibet uno conſequentiam ſublato,
» tollitur & quod erat in principio. Secundó nomine τῆς κατὰ τὴν ἀντίφασιν ἀκολουθήσεως ἀνάπαλιν, ſecundum contradictionem conſecutionis inverſæ: tollitur enim conſequens, cúm ſumitur ejus ἀντίφασις.

Si ulli] Diſſeritur Academica ἐποχὴ ex Arceſilæ ſyllogiſmo in Lucullo, qui de duobus Academicis libris á Cicerone primúm conſcriptis, & poſtea tamen damnatis,
» ſupereſt: Sic igitur illic ait Tullius: Quid igitur loquar de
» firmitate ſapientis? quem quidẽ nihil opinari tu quoq; Lu-
» culle cõcedis? Quod quoniam á te probatur, ut præpoſteré
» tecum agam, mox referam me ad ordinem. hæc primúm
» concluſio, quam habeat vim, conſidera: Si ulli rei ſapiens aſſentie-

aſſentietur unquam, aliquando etiam opinabitur: Nun- «
quam autem opinabitur: Nulli igitur rei aſſentietur. hanc «
concluſionem Arceſilas probat: Confirmabat enim pri- «
mum & ſecundum: Carneades nonnunquam ſecundum «
illud dabat, aſſentiri: aliquando id aſſequebatur etiam, opi- «
nari. Quod tu non vis: & rectè, ut mihi videtis. Sed illud «
primum (Sapiẽtem, ſi aſſenſurus eſſet, etiam opinaturum) «
falſum eſſe & Stoïci dicunt, & eorum adſtipulator Antio- «
chus: Poſſe enim eum falſa à veris, & quæ non poſſint per- «
cipi, ab his quæ poſſint, diſtinguere. hæc Tullius: unde in- «
telligimus propoſitionis connexionẽ reprehendi, ubi generi ſpecies incõſtãter adnectitur: Nec.n. ſi animal eſt, homo eſt: aſſenſio enim, eſt genus ſciẽtiæ & opinionis. Quare ſi ſapiens aſſentiatur, non protinus opinabitur: poterit enim ſcientia judicare, non opinione. Atq; in hoc Arceſilæ exẽplo notabis diſerté expreſſam contradictionẽ ſpecialẽ; qualẽ P. Ramus in definitione poſtulavit: ulli rei aſſentiri, nulli rei aſſentiri: Aliquando opinari, nunquam opinari.

Si ſaperem] Ovidius eo loco deplorat exilii cauſſam, tanquam Muſæ & poëſis in carminibus amatoriis ei cauſſam calamitatis attulerint:

Deme mihi ſtudium, vitæ quoq; crimina demes:
Acceptum refero verſibus, eſſe nocens.
Hoc pretium vitæ, vigilatorumq; laborum
Cepimus: ingenio pœna reperta meo.

Tum ſequitur.

Si ſaperem] &c. unde inſipientiam ſuam judicat: Si ſaperem, odiſſem Muſas: At non odi: Non ſapio igitur. hic contradictio eſt ſpecialis propria.

Numina] Proſyllogiſmus eſt propoſitionis, ex adjuncto detrimento.

At nunc] Aſſumptio, cum proſyllogiſmo allegoriæ, ab offenſione pedum.

Tanta] Complexio hic incluſa eſt, per parentheſin.

Uſitatiſſima] Duo modi connexi, frequentiſſimi ſunt omnium ſyllogiſmorũ; quia duo ſint organa maximẽ omnium argumentorum cõmunia: quocunq; enim argumẽto in cæteris ſyllogiſmis concludi poteſt, poteſt etiam his connexis: tum veró ex pleriſq; argumentis multó faci-

liús hîc concludit, quám in aliis ſyllogiſmis: Paria enim, majora, minora, ſimilia, hanc præcipué diſpoſitionem ſubeunt. Et quidem Ariſtoteles, qui connexorum ſyllogiſmorum artem nullam cognovit, tamen iſtorum ſyllogiſmorum uſum tam familiarem expreſſit, ut etiam ſyllogiſmi definitionem iis modis cōcluderet & judicaret: Nam 2. cap. 2. Prior. cúm diſputat Ariſtoteles in ſyllogiſmo ex veris falſum concludi non poſſe, id eſt, ſyllogiſmi defini-
» tionem demonſtrat, ſic ait: Primúm igitur, quód ex veris
» non liceat falſum ſyllogiſmo concludere, hinc manifeſtū.
» ſi, cúm α ſit, neceſſe eſt β eſſe: cúm β non fuerit, neceſſe eſt
» α non eſſe: hic ſecundus eſt modus, quo tollitur β conſe-
» quens, ut tollatur antecedens α. Si igitur verum eſt α, ne-
» ceſſe eſt & β verum eſſe. hic primus eſt modus, quo poni-
» tur antecedens α, ut ponatur conſequens β. Quin ejus ra-
» tio additur: Aut accidet idem ſimul & eſſe, & non eſſe: id
» veró eſt impoſſibile. Quarto autem capite, ex ſecundi connexi lege, affertur cauſſa, quamobrem ex falſis verum ali-
» quando concludatur in ſyllogiſmo. cauſſa veró eſt, quoni-
» am cúm duo ſic ſe habeant inter ſe, ut ſi ſit alterum, neceſſe
» ſit alterum eſſe: cúm hoc quidem non ſit, nec erit alterum:
» ſi veró ſit, nō neceſſe eſt eſſe alterū: At cúm idem ſit, & non
» ſit, impoſſibile eſt ex neceſſitate eſſe idem. Si veri connexi (ait Ariſtoteles) conſequens falſum ſit, falſum erit antecedens: non autem, ſi conſequens verum ſit, antecedens etiam neceſſarió eſt verum. At in ſyllogiſmo, res eſt ut in connexo: Quare ſyllogiſmi conſequente vero, non neceſſe eſt antecedens eſſe verum, ſed falſum eſſe poteſt. Sic igitur Ariſtoteles connexis ſyllogiſmis cōcludit & judicat, tametſi nullā horū ſyllogiſmorum doctrinā teneat: ut animantes tam multi vident, neque tamen ὀπτικὴν, & artem videndi tenent. Uſum veró etiam horum ſyllogiſmorum valde celebrem eſſe demonſtrat illud concluſionis compendium Ciceroni in primis uſitatum, cúm in primo modo aſſumitur & cōcluditur hoc modo, Sed illud, hoc igitur: Sed primum verum, poſtremum igitur. vel, ſecundum igitur: item, antecedens verum, igitur & conſequens: In ſecundo modo, Non autem hoc, nec illud igitur. vel, ſecundum falſum, primum igitur. item, conſequens falſum, antecedens

dens igitur: de quibus compendiis ſic á Laërtio in Zenone ſcribitur: Modus, eſt veluti figura rationis: velut talis eſt: Si « eſt primum, eſt ſecundum: atqui primum: ſecundum igi- « tur. Logotropus autem eſt, quod ex utriſque eſt compoſi- « tum: ut, Si Plato vivit, Plato reſpirat: atqui primum: ſecun- « dum igitur. Inductus eſt autem logotropus, ne in longio- « rum argumentationum ſtructura, longa aſſumptio complexioque dicenda eſſet, ſed breviter concluderetur, Primum autem eſt, ſecundum igitur. Suidas idem repetivit: ſed vitioſè apud eundem λογότεπος pro λογότροπος legitur. quo etiam ratiocinationis compendio Ariſtoteles alicubi uſus eſt: ut 4. cap. 9. Metaph. Si igitur ipſum β impoſſibile « eſt eſſe, neceſſe eſt & α impoſſibile eſſe: At primũ eſt, ergo « ſecundum. Sic legitur in exemplari latino vetere ad ver- « bum tranſlato: at in Græco ſecus eſt. Atque hæc de duobus cõnexi ſyllogiſmi modis: quib. duo præterea á Theophraſto, Eudemo, Boëtio ſunt additi, é propoſitione antecedentis negati, & conſequentis affirmati: primóque tolli antecedens, ut conſequens tollatur: ſecundó aſſumi conſequens, ut concludatur antecedens: ut, Si dies nõ eſt, nox eſt: Atqui dies eſt: Nox igitur non eſt. Item, Si dies non eſt, nox eſt: Atqui nox eſt: Dies igitur non eſt. atq; conſequentiam hîc neceſſariam ſtatuerunt, neceſſitate tamẽ rei, non ſyllogiſmi: id enim Boëtius, ne quis addubitaret de modo ꝓpoſitionis illius, octies in diverſis locis primi libri de ſyllogiſmis hypotheticis affirmavit: Primó, cúm ait, Quan « túm ad rei naturam, ita eſt: quantúm veró ad complexio- « nis ipſius attinet conditionem, minimé ſequitur. Secundó, « Quantúm ad ſyllogiſmorum complexionem attinet, nul- « lum efficit ſyllogiſmum: quãtúm ad rerum naturam, con- « ſequentia eſt neceſſaria. Tertió, Neceſſitas eſt in rebus, « non in complexione. Quartó, Valet ex neceſſitate rerum, « non complexionis. Quintó, Secundum complexionis « naturam, nullus ſyllogiſmus efficitur. Sextó, Non propter « complexionis naturam, ſed propter terminorum contra- « rietatem. Septimó, Non facit neceſſitatem complexio, « ſed terminorum natura. Octavo, Syllogiſmum, nõ com- « plexionis, ſed terminorum proprietas metitur. his igitur « octo locis in uno libro Boëtius, Theophraſti & Eudemi

ſentētiam eandem pronuntiavit, quód in his duobus modis, neceſſaria conſequentia oriatur é terminorum natura, contrarietate, proprietate, non é complexionis neceſſaria conditione: Itaque ſyllogiſmum nullum híc eſſe ſtatuerunt: quomodo antea P. Ramus contradictionem in illis modificatis (Socratem neceſſe eſt eſſe lapidem: Socratem neceſſe eſt non eſſe lapidem) nullam eſſe diſſeruit: item ex omnibus neceſſariis ſyllogiſmum neceſſarió non effici: quamvis falſum in ejuſmodi exemplis contingere non poſſit. ſed id ajebat P. Ramus rei ipſius, non enuntiati, non ſyllogiſmi natura fieri: cauſſamq; utriuſque afferebat, quód illic mutato modo nominali in adverbialem, falſum accideret: ut, Socrates eſt lapis neceſſarió, Socrates eſt lapis non neceſſarió: falſa enim eſt utraque pars contradictionis. item in enuntiato (Neceſſe eſt non eſſe) negationem nō eſſe, ſed affirmationem: Itaq; ubi ſecundum leges concluderetur negaté, híc affirmaté concludi videretur: proptereaque non eſſe ſyllogiſmum. Atqui in his duobus ſyllogiſmis ſimile nihil occurrebat: nullum enim ſyllogiſmi genus eſt, ubi præter argumenti diſpoſitionem nō requiratur in propoſitione & aſſumptione qualitas aliqua affirmationis vel negationis: qualis híc requiritur negati antecedentis, conſequentis affirmati: deinde accedebat eorum philoſohorum authoritas, aſſerentium perpetuam concluſionis in his modis conſtantiam, quamvis é rei, non é ſyllogiſmi natura profectam. denique adjungebatur uſus exemplorum ex idoneis authoribus: ut nulla lege é logicis legibus talis doctrina repudiari poſſe videretur: Attamen dum cauſſam neceſſitatis illius é rebus ipſis P. Ramus expenderet; & Boëtium in Topicis Ciceronis hac eadem de re diſſerētem, falſis etiam exemplis, in tertio connexionis modo inductum deprehēdiſſet; ſuſpicari cœpit, nullam é rebus ipſis, nedum é ſyllogiſmis, neceſſitatem híc eſſe. Boëtius enim, dum explicat Ciceronis locum illum in Topicis, á repugnantibus, ſimplicitatem ſuam valde prodidit: Cúm enim Tullius primum & ſecundum connexi ſyllogiſmi modum cōprehendiſſet, ſic de tertio loquitur:
» Cúm autem (ait) aliqua conjuncta negaris, & his alia
» negatio rurſus adjungitur: & ex his primum ſumpſeris, ut

quod

quod relinquitur, tollendum ſit: is tertius appellatur con- «
cluſionis modus. hæc Ciceronis verba ſunt: quibus inter- «
pretandis, utitur Boëtius ſyllogiſmo connexo, & ait: Nam «
quia cõſequens eſſe intelligitur, ac verũ eſt, Si dies eſt, eſſe «
lucẽ, repugnat & falſum eſt, Si dies eſt, nõ eſſe lucem. quæ «
denegata, rurſus vera eſt ita, Non ſi dies eſt, lux nõ eſt. & fit «
cõſimilis affirmationis, Si dies eſt, lux eſt. quia facit affir- «
mationem geminata negatio. Atqui (ajebat hîc P. Ramus) «
cúm Cicero, & poſt Ciceronem Boëtius affirmant, aſſum-
pto antecedente tolli conſequens hoc modo, Non ſi dies
eſt, lux non eſt: Atqui dies eſt: Lux igitur eſt. totum id fallax
& captioſum deprehenditur: iiſdem enim veſtigiis falſum
ex antecedente vero conſequens efficietur. Eſto enim in-
conſtans connexio, Si dies eſt, non pluit: contradictio fir-
ma erit, Nõ ſi dies eſt, non pluit. Aſſume igitur, At dies eſt:
Pluit igitur. Dato antecedente vero, poterit conſequens
eſſe falſum. Itaq; cúm P. Ramus Boëtium tam ſimplicem
in credendis, aut certé tegendis erroribus alienis animad-
vertit; quærere cœpit, nunquid aliquando exempla quoq;
horum modorum fallerent, quæ philoſophi illi perpetua
conſtantiaque judicaſſent, quæq; P. Ramus ipſe ejuſmo-
di per annos quinque & viginti expertus eſſet: tãdem cúm
nihil hîc procederet, & quæreret exemplum vitioſum, niſi
ſpecialis cõtradictio ſervaretur: incidit in exemplum mo-
di tertii, etiã ad Theophraſti, Eudemi, Boëtii Logicam fal-
ſi: ut, Si nullũ animal eſt irrationale, omnis homo eſt ra-
tionalis: Sed aliquod animal eſt irrationale: Ergo aliquis
homo non eſt rationalis. quod cum ſæpius verſaſſet, non
protinus ſibi ipſi perſuadere potuit, tenere ſe, quod tamdiu
quæſitum, nunquam inveniſſet, quodque deſperatum ab-
jeciſſet: imó cujus oppoſitum ſibi & authoritate philoſo-
phorum, & longa variorum exemplorum inductione pla-
né perſuaſiſſet: Itaque cum amicis conferre, & communi-
care, & omnia ſe contrá dicere: Etenim objiciebatur, licet
falſó, contradictionem non ſpecialem, ſed qualemcunque
aſſumendam eſſe: ac ſi generalis contradictio anteceden-
tis aſſumeretur, ſyllogiſmum cõſtantem fore. Ergo ad hũc
etiam aggerem ſubruendum, aries idem convertitur, ex-
emploque prompté refellitur: ut, Si nullum animal ſentit,

omnis homo eſt cęcus:Sed omne animal ſentit:Ergo nullus homo cæcus eſt.hîc cõtradictio eſt generalis: & tamen antecedente vero,conſequens falſum eſſ poteſt. Noli veró (quiſquis hæc legis) jam quærere, qua tum lætitia P. Ramus affectus eſt,eo ſe tam diuturno judicii morbo eſſe liberatum,cujus medicinam antea nullã invenire unquam potuiſſet. Ergo huc pené Archimedis εὕρηκα erupit. Tantum philoſophis animis veri ſtudium,tantuſque amor ineſt:ut ejus inventione,nullius theſauri,quamlibet pretioſi, inventio apud cupidos atque avaros homines comparanda videatur.Enimvero(ſi quis forté cauſſam tantæ lætitiæ requirat)peccatur cęteris in artibus,ſed peccato multó leviore,quám in Logica,ut jam prædictum eſt. Galenus diſſeruit,barbariſmos & ſolœciſmos nullam eruditionis culpam eſſe:Demoſthenes in tropo reprehenſus ab Æſchine, negavit,in uno verbo res Gręcorum periclitari:Quintilianus docet ignoratione Geometriæ multa á Geographis peccari.ſed peccata hæc præ ſophiſmatis logicorum judiciorum,leviſſima ſunt:Poteſt enim,ut prædixi,de fortuna, fama,capite denique judicium,his falſis judicandi legibus conſtitui, peccato longé graviſſimo ac periculoſiſſimo. Itaque tam exitialem,tamque capitalem ſophiſmatis fraudem peſtemque protuliſſe,illuſtraſſe, ſuſtuliſſe, veriſſima philoſopho animo lætitia fuit. Quapropter paliurus iſte, ſpinis tã acutis tamq; multis pernicioſus, radicitus evellitur á P.Ramo. Decies millenos modos connexorum pronuntiatorum philoſophi tres illi antea jam nobis invenerant:nunc ſeptuaginta modos ſyllogiſmorum connexorum,occaſione aculeatiſſimi & cornutiſſimi hujus ſophiſmatis,invenerunt:ut nugarum iſtarum ſtudioſi in Boëtio dinumerare poterunt. Atqui decies illi milleni modi, uno tantúm modo á P. Ramo antea comprehenſi ſunt: & hi jam ſeptuaginta modi, nunc duobus comprehenduntur. Quamobrem & hanc P. Rami agriculturam tã logicam, imó agriculturæ logicæ fructum potiús tam ſuavem ac jucundum, ex animo complectamur.

CAP.

CAP. 15. De diſjunƈto 1.

SYllogiſmus disjunctus, eſt ſyllogiſmus compoſitus, cujus propoſitio eſt disjuncta: modi duo ſunt: primus tollit unum, & reliquũ concludit: ut,

Aut dies eſt, aut nox eſt:
At dies non eſt:
Nox igitur eſt.

Ciceronis pro Cluentio judiciũ tale eſt: Sed cúm eſſet hæc illi propoſita conditio, ut aut juſté piéque accuſaret, aut acerbé indignéque moreretur: accuſare quoquo modo poſſet, quám illo modo mori maluit. Disjũctio clarior ſic erit:

Aut accuſandum, aut moriendum:
Non moriendum:
Accuſandum igitur.

Sic idem 2. Philipp. ratiocinatur: Nunquámne intelliges tibi ſtatuendum eſſe, utrúm illi, qui iſtam rem geſſerunt, homicidæ ſint, an vindices libertatis. Attende enim pauliſper, cogitationemque ſobrii hominis ad punctum temporis ſuſcipe. Et ego, qui ſum illorũ (ut ipſe fateor) familiaris: ut á te arguor, ſocius: nego quicquã eſſe medium. confiteor illos, niſi liberatores populi Romani conſervatoreſque Reipub. ſint, plús quám ſicarios, plús quám homicidas, plús quám parricidas eſſe: ſi quidem eſt atrocius patriæ parentem, quám ſuum occidere. Tu homo ſapiens & conſiderate, quid dicis? Si parricidæ, cur honoris cauſſa á te ſunt & in hoc ordine, & apud populum Romanum ſemper appellati? cur M.

» Brutus, te referente, legibus eſt ſolutus, ſi ab ur-
» be plús quám decem dies abfuiſſet? cur ludi A-
» pollinares incredibili M. Bruti honore celebra-
» ti? cur "provinciæ Caſſio & Bruto datæ? cur Quæ-
» ſtores additi? cur Legatorum numerus auctus?
» Atque hæc acta per te. "Non igitur homicidæ:
» "Sequitur ut liberatores, tuo judicio, ſint: quan-
» doquidem tertium nil poteſt eſſe. "Si partes
disjunctæ propoſitionis ſint duabus plures, ju-
dicandi concludendique ars erit eadem. Sic
Cicero judicat Rabirium cum Conſulibus eſſe
» oportere: "Atqui videmus (ait) hæc in rerum
» natura tria fuiſſe, ut aut cum "Saturnino eſſet,
» aut cum "bonis, aut lateret. Latere autem, mor-
» tis erat inſtar turpiſsimæ: cum Saturnino eſſe,
» furoris & ſceleris: virtus, & honeſtas, & pudor,
» cum "Coſs. eſſe cogebat.

Disjunctus] P. Rami diligentia in perpurgando ſyllogiſmorum connexorum agro, magna nobis apparuit: de disjunctis ſyllogiſmis agricultura ipſius attendatur. Primó ſyllogiſmus definitur é genere, quód ſit ſyllogiſmus compoſitus: tum é forma, quód propoſitionem habeat disjunctam: ut enim antea connexa, ita nunc disjuncta enuntiatio addita generi, facit differentiam compoſiti ſyllogiſmi. Logicam veró disjunctorum ſyllogiſmorum hîc etiam P. Ramus é fontibus Ariſtotelis derivabat, ut jam antea derivavit Logicam ſyllogiſmorum connexorum: neque tam á Theophraſto & Eudemo inventam horum ſyllogiſmorum doctrinam, quám digeſtam & excultam profitebatur. Ariſtoteles enim, licet de argumentis tantúm cogitans, nihil de argumentationum & ſyllogiſmorum Logica conſiderans, has etiam argumentationum formas aperuit: Sic enim ſecundo cap. 2. Topic. præcipit: Quibuſcunq; veró neceſſe eſt ſolúm alterum ineſſe, aut non ineſſe: ut homini morbum, aut ſanitatem: ſi ad alte-
rum

rum facilé diſſerere valeamus, quód inſit aut non inſit: ad «
reliquum quoque facilé valebimus: Id veró convertitur «
ad utrunque. Hæc (inquam) Ariſtoteles ita præcipit: & re «
ipſa ſyllogiſmi disjuncti formam deſcribit; quamvis de argumento tantúm cogitans, nil ſuſpicans de nova ſyllogiſmi ſpecie aut figura. Quamobrem partis etiam hujus gratiam Ariſtoteli acceptam P. Ramus referebat.

Duo] διχοτομία híc etiam ſervatur, & disjunctorum binarius cum binario connexorum analogiam retinet. Primus modus, generalis omnino eſt, quocunq; modo partes disjunctionis, afficiantur, ſive affirmatæ ſint omnes, ſive omnes negatæ, ſive mixtum ſit híc aliquid.

Tollis] Contradictio híc quælibet videtur poni poſſe, ſeu generalis, ſeu ſpecialis: nam ſi propoſitio ipſa ſit é generaliter disjunctis, etiam natura rerum feret, ut generalis contradictio aſſumi poſſit: ut, Omnis homo eſt rationalis, aut nulla beſtia eſt irrationalis: Sed omnis beſtia eſt irrationalis: Ergo omnis homo eſt rationalis. At ſi disjunctio vera eſſe non poſſit, niſi é ſpecialiter disjunctis; non poterit, niſi ſpecialis contradictio aſſumi. ut, Aut omnis homo eſt rationalis, aut nullum animal eſt rationale. híc non poteſt veré aſſumi, Sed omne animal eſt rationale: ſed tantúm aſſumi poteſt, Aliquod animal eſt rationale. unde concludetur, Ergo omnis homo eſt rationalis. Et cauſſa eſt, quód alterum tolli ſatis eſt, quoquo modo tolli poſſit; cúm reliquum maneat idem prorſus, ſicuti propoſitum fuerat. Híc veró modus ſpeciatim ſic ab Ariſtotele 2. cap. 2. Topic: proponitur: Si veró quod non eſt, docueri- «
mus, reliquum ineſſe docuerimus. Ergo hunc etiam mo- «
dum Ariſtoteli meritó P. Ramus attribuit.

Aut dies] Primus modus tribus exemplis declaratur, quæ ſingula ſunt propria: Aut dies eſt, aut nox eſt. ſententia eſt, Aut hoc tempus eſt diurnum, aut nocturnum.

Sed cúm] Secundũ eſt exemplum: Cluentius veneficii reum fecerat Oppianicũ vitricum ſuum. Itaq; hæc accuſatio, quia turpis videbatur, excuſatur ab oratore. Hunc igi- «
tur hominẽ (ait orator de Oppianico) tam audacem, tam «
nefarium, tam nocentem, nunquã accuſaſſet Habitus, ju- «
dices, ſi id prætermittere, ſalvo capite ſuo potuiſſet. Erat «

„ huic inimicus Oppianicus. erat, ſed tamen erat vitricus.
„ crudelis & huic infeſta mater: attamen mater. poſtremó
„ nihil tam remotum ab accuſatione, quám Cluentius, &
„ natura, & voluntate, & inſtituta ratione vitæ.tum ſequi-
„ tur, Sed cúm eſſet, &c.

Conditio] Etiam videmus híc ab oratore disjuncti conditionem appellari: ut disjunctum tam conditionale dici poſſit, id eſt ὑποθετικὸν, quám connexum.

Aut juſte] Propoſitio eſt velut ἄμισος καὶ αὐτόπιστος.

Accuſare] Complexio híc comprehenditur.

Quám illo] Aſſumptio, per remotionem partis alterius híc comprehenditur.

Nunquámne] Tertium exemplum pauló copioſioribus proſyllogiſmis exornatũ: & λογικώτερον, velut in ſchola, certamen diſceptatur. Conſtituitur igitur primúm propoſitio cum proſyllogiſmo, é disjunctionis axiomate.

Attende] Locus eſt attentionis: ubi tanquam Logicus aliquis judex atque æſtimator concluſionis expoſcitur.

Confiteor] Proſyllogiſmus propoſitionis alter, é collatione majorum.

Tu homo] Attentio altera, ad aſſumptionis proſyllogiſmum, ex effectis Antonii.

Provincia] M. Bruto Gallia togata, alteri Bruto Creta, Caſſio Libya, Trebonio Aſia, Cimbro Bithynia.

Non igitur] Concluditur proſyllogiſmus aſſumptionis.

Sequitur] Complexio disjuncti cum proſyllogiſmo authoritatis Antonianæ, & axiomate ipſius disjuncti.

Si partes] Dichotomia perfectæ diviſionis, ideoque disjunctionis, vix perpetuó retineri poteſt: & tamen ſyllogiſmi ratio in tollendo ac retinendo par eſt.

Atqui] Tullius Rabirium perduellionis reum, imó damnatum & cruci pené jam ſuffixum, defenſione illa quæ extat, & in quam P. Rami prælectiones editæ ſunt, liberavit: accuſatus autem fuerat á ſubornato per Cæſarem Labieno, quód Saturninum Trib. plebis quadraginta anté annis necaſſet.

Saturnino] Tribuno plebis ſeditioſo, ad quem coërcendum, Marius Conſul Senatuſconſulo armatus fuerat.

Boni]

Bonis] Bonos, appellat optimates, qui tum ad Saturninum opprimendum convenerant.

Coſſ.] Mario & Valerio, qui tum fuere.

CAP. 16. De Disjuncto 2.

DIsjunctus″ſecundus é propoſitione partibus omnibus ″affirmata aſſumit unum, & reliquum″tollit: ut,

Dies eſt aut nox eſt:
At dies eſt:
Nox igitur non eſt.

Sic Juno cum Jove de″Turno concludit, 10. Æneidos:

---″ Quid″ſi, quod voce gravaris,
Mente dares? atq; hæc Turno rata vita maneret?
″Nunc manet inſontē gravis exitus: aut ego veri
″Vana feror,″quod ut ô potiús formidine falſa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orſa reflectas.

″Ejuſmodi ſyllogiſmus efficitur é propoſitione copulata negata, quæ negata ″complexio dicitur:

Non & dies eſt, & nox eſt:
At dies eſt:
Non igitur nox eſt.

Secundus] Secundus modus non tam generalis eſt, quám primus; quia certis & ſpecialibus legibus adſtringitur: ideoq; poſtponitur primo, ut lex methodi requirit.

Affirmata] Secus ſit ἀσυλλόγιστον, ut, Aut decē poterunt, aut unus non poterit: Sed unus non poterit: Ergo decem non poterunt. Vero antecedente, falſa complexio hinc poſſit effici.

Tollit] Specialis contradictio híc exigitur: ſecus ſi generalis contradictio concludatur, captioſum ſit & ἀσυλλόγιστον: ut, Aliquod animal eſt irrationale, aut omne animal

eſt rationale: Sed aliquod animal eſt irrationale: Ergo nullũ animal eſt rationale: ex vero antecedẽte, falſa cõplexio efficietur. Quare neceſſaria eſt hîc ſpecialis contradictio. Ariſtoteles etiam 2. cap. 2. Top. hunc modum complexus
„ eſt. Nam ſi docuerimus, ait, quód ineſt alterum, docueri-
„ mus reliquum non ineſſe. Sed hæc Ariſtotelis definitio, etiam hoc uno peccat, quód neque partes affirmatas, neq; ſpecialem complexionis contradictionem definit.

Turno] Æneas motus Pallantis cæde á Turno interempti, exarſit cupiditate vindicandi amici: Itaque magna hoſtium ſtrage edita, Turno exitium afferebát. Quare Juno periclitantis ſalutem á Jove deprecatur.

Quid] Præponitur quæſtio, quæ deinde cõcludenda ſit.

Si] Optatio, qualis interdum hac conjunctione exprimitur 6. Æneid.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat, nemore in tanto.—

Nunc] Propoſitio disjuncti, aut Turnus peribit, aut Juno fallitur.

Vana] Proprié vana veri, ut contrarium, plena veri. Sic 1. Georg.

Expectata ſeges, & vanis eluſit avenis.

id eſt vacuis.

Quod] Aſſumptio, cum proſyllogiſmo optationis, At utinam Juno potiús fallatur.

In melius] Sententia complexionis, in hanc á textoribus allegoriam includitur.

Ejuſmodi] Negatum copulatum ex ſeſe nullum ſyllogiſmum facit: ſed hîc vim disjunctionis obtinet, & præterea communius quiddã complectitur: neq; partes hîc affirmatas eſſe neceſſe eſt: ut, Nõ & homo eſt, & animal nõ eſt. utrumlibet hîc licet aſſumere, ut reliquum tollas: Sed homo eſt: Ergo animal eſt. vel, Sed animal non eſt: Ergo homo non eſt.

Complexio] A Græcis interpretibus ad 22. cap. 1. Prior. dicitur ἀποφατικὴ συμπλοκή. Eſt autem genus hoc enuntiandi rarum, & quo nullum ex omnib. enuntiandi generib. ſit diſtortius, ut ait in Fato Cicero. Itaq; propter eas cõtorſiones, hoc etiam ſyllogiſmi genus rarius erit. Atq; hæc

de

de ſyllogiſmorum disjunctorum modis duobus, in quib. Theophraſtus, Eudemus, Boëtius, pauló parciores & frugaliores fuerunt, quám fuerant antea in cõnexis: Tametſi Boëtius totidem modos & propoſitionum disjunctivatũ, & ſyllogiſmorum disjunctivorum fieri poſſe putat, quot antea modi facti connexarum propoſitionum, & ſyllogiſmorum connexorum. Attamen neq; hic decies millenos modos disjunctivarum propoſitionum, neque ſeptnaginta modos disjunctivorum ſyllogiſmorũ collegit: contentus fuit quatuor modis propoſitionis disjunctivæ: & decẽ modis ſyllogiſmi disjunctivi: Nã cúm modis quatuor propoſitio disjunctiva varietur: ut, Aut eſt a, aut eſt b: Aut non eſt a, aut non eſt b: Aut eſt a, aut non eſt b: Aut non eſt a, aut eſt b. é prima propoſitione utrinq; affirmata, quatuor modos efficit, duos retinendo alterutrum, duos tollendo: é reliquis propoſitionib. binos efficit tollendo alterutrum. At hos decem bellos modos duobus modis & breviús & elegantiús P. Ramus comprehendit, ut antea ſeptuaginta modos illos pari binario comprehenderat. Sed hactenus de ſyllogiſmi & argumentationis generibus & differentiis, quib. adjecta ſunt pro novis argumentationum generibus, inductio, exemplum, dilemma, ſorites: quæ omnia in arte præterita ſunt à P. Ramo, quia nullum catholicum præceptum adferant: Etenim (ut de tribus primis illis primúm dicam) tam ſophiſticum eſt & vitioſum, argumentorum genera pro argumentationum generibus in Logica proponere, quám antea fuit, argumentationum formas pro ſimplicibus argumentis inſtituere. Ariſtotelis antea in figuris connexorum & disjunctorũ ſyllogiſmorum elenchus hic fuit, dum pro topicis antecedentium, conſequentium, oppoſitorum argumentorum categoriis, ſyllogiſticas argumentandi figuras interpretatur: nunc alter elenchus eſt: cúm pro ſyllogiſticis argumentandi figuris, topicæ partium, ſpeciei, oppoſitorum, categoriæ demonſtrantur: Inductio enim, & exemplum, & dilemma, argumentorũ illorũ nomina ſunt. De inductione, pręcipitur 23. c. 2. Prior. quód é partib. totũ colligat, ut, Omnis & homo & beſtia eſt eſſentia: Omne igitur animal eſt eſſentia. Hic ſi diſpoſitionis & argumentationis ſpecies formaque ſpe-

ctetur, nulla prorſus eſt nova. Enthymema eſt figuræ apud Ariſtotelem primæ: quod addita aſſumptione expletus ſyllogiſmus demõſtrabit, hoc modo: Omnis & homo & beſtia eſt eſſentia: Omne animal, eſt homo beſtiave: Omne igitur animal eſt eſſentia. Tum veró quód author ille neſcio quis argumentationis inductivæ, ait in illo capite, ſyllogiſmum differre ab inductione, quód inductio cõcludat majus extremum de medio per minus, ut in propoſita inductione: ſyllogiſmus autem concludat majus de minore per mediũ: ut, Omne animal eſt eſſentia: Omnis & homo & beſtia eſt animal: Omnis igitur homo beſtiave eſt eſſentia: hæc differentia eſt valde ridicula & valde falſa: Primó non omnis ſyllogiſmus cõcludit majus de minore per medium. Nullus.n. ſyllogiſmus figuræ apud Ariſt. tertiæ ſic concludit. Deinde cúm ex propriis agitur, ut definitione, ſubjecto, proprio, nil majus mediũ aut minus eſt: omnia ſunt æqualia & reciproca. Poſtremó hæc differentia eſt argumenti, unde concluditur, non eſt ſyllogiſticæ diſpoſitionis, nullã enim novam cõcludendi figurã inductio requirit. & per hanc bellam Dialecticã, liceret ex omnibus argumentis fingere argumentãdi ſpecies: Nã ſi á partibus ad totum, ſpecies eſt argumẽtationis: & á toto ad partes, á genere ad ſpeciẽ, á ſpecie ad genus, á cauſſa ad effectum, ab effectu ad cauſſam, & á cæteris deniq; argumẽtis nova argumentandi ſpecies eſſet. Quare quiſquis primus in logicas artes inductionem partium ad totum, pro nova argumentationis ſpecie induxit, ignavum ſophiſma, non catholicum dogma induxit. Itaq; P. Ramus inductionem ex agro logico non tollit, ſed in ſuo ſolo & naturali loco conſtituit. Exemplum ſimili ſophiſmate venit in ſpecies argu-
» mentationis. Caput hîc viceſimum quartum ſecũdi Prior.
» conſumptum eſt, quando medio extremum ineſt per ſi-
» mile tertio: ut, Bellum cum finitimis eſt pernicioſum, ut
» Thebanorum contra Phocenſes: At bellum Athenienſi-
» um contra Thebanos eſt bellum cum finitimis: Bellum
» igitur Athenienſium contra Thebanos eſt pernicioſum.
Hîc propoſitionis proſyllogiſmus eſt Ariſtoteli, per exemplum ſimile medio: at hoc exemplum non eſt ſimile medio, ſed eſt ſpeciale: Similitudo enim hîc nulla eſt: Exempla

pla autem rebus generaliter propoſitis ita ſingularia ſolent adhiberi: quomodo in ſpeciei topico antè declaratū eſt: Denique exemplum, argumenti nomen eſt, neque argumentationis aut ſyllogiſmi figuram, diſpoſitionem, ordinem ſignificat: tamque fatua res eſt, argumentationis ſpeciem in exemplo, quam in inductione ſtatuere. Quare de exemplo dictum eſt á P. Ramo ſuo loco, quod in Logica dicendum ſit: in judicii regulis alieno tempore ſophiſticé non iteratur: deniq; in familiarem & naturalem locum reſtituitur. Dilemma conſimili ſophiſmatis elencho, pro nova argumentationis ſpecie acceptum eſt: ut enim inductio á partibus, exemplum á ſpecie: ſic dilemma á contrariis medio carentibus argumentum eſt: & ut inductio & exemplum, ſine aſſumptione ἐνθυμηματικῶς concludi ſolet: ut Martialis eſt illud ad Domitianum lib. 2.

Hæc, ſi diſplicui, fuerint ſolatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, ſi placui.

Adde huic propoſitioni aſſumptionem:

Sed placui aut diſplicui.

Tum conclude:

Quare ſolatia erunt, vel præmia, quæ dabis.

Atque id cornutum argumentandi genus quidam arbitrantur eſſe, quia duobus utrinque veluti cornibus feriat. Dilemma igitur, ut inductio, ut exemplum, nullam novam argumentationis figuram docet, ſed argumenti ſpeciem indicat. Itaque concludebat hoc loco P. Ramus, Topicam & Criticam, duas Logicæ partes diverſas eſſe: Argumentum in Topica, argumentationem in Critica docendam eſſe & declarandam. Qui judicii & diſpoſitionis regulas in locis inventionis proponit, peccat in legem methodi, quia poſterius natura, priore loco cōſtituit: contrá qui locos inventionis, in judicii regulis proponit, in pari vitio eſt, quia natura prius, poſteriore loco præcipit: At qui tradit pro argumentis argumentationes (ut in connexis & disjunctis factum eſt) quique pro argumentationibus argumenta (ut nunc fit in inductione, exemplo, dilemmate) non tantúm methodum pervertit, ſed in κατὰ παντὸς turpiter offendit. Sorites veró, progreſſio eſt en-

thymematica: ac quia minutatim ac gradatim addit; & paulatim, veluti cōgeſtis granis, acervum efficit; σωρείτης, acervalis appellatur: ut, Socrates eſt homo: Homo eſt animal: Animal eſt ſubſtantia: Ergo Socrates eſt ſubſtantia. Hic duo ſunt enthymemata: priori complexio deeſt: ut, Animal eſt ſubſtantia: Homo eſt animal. Complexio enim (Homo igitur eſt ſubſtantia) non exprimitur. poſteriori deeſt aſſumptio: Animal eſt ſubſtantia: Ergo Socrates eſt ſubſtantia. Aſſumptio enim (Socrates eſt animal) prætericta eſt. Sępe autē ſorites, una multis gradibus connexa propoſitione cōtinetur. Itaq; ſorites in rebus inter ſe neceſſarió connexis utiliter invētus eſt: quod in longioribus mathematicis demonſtrationibus, magnum plerunq; compendium attulerit: ſed in cæteris etiam rerum generibus valet. ut 3. Offic. Atq; ſi etiam hoc natura præſcribit, ut homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam, quód is homo ſit, conſultum velit: neceſſe eſt ſecundum eandem naturam, omnium utilitatem eſſe communē. quod ſi ita eſt, una continentur omnes & eadem lege naturæ: idque ipſum ſi ita eſt, certé violare alterum lege naturę prohibemur. Verum autem primum: verum igitur & extremum. Hic ſyllogiſmus eſt connexus primi modi, cujus propoſitio ſoritem habet quatuor graduum: poſſit autem & graduum complurium haberi, & alio modo aſſumi concludique. Quin ſorites in una ſyllogiſmi propoſitione, capit interdum argumentationes multas. ut de Fato, At ſi cauſſa appetitus nō eſt ſita in nobis, ne ipſe quidem appetitus eſt in noſtra poteſtate. quod ſi ita eſt: ne illa quidem, quæ appetitu efficiuntur, ſita in nobis ſunt. Non igitur neq; aſſenſiones, neq; actiones, in noſtra poteſtate. Ex quo efficitur, ut neq; laudationes juſtæ ſint, nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia. Quod quum vitioſum ſit; probabiliter concludi putant, non omnia fieri fato, quæcunq; fiant. Hic ſyllogiſmus eſt connexus modi ſecundi, cujus propoſitio ſoritem habet quinque graduum: quorum quartus & quintus, enthymematicé connectuntur. Quare ars nulla hic nova eſt: neque novam ſpeciem argumentationis ſorites efficit; & tamen gradationis ſoriticæ captio periculoſa fit, niſi res firmé cohæreant inter ſe. Hæc P. Ramus

de ſa-

de ſorite diſſerebat, cur ab eo cum inductione, exemplo, dilemmate præteriretur. Quapropter habemus adhuc in P. Rami agricultura logicam ſyllogiſtici judicii doctrinam maximis & graviſſimis impedimentis liberatam, & quidem quę adhuc calumnia caruerit: in primo illo enunciati judicio leges κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθόλυ πρῶτον á quibuſdam ſi non aperté improbantur, certé malitioſé eluduntur: at ſyllogiſmi conſtantiam, qui inficiari aut elevare auderet, nemo (quod ſciam) extitit, ſed logicam ſyllogiſmi á P. Ramo ſtrenué vindicatam habemus: imó veró ſingulari judicio deſcriptam & explicatam: ut ſi Logici veteres illi, unde Ariſtoteles tã multa in duos libros prioris Analyſeos conduxit, Logicum agrũ ſic aratum ſatumque, ſic undique lætiſſimis frugibus nitentem & luxuriantem videant; agnoſcant ſui generis atque ordinis aratorem, pleriſque inertibus agricolis & diligentiorem, & melioribus certé inſtrumentis inſtructiorem: Ariſtoteles veró, legum ſuarum logicum diligentiſſimum, retinentiſſimum, amantiſſimum confiteatur; qui tot annos tanto tamque pertinaci & indefatigato ſtudio nunquam deſierit, non modó in cæteros omnes, ſed in ſeipſum acerrimé ac vehementiſſimé inquirere: neq; anté unquam conquieverit, quám opus inchoatum, aut perfectum, aut certé affectum reliquerit.

CAP. 17. De Methodo ſecundum Ariſtotelem unica.

METhodus eſt "diſpoſitio, qua "de multis enuntiatis "homogeneis, ſuoque vel ſyllogiſmi judicio "notis, diſponitur primo loco "abſoluta notione primum, ſecundo ſecundum, tertio tertium, & ita deinceps: ideoque "ab univerſalibus ad ſingularia perpetuó progreditur. Hac enim ſola & unica via proceditur ab antecedentibus omnino & abſoluté notioribus, ad conſequentia ignota declarandum, eamque ſolam Methodum Ariſtoteles docuit.

Methodus] E ſecundo judicii genere, ſpecies altera in ſyllogiſmo declarata eſt; ſupereſt altera, in methodo. Cujus definitionem tanquam legem logicarum artis informandæ legum longiſſimé principem, dies aliquot P. Ramus in regia cathedra, tanquam publica Logicorum undique excitorum concione ſuaſit. Meminimus quanto ſtudio Ariſtotelea trium ſuperiorum de artis materia legum ſuaſio celebrata ſit, & quot locis ab Ariſtotele repetita: Meminimus quanto ſtudio aurea ſyllogiſmi regula ab infinitis elenchis vindicata ſit: attamen materies illa methodi tantùm fuit. Quantum veró ſtudium methodo, id eſt formæ ártium omnium, & tanquam animæ debitum arbitramur? Ergo hac extrema peroratione in primis ingenii atque induſtriæ vires P. Ramus excitavit, ad legem legum omnium maximé legitimam, maximéque omnibus artibus ſalutarem demonſtrandum, promulgandum, ſuadendum, ferendum: & quidem ad Ariſtotelis ſummam gloriam, ut quidquid in antecedentibus Logicæ partibus ab Ariſtotele ſit offenſum, abundé tamen ſit cum methodi præſtantia atque excellentia compenſatum. Itaque hac in extrema parte certamen eſt P. Ramo adverſus Ariſtoteleorum ſophiſticas ineptias & nugas, pro Ariſtotelis ſingulari laude & gloria: Sigillatim igitur parte unamquamque perſequamur.

Diſpoſitio] Definitio methodi colligitur é genere primúm: Diſpoſitio enim, genus eſt univerſi logici judicii. cujus duo genera facta, primum enuntiatū, & ſecundum ſine nomine, fuit genus ſyllogiſmi & methodi. Itaque ſi genus hoc notum & nominatum eſſet, adhiberetur in hac definitione: ſed inopia proximi, adhibetur proximo vicinum. Meminerimus igitur methodū eſſe diſpoſitionem, non eſſe rem diſpoſitioni propoſitam; ut eſt ſemper argumentum, aliquando etiam enuntiatum & ſyllogiſmus: Argumentum enim, res ſimplex & nuda conſideratur: Enuntiatum, eſt diſpoſitio argumentorum: ſed ipſum rurſus diſponi poteſt, ut in ſyllogiſmo. Syllogiſmus diſpoſitio eſt enuntiatorum, ſed ipſemet etiam diſponi poteſt, ut in methodo. Nec veró nos moveat, quód fieri poſſit, ut methodus etiam quædam teneri poſſit in ſyllogiſmo, ut pro-

poſitio generalis prima ſit, aſſumptio inde orta ſubſequatur, complexio ex utraque ſit extrema. Nam neque id in ſyllogiſmo eſt perpetuum: ut in tertia Ariſtotelis figura, ut etiam in prima. ubi tam poteſt ex ſpeciebus de genere, quám ex genere de ſpeciebus concludi. nec in ſyllogiſmo attenditur diſpoſitio abſoluté prioris & notioris, ſed argumenti ſic vel ſic antecedentis vel conſequentis. Atque ut de argumentis anteá dictum eſt, in unam & eandem rem ſubjectam poſſe cadere: ſic de ſyllogiſmo & methodo reſpondebis, in uno & eodem exemplo utrumque poſſe deprehendi, rationes tamen & definitiones diſtinctas eſſe: aliudque eſſe, ſyllogiſmi; aliud, methodi ordinem & diſpoſitionem ſequi. Quare ſyllogiſmus etiam materia erit methodi: at methodus diſpoſitio eſt omnium diſpoſitionum ultima, ultra quãm diſpoſitio alia in logicis nulla eſt. Itaque Ariſtoteles, Cicero, Quintilianus in Rhetoricis, cúm diſpoſitionem faciunt ſecundam Rhetoricæ partem, συνεκδοχικῶς nomine diſpoſitionis intelligunt non enunciatum, non ſyllogiſmum, ſed methodum. Quapropter methodi genus nobis erit diſpoſitio.

De enuntiatis] Argumenta nuda abſque enuntiatis in uſu nulla ſunt, ut patuit; nec eorum ſimplicium ulla methodus eſſe poteſt: Nam tametſi in nudis partitionum tabulis (quales vulgó ab artium magiſtris fieri ſolent) videatur methodus adhiberi: illic tamen enuntiata é verbo aliquo intelligi neceſſe eſt: ſecus nulla ſententia conciperetur. Meminerimus igitur, materiã methodo propoſitam in enuntiatis eſſe; eorumq; multorum unam perpetuamque formam eſſe, methodum.

Homogeneis] Ars omnis conſtat ex homogeneïs, ut antea jam dictum eſt in lege καθ' αὑτό: ut eſſent præcepta uno & eodem genere comprehenſa; ut etiam é generalibus & antecedentibus rationes ad ſubalternas artes deduci poſſent; ut á logica in mathematicas omnes, ab arithmetica in muſicam, & reliquas: á geometria in omnes artes geometricis figuris innexas: quæſtionem autẽ quamlibet unam continentia enũtiata, ſunt item quodammodo homogenea: Itaque quæ in tota vel Iliade, vel Æneïde, quæ in qualibet Demoſthenis aut Ciceronis Philippica,

ſunt enunciata, ea ſunt homogenea: ſi non abſoluta illa, & anté definita ratione; certé hactenus, dum finem eundem reſpiciunt. ἑτερογένεια ſiquidem, etiam á poëtis in poëmate reprehenſa eſt: quamvis poëtis multó juſtior licentia ſit: Notum enim eſt Horatii præceptum:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperné:
Spectatum admiſſi, riſum teneatis amici?
Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cujus velut ægri ſomnia, vanæ
Fingentur ſpecies, ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ.———

Paulóque póſt ita concluditur:

Denique ſit quod vis, ſimplex duntaxat, & unum.

Notis] Enuntiata, quę methodo collocanda proponuntur, neceſſe eſt anté eſſe nota, id eſt, explorata & judicata ſuo vel ſyllogiſmi judicio: Quid enim ordinem ignotorum quæreres? aut cur præteritis antecedentibus judiciis, extremum hoc arriperes? Quare pars hæc ultima Logicę artis, proponit ſibi univerſalem formam & exædificationem ſummam rerum, de quibus in antecedentibus logicæ partibus agitur, ſtatuitque ſibi res inventas homogeneas, judicatas etiam ſeparatim enuntiato, vel ſyllogiſmo, ad collocandum & diſponendum. Neque porró exiſtimandum, ut quibuſdam videtur, P. Rami placitũ hîc agi: tanquam hæc aliqua nova ſit hypotheſis, Poſtulare in methodo, ut res inventæ & judicatæ ſint, antequam methodicé diſponantur. Hæc enim eſt naturæ hypotheſis; hæc Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, Quintiliani, omnium denique, qui unquam de hoc ordine præceperunt, hypotheſis eſt: ut inventio antecedat, judicium & diſpoſitio ſequatur: Tum veró é judicii partibus, prima ſit enuntiati doctrina, neceſſe eſt: ſecunda ſyllogiſmi: tertia methodi: nec ad extremum, niſi á primis per media, perveniri poteſt. Materies igitur (ut perſpicué concludam) per methodum formanda & collocanda eſt in enuntiatis homogeneïs & notis.

Abſolu-

Abſoluta] Magna philoſophia eſt de comparatione cognitarum rerum, utra de duabus notior, quæ de pluribus notiſſima; ut in methodico ordine notior præcedat ignotiorem: Quæ quæſtio ex antecedentibus categoriis & topicis argumentorum repetenda nobis eſt, & é judicio Ariſtotelis in primis explicanda: illinc enim optimé veriſſiméque judicabitur. De cauſſis igitur, materia materiato, efficiens effecto, itemque forma formato, notior & clarior eſt, denique etiam finis finito, ſicut antea ex Ariſtotele dictum eſt. Quare cauſſa omnino & abſoluté, cauſſato (ut ita dicam) notior eſt & clarior: ſubjectum itē quodammodo notius eſt proprio adjuncto: ut etiam ex Ariſtotele patuit: Sic cauſſa & effectum, conſentanea ἁπλῶς antea facta ſunt: ſubjectum & adjunctum, πῆ. Diſſentanea autem & comparata ſunt æqué nota: reliqua de illis, parentum (á quibus procreantur) naturam referunt. Quare ſi veré ratiocinari judicareque ex illa Ariſtotelis philoſophia volumus, duobus modis aliud alio notius & illuſtrius erit, cauſſa & ſubjecto: ſed quod per cauſſam notius & illuſtrius eſt, proprié abſolutéque notius eſt & illuſtrius. Itaque Ariſtoteles ex eodem illo cauſſarum loco, tanquam prima claritatis luce, definit 2. cap. 1. Poſt. Scire eſſe per cauſſam noſſe, propter quam res eſt. indeque methodi ordinem deducit, quód omnis ſcientia progrediatur á cauſſis primis & immediatis, tanquam á rebus clariſſimis & notiſſimis. Sed eodem loco, notius duobus modis dividitur, nobis & natura: Priora veró & « notiora dupliciter, ait Ariſtoteles: Non enim idem prius « natura, & ad nos prius: neque notius, & nobis notius. « Dico quidem ad nos priora & notiora, quæ ſenſui vici- « niora ſunt, abſoluté autem priora & notiora, quæ remo- « tiora. Sunt autem remotiſſima univerſalia maximé: pro- « xima autem ſingularia. & hæc opponuntur inter ſe. Hic « locus Ariſtotelis oſtendit generalia & univerſalia, abſoluté notiora eſſe. Sed addit, ſpecialia eſſe notiora nobis, quia propiús accedunt ad ſenſum. Quod idem repetitur 3. cap. 6. Top. quód aliud ſit notius nobis, aliud abſoluté: « quod nobis aliás alia magis nota: Rudiorib⁹ enim ſenſilia « notiora, peritioribus autē, cōtrá. Sed Ariſtot. idem eodem

tur: Ciceroni ratio & via: quomodo jam vulgó in ſcholis methodi nomen percrebuit apud interpretes Græcos Latinoſque: quia methodus nos deducat via compendiaria ad cognitionem artium rerumque hoc ordine diſpoſitarum, cúm perpetua ſerie appareat velut ante oculos ſuo loco quidque collocatum. Sic Philoponus ad 1.cap.1. Phyſici: μέθοδος δὲ ἐστὶν ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου: methodus eſt habitus viã faciens cum ratione: Alexander feré idem, ſed pauló obſcuriús: Philoponi ὁδοποιητικὸν illud, præſentis progreſſionis viam magis oſtendit. Itaque licet methodi vocabulum, quodlibet & argumenti, & doctrinæ, & diſputationis genus ſignificet: attamen ſignificatio certa híc definita & explicata eſt á P. Ramo, quam in hac parte Logicæ ſequitur. Itaque etiam atque etiam híc admonemur, in tantæ lucis perſpicuitate, tenebras malitioſé affectandas non eſſe: nec enim dubitatio jam ulla poteſt eſſe, quid methodi nomine, & quam Dialecticæ partem P. Ramus comprehendat: rem definit definitione illuſtri & præclara: nominis etiam rationem reddit, idoneis & locupletibus authoribus affirmatam. Methodus inventionis híc nulla agitur: tradita enim eſt primo libro ampliſſimé, quomodo & artes & res omnino omnes ſint inveniendæ; tradita etiam in diſtributionis loco via, qua ſine arte artes primó obſervatione & inductione eſſent inventæ: methodus inquam inventionis vel artium vel cujuſcunque argumenti híc nulla agitur; ne quis hallucinetur in hac quæſtione; quę præcipua á ſcholaſticis hominibus P. Ramo, ut poſtea patebit, moleſtia eſt: neq; item methodus ulla vel enuntiati vel ſyllogiſmi híc agitur: tota enim hæc doctrina præceſſit. Methodus diſponendæ materiæ, & inventæ ſuis partibus omnibus, & perfectionibus etiam quaque de re explicatæ, æſtimatæ, judicatæ: methodus (inquam) diſpoſitionis univerſalis, generalis, totam variorum enuntiatorum & etiam ſyllogiſmorum formam complectentis agitur.

Ab univerſalibus] Conſectarium hoc, certamen ingens continet, á multis & magnæ authoritatis doctoribus incredibili contentione certatum. Inventionis & ſyllogiſmi Logica, reprehenſionis calumnia caret, á nemine im-

probatur: Logica de enunciatis artificioſis, ſed præcipué de methodo diſponendæ artis, mirabiles turbas excitavit. Hæc enim ſingularia ſunt inſtrumenta reformandæ & conſtituendæ cujuſvis diſciplinæ. quod ſi ſine cujuſquam offenſione fieri poſſet; nihil eſſet P. Ramo, doctis & eruditis hominibus charius, nihil amabilius, nihil præſtantius: At iſtis telis petitur Ariſtoteles, petitur Euclides, petitur Galenus, omnes omnium artium ſummi doctores petuntur. hinc lachrymæ rerum: attamen conſolatio certiſſima eſt: nulla remedia tàm faciunt dolorem, quàm quæ maximé ſunt ſalutaria. His inſtrumentis Grammatica, Rhetorica, Mathematica, omneſque liberales & ingenuæ artes emendantur, illuſtrantur, decorantur: & dolor iſte eſt fatuæ & ruſticæ opinionis, non eſt philoſophicæ mentis: & tamen, ut prædixi, P. Ramus in hac diſceptatione pro Ariſtotele philoſophorum omnium (ut adverſarii opinantur) principe præliatur. Itaque alacri animo rem aggrediamur. P. Ramus ex Ariſtotelis ſententia unicam artis ordinandæ methodum, Ariſtoteleam & ſingularem eſſe contendit, ut ſit γενικώτατον primo loco, ὑπάλληλα medio, εἰδικώτατα infimo: contrá nationes quædam ac familiæ ſcholaſticorum interpretum ſunt poſitæ, aſſerentium, artis ordinandæ varias ac multiplices methodos eſſe: Ergo illa P. Rami ſuaſio legis omnium legum maximæ ac præſtantiſſimæ, diligenter attendatur. Híc igitur tanquam in foro res ageretur, Prætorque quæſtionem decreviſſet; ita P. Ramus primò antecedentia argumenta, deinde artium ipſarum rerumque omnium, quæ quidem perſpicué doceri vellent, teſtimonia producebat. id eſt, totos logicę inventionis, & artificialis & inartificialis, fontes huc aperiebat ac derivabat: id eſt, Ariſtotelis palmariam laudem, manibus pedibus totiſque viribus adverſus importuné & fatué Ariſtoteleos tuebatur ac vindicabat. Quæ omnia ſumma fide referenda mihi propoſui. Ac ne qua de verbo controverſia oriretur, quid generale ſit & univerſale, Ariſtotelem 4. cap. 1. de Partibus animalium primó proferebat: » Univerſalia autem, communia: nam quæ pluribus » inſunt, univerſalia dicimus. Hæc Ariſtotelis definitio perſpicua eſt: & ſic locis aliis philoſopho litera magis univerſalis

verſalis & generalis, quàm ſyllaba, ſyllaba quàm dictio, & dictio quàm oratio: ſic unitas quàm binarius, binarius quàm ternarius: ſic punctum quàm linea, linea quàm ſuperficies, ſuperficies quàm corpus; quia antecedentia illa inſunt in pluribus. Nam ſi poſteriora hæc ſunt, illa priora etiam erunt: non contrà. Hoc modò loquitur Ariſtoteles in capite de modis Prioris, & 4.cap.1. Poſterior. & 3.cap.6. Topic. ac locis præterea ſexcentis. Sic in Logica argumentum, magis eſt univerſale, quàm enuntiatum; & enuntiatum quàm ſyllogiſmus; & ſyllogiſmus quàm methodus. neque hìc generale & ſpeciale, pro generis & ſpeciei ſimplicibus & unius tantùm vocis categorematis intelliguntur à Ramo, cùm dicit, ex enuntiatis homogeneïs alia aliis eſſe magis generalia aut ſpecialia. Denique in methodica quæſtione, ex homogeneïs enuntiatis magis commune, univerſale, generale dicitur, quod poſſit intelligi ſine proprii, ſingularis, ſpecialis intelligentia. Sic enim doctrina generalium poteſt intelligi ſine doctrina ſpecialium, non contrà. Quam definitionem P. Ramus hoc loco præcipué inculcabat; quód vereretur, ne qui ſcholaſticis categorematum tricis apiniſque impediti, iſtum methodicæ quæſtionis ſermonem non ſatis attenté conſiderarent. Hanc inquam definitionem ſolicité repetebat & inculcabat, & affirmabat, antecedentibus Dialecticæ partibus perceptis, nihil in toto methodicæ diſpoſitionis hujus opere præter hanc definitionem conſiderandum eſſe: ut ſi de partibus materiæ ad methodicé collocandum propoſitæ, ſingulæ ordine alphabeti notatæ eſſent a, b, c. & cæt. tantùm notas illas in diſponendo ſpectares, ut quæ notam primæ literæ haberet, ea primo loco eſſet; quæ ſecundæ, ea ſecundo, & deinceps conſimiliter: at iſta univerſalis & generalis definitio tibi tanquam digito monſtrabit & dicet: hìc eſt a, hìc b, hìc c, quia hoc per ſe ſine reliquis, reliqua ſine ipſo nequeant intelligi. Quapropter definitione iſta diligenter explorata & animadverſa, probata & conceſſa, P. Ramus ait, methodum à generalibus ad ſpecialia perpetuó progredi; quia ſola

hac via abſoluté & nobis notiora præcedunt: Hæc cauſſa ſumma eſt,& qua major, vel antiquior reddi nulla poſſit: ſed quæ multó clarior & illuſtrior efficietur, ſi contraria rationum momenta, quæ in hanc quæſtionem cadunt, conferantur. Firmamenta ergo cauſſæ primó confirmentur, tum contrariis reſpondeatur. Differebat igitur P. Ramus ad ſuaſionem methodicæ legis, ab Ariſtotele methodum á generalibus ad ſpecialia unicam & ſingularem eſſe propoſitam, deque Ariſtotelis laudibus nullam eſſe præſtabiliorem. Agitedum, ſuaſionis locos ex Ariſtotele deinceps recenſeamus, in Logica, in Ethica, in Phyſica, in Philoſophia. Primum ſingularis methodi eulogium eſt in
» Logica loco antea jam citato, 2.cap.1.Poſt. Scire (ait philo-
» ſophus) eſt rem per cauſſam noſſe propter quam res eſt.
» Ideoque omnis ſcientia proficiſcitur á cauſſis primis, im-
» mediatis. deincepſque per tota poſteriora Analytica latiſſimé diffuſus eſt hic locus, nomine principiorum generalium & univerſalium. Secundum methodi ſingularis Ariſtoteleüm eulogium eſt in Ethica philoſophia, diſſimile primo, paulóque obſcurius: Differit enim 3.cap.1.Ethic.ad
» Nicomachum, in morali philoſophia non exigendas ab
» Ethico, tanquam á Geometra aliquo, immutabilium &
» neceſſariorum argumentorum demonſtrationes: quia
» morum natura ſubtilitatem & accurationem ejuſmodi
» non ferat. idemque 2.cap.2.Eth.repetit. Illud autem (ait)
» antea confitendum eſt, quód omnis de rebus agendis ra-
» tio, τύπῳ, καὶ ὐκ ἀκριβῶς, figura quadam, non autem ac-
» curaté explicanda eſt, ut initió diximus, quód ſecundum
» materiam rationes expetendæ ſint. Tum veró in eodem
» tertio capite primi libri, addit, ea ſequenda eſſe, quæ non
» levibus & intemperatis, ſed liberalibus beneque moratis
» ingeniis probabiliora fideq; digniora videantur. Deinde
» quæſtionem eandem quarto capite repetit: Ne veró nos
» lateat (ait) quód differunt rationes á principiis, & ad prin-
» cipia: recté namque de eo dubitabat Plato; & quærebat,
» utrúm á principiis, an ad principia eſſet via: velut in ſtadio,
» ab athletis ad metam, an contrá. Incipiendum enim eſt á
» notis: hæc autem dupliciter: alia enim nobis, alia abſoluté.
» Fortaſſe igitur incipiendum ab iis, quæ ſunt nota nobis.

Huc

Huc igitur locus ille de duobus notionis generibus, ex Analyticis & Topicis revolvitur; & declaratur, ingenué & liberaliter inſtitutis ingeniis notius eſſe in moribus, quod abſoluté ſit notius. ſimilia enim illa fuerunt, abſoluté bona bonis, abſoluté ſana ſanis. Res nullę hic admodum ſunt neceſſariæ: nec item cauſſæ aut demonſtrationes neceſſariæ ſemper erunt; ſed tales, quales ſunt res ipſæ. Itaque á talibus Ethicam philoſophiam eſſe ordiendam & contexendam, philoſophus concludit. Tertium methodi ſingularis Ariſtoteleüm eulogium eſt in Phyſica, ſed variis ſubinde locis conſignatum: Primus locus 1.cap.1.Phyſic. cúm methodum tractandæ ejus philoſophiæ Ariſtoteles proponit: Manifeſtum quód etiam conandum ſit primo « loco principia Phyſicæ ſcientiæ declarare. Ratio profertur « eadem illa ſuperior: Videmur enim (ait) unumquodque « noſſe, quando cauſſas cognoverimus primas, & principia « prima uſque ad elementa. Hic Ariſtoteles in Phyſica phi- « loſophia methodum á cauſſis manifeſté ſibi proponit. Secundus locus eſt ejuſdem libri capite ſeptimo. Eſt enim ſe- « cundum naturam, communia primó dicere: ſic de uno- « quoque proprié conſiderare. Hic methodum vides á communibus ad propria proponi. Tertius locus eſt 1.cap.3. Phyſ. cúm Phyſicus ait, philoſophiam de loco, vacuo, tem- « pore, infinito, præponendam; quia illa ſunt communia & « univerſalia. & addit: Poſterior enim eſt de propriis conſi- « deratio, de cõmunibus conſideratione. hic, ut antea, com- « munia præponuntur, propria ſuccedunt. Quarto loco iteratur eadem methodus 3.cap.3.de Cælo.. Quoniam in o- « mnibus cognitio fit per prima: prima autem eorum quæ « inſunt, elementa ſunt. Hic ſermo eſt, qui fuerat 1.cap.1. « Phyſ. Quinto iteratur eadẽ methodus 9.cap.2.de Gener.. Faciliús enim ſic ſingula contemplabimur, quando pri- « mum ſumpſerimus de univerſalibus. hic univerſalia præ- « ponuntur, ſingularia ſunt poſtpoſita. Verumenimvero in « Phyſica ad hanc methodici ordinis quæſtionem, phyſicorum locorum præclariſſimus locus eſt 1.cap.1. lib. de Partibus animalium. Quæſtio enim de methodo artis inſtituendæ nominatim ita proponitur, utrúm oporteat aſſumendo unamquamq; eſſentiam, de ipſa per ſe cõſtituere,

an communiter omnibus convenientia, communiter inſtituere: mox veró rejicit priorem viam á ſpecialibus, & » tautologiam neceſſarió ei cõjunctam interpretatur. Ma- » nifeſtum autem ait, quód etiam particulatim quidem di- » centes de multis, dicemus ſępe eadem. Eódem capite quę- » ſtio mox eadem iteratur: Itaque non eſt ignorandum, » quomodo ſit conſiderandum. Dico autem utrúm com- » muniter primúm de genere, deinde poſtea de propriis a- » gendum, & de unoquoque protinus. Quarto capite li- » bri ejuſdem oppoſito tautologiæ ſophiſmate, tertiúm ite- » ratur eadem quæſtio, & ſolvitur ut antea: Neceſſe eſt aut » univerſalia priús dicere, aut ſæpius idem repetere, uti di- » ctum eſt. Hoc eulogium P. Ramus mirificé celebrabat, á generalibus & univerſalibus eſſe progrediendum. Cur ita? ſecus (reſpondet Ariſtoteles) in fœdum tautologiæ ſophiſma incurres; & idem in ſpecialibus ſæpius dices, quod in generali & univerſali ſemel dictum, ſatis ſuperq; in omnibus ſpecialibus fuiſſet. Denique ſophiſtam ignavum hîc Ariſtoteles appellat, qui in artibus aliam quàm á generalibus viam ſequitur. Ergo ſingularis methodi eulogia Ariſtotelea nobis adhuc fuerunt é Logica, Ethica, Phyſica: poſtremum eſt é Philoſophia nobiliſſimum 2. cap. 1. lib. cúm docuiſſet philoſophus primo capite, ſcientiam ab admiratione & experientia rerum ſingularum ad primas re- » rum cauſſas & univerſales aſcendiſſe: Atqui ait neceſſe no- » bis eſt conſtituere ordinem ipſius contrarium inquiſitio- » nibus, quæ ab initio præceſſerunt: Omnes ab admiratio- » ne philoſophari cœperunt, tanquam ſpectarent in theatro » θαυμάτων ταυτόματα, mirabilium rerum machinas per » ſe mobiles: ſic in mundo converſiones ſolis, in Geometria, » diametri ἀσυμμετρίαν admiratos, & ad cauſſarum inqui- » ſitionem adductos eſſe: Oportet autem in contrarium, & » in melius (juxta proverbium) deſinere: quemadmodum » in iis cúm didicerunt: nihil enim geometra mirabitur, u- » trúm diameter ſit menſurabilis. Hæc philoſophus accuraté, nec obſcuré. Duo igitur prima capita compara: quód philoſophia inventa ſit obſervatione ſpecialium ad generalia aſcendendo: ſed cúm parta fuerit, á generalibus cauſſis ad ſpecialia deſcendendo, contraria via deducendam

 eſſe.

eſſe. hic Alexander ait ab Ariſtotele tradi viam & rationem comparandæ ſapientiæ: idque rectè: cæterúm contrarias primó obſervandæ atque inveniendę, deinde conformandæ & collocandę artis vias negligentiús híc animadvertit. Sententia Ariſtotelis eſt, aliter artes obſervari, aliter informari & doceri. Quapropter Ariſtotelis problema, Utrùm á generalibus ad ſpecialia progrediendum ſit, an contrá regrediendum á ſpecialibus ad generalia, ſatis perſpicué atque aperté propoſitum eſt; repetitum ſubinde ab interpretibus Græcis. At Galenus, ὁδοιπορία διττὴ, ὁδὸς ἀναλυτικὴ καὶ διαιρετική. ἄνοδος συνθετικὴ ἢ γενέσεως: Progreſſio « (ait) duplex, itio reſolutiva & diviſiva: reditio compoſitiva « vel compoſitionis. Itaq; ſi methodus varia eſſet & multiplex; « attamen duplex tantúm eſſet; altera á generalibus ad ſpecialia, altera á ſpecialibus ad generalia: Ac ſi quæras, unde iſta ſit Ariſtotelis disjunctio bipartita; reſpondebo ex antecedenti definitione, in methodo enuntiata eſſe homogenea; ideoq; alia aliis, generalia aut ſpecialia tertium híc & mediũ nihil eſſe. Quærit igitur Ariſtoteles, de duobus cõtrariis medio carentibus, quorum alterum eſſe neceſſe ſit, utrúm: & quæſtioni ſuæ reſpondet: idem nempe, quod antea docuit; priorem viam á generalibus ad ſpecialia tenendam eſſe. hæc philoſophi eſt ſententia: ſed tamen ſententia philoſophi nihil nos moveat; ſẽtẽtię ratio cauſſaq; ſit potior: Cauſſa ſané (ſi quis forté nondum ſatis animadvertit) illa ipſa eſt, qua major in artium quæſtione, & excellentior eſſe nulla poſſit: quia illa via eſt ſcientiæ & intelligentiæ. Quamobrem? dices quia (reſpondebit Ariſtoteles) generalia ſunt αἰτιώτερα, ἀρχοειδέστερα, ἁπλούστερα, ideoque ἐπιστημονικώτερα: quia etiam (addebat huc P. Ramus) diſpoſitio illa ordinis tam perſpicui, tamq; ſuccincti, eſt memoriæ & conſtituendæ & confirmandæ ſola & ſingularis magiſtra: ordo enim memoriæ pater eſt: At hic ordo, perfectiſſimus eſt & abſolutiſſimus. Ergo duę maximæ humani ingenii dotes, methodico Ariſtoteleæ diſpoſitionis genere cõtinentur, intelligentia & memoria. Diſponito artes hoc ordine: facilé intelligẽtur, facilé ediſcentur. hæc magna & ſingularia ſunt. Neq; tamẽ philoſopho ſatis fuit, demonſtraſſe legitimæ methodi á generalibus

adſpecialia progredientis emolumentum illud tam eximium eſſe; ſed viæ á ſpecialibus ad generalia contrariæ, contrarium etiam detrimentum duobus in eodem libro
» capitibus comparavit: Si voles (ait Ariſtoteles) á ſpeciali-
» bus ad generalia progredi, in duo ignaviſſima contrario-
» rum elenchorum ſophiſmata incurres: Primó obſcurabis ea quæ vis illuſtrare: quia procedes ab obſcurioribus abſoluté & ignotioribus ad abſoluté illuſtriora & notiora, totamque intelligentiam mentis conturbabis: Secundó, memoriā obrues multitudine & confuſione repetitarum rerum: quia neceſſe erit in ſingulis ſpecialibus generalia quælibet nondum definita & demonſtrata repetere. Ergo ut illa ex bonorum cauſſis ἀπόδειξις, in priorem viam cohortatur: ita hæc é malorū adjunctis ἀπαγωγὴ, revocat á poſteriore ac dehortatur. Hîc literam Pythagoræ, & Herculis Xenophontëi tanquam ancipitem illam non vitæ, ſed doctrinæ viam P. Ramus comparabat. Quid multa? hunc utrunque Ariſtoteleæ & ἀποδείξεως & ἀπαγωγῆς ſyllogiſmum, in hac quæſtione tantum affirmabat eſſe, quantum in totis mathematicis artibus nullum unquam deprehendere potuiſſet: Illa via, & intelligentiæ & memoriæ mater eſt: hæc, & intelligentiæ & memoriæ noverca eſt. Quare teneatur illa, hæc fugiatur. Ergo hæc in phyſicis artibus ſententia eſt Ariſtotelis de methodo á generalibus ad ſpecialia: ſententia in logicis & ethicis antea etiam conſtans & una & perpetua. Iuſtumque P. Rami pro Ariſtotele patrocinium ſanctumque Ariſtotelëis omnibus ſi reſipiſcant, videri neceſſe eſt. Quid deinde? quid authoritate teſtimonii ullius præterea nobis opus eſt? Certé ad rei firmitatem & veritatem, nihil: ad ſcholaſticorum & imperitorum interpretum, & uſum diſciplinarum ignorantium pervicaciam convincendum: ad ſplendorem ſuſceptæ ſuaſionis & dignitatem, fortaſſe plurimúm. Aggregabat igitur huc P. Ramus Hippocratem, Platonemque, ad Ariſtotelis ſententiā roborandum. Etenim Hippocratis locus ille eſt inſignis citatus á Galeno 9. libro de Placitis Hippocratis & Platonis: Medicus ille ſummus, comparandam ægrotantis faciē cum facie valentis admonebat; corporumq; valetudinē, ſimilitudine & diſſi-

diſſimilitudine judicabat:ſed ad ſimilitudinem & diſſimilitudinem deprehendendum, viam á generalibus ſequebatur. Similiane ſint(inquiebat) an diſſimilia,primúm á maximis & facillimis, á notis omnino uſquequaque; quæ & videre & audire liceat, quæque liceat percipere & viſu, & naribus,& lingua, & mente (quibus cognoſcimus) omnibus liceat cognoſcere. hæc Hippocratis oratio de ſimilitudinis & diſſimilitudinis cognoſcendæ via, vera eſt; & eam methodũ docet, quam Ariſtoteles docet, & quam ex Ariſtotele P. Ramus ſequitur: ab iis nempe incipiendũ, quę maxima ſunt κατὰ χρῆσιν καὶ δύναμιν, uſu & facultate, ut veré Galenus interpretatur: & prorſus notiſſima ſunt, tum ſenſui,tum menti:hæc enim Hippocratis maxima facillimaq;, ſunt Ariſtotelis illa notiora tum abſoluté naturaque,tum etiam nobis:res enim eſt in Hippocrate & Ariſtotele una, diverſa tantúm verba. hæc (inquam) Hippopocratis methodicæ progreſſionis ratio vera eſt;qua principia primo loco diſponantur, quia facillima, quia maxima,id eſt notiſſima & generaliſſima: quia αἰτιώτατα, ἐπιστημονικώτατα,tum de principiis conſequentia,loco ſecundo ſecunda, tertio tertia, quarto quarta, ac deinceps reliqua,ut ſunt majora facilioraq;.Atque hæc ordinis collocationiſque præceptio, generalis & communis eſt omnium diſputationum,omnium artium: nec ſolúm ad judicandum,quæ ſimilia & diſſimilia, ſed omnino ad omnem vel unius argumenti, ut ſimplex rei unius & unica explicatio demonſtrative fuerit, vel longioris diſputationis quæſtionem perpendendum & æſtimandum. Quamobrem Hippocrates methodo Ariſtoteleus eſt, aut potiús Ariſtoteles Hippocrateus, & ſummi medici Logicam imitatur, ſed ſine nomine,ut feré totã ab eo Phyſicam ſumpſit, licet Hippocratem nunquam nominarit. Quid veró philoſophorum Homerus, & tanquam deus Plato, quid de methodo philoſophatur? Prorſus idem, ſed Socraticé, id eſt graviter & ornaté. Hic igitur P. Ramus magna animi alacritate, nobiliſsimi philoſophi ſententiam é tribus locis proferebat,é Charmide,Phædro, Philebo. Etenim Socrates in Charmide, medicæ curationis exemplo,Ariſtoteleam methodum ſuccinćté complećtitur, dum remedium

ad curandos oculos ei pollicetur; ſed priús ſanandum caput, imó totum corpus, quám animum cenſet eſſe; ad eamque rem, ἐπῳδὴν incantationem quandam adhibendam.
» Eſt autem ejuſmodi, ait, ut non poſſit caput ſolum ſanum
» facere; ſed quemadmodum etiam forté de præſtantibus
» medicis inaudiſti, cúm quis oculis æger ad eos acceſſerit;
» reſpondent utique, ſolos oculos curari non poſſe, ſed ne-
» ceſſarió ſimul caput curandum eſſe, ſi bene habituri ſint o-
» culi: ac rurſus putare caput ipſum per ſeſe ſanari poſſe, ſine
» totius corporis curatione, magnam eſſe dementiam. Ex
» qua ſané ratione diętæ ad univerſum corpus cõverſi, cum
» toto partem curare & ſanare inſtituunt. Hæc Socratica logicæ curationis incantatio, nõ ſolúm medicis, ſed chirurgis ac tonſoribus notiſſima eſt, & in ore perpetua, In curandis morbis, á generalibus & univerſalibus progrediendum eſſe: Et quidẽ ne quis ſua ſponte perire volens, hîc periclitetur, veré tali curatione proceditur á generalibus: Nã ſi curetur oculus, neceſſe eſt curari caput, non cõtrá: itẽ ſi curetur caput, neceſſe eſt curari corpus, non cõtrá. itaq; curatio corporis, magis eſt generalis & pluribus communis, quám capitis; & capitis, quám oculi: & idem nempe eſt Ariſtoteli generale & univerſale, quod pluribus cõmune ſit: & Ariſtotelea methodus eſt revera medicina infinitorum in artibus morborum. Denique de tribus curationibus, prima eſt γενικωτάτη, ſecunda ὑπάλληλος, tertia εἰδικωτάτη. hoc primum de unica artis methodo á generalibus ad ſpecialia, Platonis teſtimonium eſt illuſtre: hæc nobilis in primis & animadvertẽda eſt incãtatio. Cantando rumpitur anguis, ait poëta: carmine igitur iſto Platonico perverſæ opiniones, publicis ſtudiis pernicioſæ, rumpãtur. Secundum Platonis teſtimonium pauló clarius eſt & illuſtrius, in Phædro. Circumferebatur Athenis oratio Lyſiæ de amore: quam tamen ut ἀμέθοδον, & præſtantiſſima logicæ diſpoſitionis laude carentem, Socrates meritó deriſit: quia rerum talium οὐ τὴν εὕρεσιν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ἐπαινετέον, non inventio, ſed diſpoſitio laudanda: deinde docet, diſpoſitionis nullam rationem á Lyſia habitã eſſe; quia neque primó definitus in ea oratione eſſet amor, neq; deinde diſtributus in genera; ſed temere quodq; primũ poſtremo,

mo poſtremum primo loco projectum: Tumq; Socrates cũ Phædro. Soc. Atqui arbitror, te dicturũ eſſe, oportere omnem diſputationem, inſtar animalis, ſuo quodã corpore cõpoſitam eſſe; neq; ſine capite, neq; ſine pedibus, ſed mediis & extremis non ſolúm inter ſeſe, ſed toti cõgruentibus conformatũ. Ph. Quidni? Soc. Cõſidera igitur amici tui orationem: utrúm ſic an aliter habeat: & invenies, nihil ab epigrammate differre, quod nõnulli Midæ Phrygi inſcriptum ajunt eſſe. Ph. Quodnam hoc, & quale? Soc. Eſt nempe ejuſmodi:

χαλκῆ παρθένος εἰμί, Μίδα δ᾽ ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
Ὄφρ᾽ ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μάκρα τεθήλῃ.
Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου,
Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

id eſt,

Ænea Virgo ſum, Midæ ſepulchro imponor:
Quamdiu & aqua fluet, & longæ arbores vireſcent.
Ipſius hic manens lamentabili in tumulo,
Nuntio prætereuntibus: Midas quód hic ſepultus eſt.

Quód veró nihil intereſt, quamlibet ejus partem primam vel poſtremã dici, intelligis, ut opinor. Atq; hæc Socratis Logica, unicam & ſingularem methodũ á capite per intermedia membra ad ultimos uſq; pedes nobis adumbravit: ut oratio, tanquã animal unum ſit, in quo primúm ſit caput aliquod, deinde membra intermedia, tum pedes ultimi, membrorum omnium ſymmetria proportioq;, & inter ſe, & toti conſentiat. Ἀπόδειξις eſt egregiæ ſimilitudinis: tum additur ἀπαγωγὴ, é ridicula epigrãmatis ſimilitudine: cujus nihil interſit, quid primum poſtremumve ſtatuatur. Atq; hæc eſt adumbratio Ariſtoteleæ methodi, á capite per intermedia membra ad pedes progrediẽtis: Sequitur luculenta pictura, é duarum idearum coloribus expreſſa, quam præcipuis tantúm præceptis attingam. Mihi quidem videntur cætera alia per jocum tranſacta eſſe: harũ veró duarũ ſpecierum, quæ forté nobis exciderũt, ſi quis ipſam facultatem arte poſſit aſſequi, res non ingrata fuerit. Ph. Quarumnam? Soc. In unam ideam intuens, cogat varié diſperſa: ut unumquodq; definiens, manifeſtũ faciat quod dicere inſtituet. Ph. Alterã ſpeciẽ, ô Socrates, quam-

„ nam dicis? Socr. Rurſus ſecundum ſpecies poſſe articulatim dividere, ut rerum natura tulerit: neque imperiti coqui more, partem ullam frangere. Ph. Veriſsimé dicis. Soc. Harum quidem, ô Phædre, & diviſionum & collectionum amator ipſe ſum, ut dicere ſapereque poſsim: Si veró quempiam alium arbitrabor pro natura poſſe unum & multa proſpicere, hunc veſtigiis poné tanquam Deum conſector. atque hac facultate præditos (utrúm tamen recté an non, Deus novit) voco igitur hactenus Dialecticos. Adhuc Socrates animalis illius methodici figuram formamque, duarum idearum coloribus expreſsit: primo loco res ſumma ita definiatur, ut genera quæcunque ei ſubjecta ſunt, apté propriéque comprehendantur, hæc definitionis prima idea eſt, quæ varié diſperſa cogit, quæque ideo συναγωγὴ dicitur: Secunda eſt, ut genera ita comprehenſa, deinde ſeparatim dividantur. hæc eſt idea altera: Earumque idearum duarum amatorem ſe Socrates profitetur: amoriſque cauſſam idoneam reddit, ut dicere ſapereque poſsit, tanquam & eloquentiam & ſapientiam, Ariſtotelea in definitionibus & partitionibus methodus complexa ſit. Antea fuit incantatio logica, nunc eloquentiæ & ſapientiæ laus ludus eſt. ſed multó majus & excellentius laudis eulogium additum eſt, quód methodicæ hujus facultatis participem compotemque,

διώκη κατόπιϑε κατ' ἴχνιον, ὥστε θεοῖο,

tanquam deum verecundéque & religioſé colat ac veneretur: eumque Logicum appellat. Ergo laus Ariſtoteleæ methodi, non eſt laus acuminis & ſubtilitatis cujuſdam, ut in inventione; nõ ex ſeſe perſpicuæ veritatis, ut in enuntiatione non deductæ ex aliis, & concluſæ; ut in ſyllogiſmo: hæc enim omnia ſunt humana. ſed (quod pené captum humani ingenii ſuperat) laus methodi, laus eſt cujuſdam divinitatis. Ariſtoteleus igitur, qui Ariſtoteli tot & tantas laudes detrahit, videat quam ſit in Ariſtotelem non ingratus modó, ſed agreſtis & barbarus. Neque veró philoſophus ὑπερβολαῖς in his laudibus loquitur: vera res eſt: Si homo, Dei imago & ſpecies eſt, nuſquam alia ſpecies divinæ mentis & imago clarior apparebit. Homines mutis beſtiis præſtant ſyllogiſmo: ſed homines hominibus excellunt

cellunt methodo. Ergo Logicus hanc logicam methodicæ diſpoſitionis facultatem adeptus, tanquam deus aliquis á Platone colitur: & Ariſtoteles methodi hujus doctor, patronus, author poſt magiſtrum Platonem, patrimonium tantæ celebritatis æmulatur. Sed tertium Platonis teſtimonium ſupereſt, omnium clariſſimum & illuſtriſſimum, ideoque diligentiſſimé conſiderandum. Charmides incãtatione ſua unicam doctrinę methodum á generalibus ad ſpecialia, medicorum exemplo docuit: Phædrus unicam doctrinæ methodum á generalibus ad ſpecialia, é proportione animalis, & definitionis partitioniſq; ordine docuit: Eandem Philebus poſtremó docebit. Locum Platonis hũc tertium trifariam dividemus, in prooemium, expoſitionem methodi, & exempla ut commodiús intelligatur. Cúm igitur in Philebo dictum eſſet, Logicæ cujuſdam naturalis impetum noſtris animis ingeneratum, pené furioſum eſſe, niſi velut habenis cohiberetur; ratioq; regendi hujus impetus & conformandi quæreretur: tum Socrates cum Protarcho ita loquitur. Soc. Nulla veró eſt via pulchrior ea, neque poſſit eſſe, cujus amator perpetuó ſum: perſæpe autem effugiens, ſolum me ac ſolicitum deſtituit. Prot. Quænam porró hæc, dicatur modó. Socr. Quam declarare quidem, non valde difficile, uſu autem expromere, perdifficile. Omnia enim artibus comprehenſa, quæcunque unquam inventa ſunt, per hanc viam plana facta ſunt: concipis veró quam dico? Prot. Dic tantúm. Soc. Deorum quidem ad homines donum, ut mihi quidem videtur, alicunde á diis per quendam Prometheum uná cum igne clariſſimo delapſum. Atq; majores noſtri, nobis præſtantiores, ad deoſque propiús accedentes, hoc oraculum prodiderunt. Adhuc Platonicum methodicæ legis prooemium eſt: cujus verba pené ſingula, magnorum myſteriorum plena ſunt: Methodici ordinis perpetuus amator Socrates fuit: hæc philoſophia videlicet eſt, hic amor ſapientiæ. Amatores tales, philoſophi poſt homines natos perpetuó fuere, & erunt quandiu genus erit hominum: ſed amica hæc, velut ſuperba & faſtidioſa, amatores ſuos effugiens, ſæpe ſolos & anxios deſerit. O Socraticos amores, ſæpe inanes & fallaces! Nemo ua-

quam ad philoſophandum, nemo ad docendum quicquam unquam, vel voce, vel ſcripto acceſſit, qui methodum non impenſè amaverit, non omni ſtudio ſequi contenderit. At quotuſquiſque ex infinita docentium multitudine, potiri: quotuſquiſque aſſequi potuit? Quam declarare non difficile (Etenim unico verbo tanta res continetur, Abſoluté notius præcedat) at exercere, at in uſum actumque deducere,

Hoc opus, hic labor eſt: pauci quos æquus amavit
Juppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Quid igitur (inquies) unde eſt difficultas tanta? Omnia, inquit Socrates, artium decreta & documenta, quæ unquam ab hominibus inventa ſunt, per hanc viam plana facta ſunt. Via inveniẽdi, multiplex eſt; via enuntiandi, multiplex eſt; via concludendi, multiplex eſt: at via doctrinæ, & diſpoſitio ſeu methodus, unica & ſingularis eſt: per hanc unicam & ſingularem viam artes progrediuntur: & ea Socrati difficultas eſt tanta: Etenim ut Socraticæ difficultatis hujus magnitudo percipiatur; meminerimus, quæ cæteris in partibus difficultates ſingulæ ſint, has ſimul univerſas in hanc partem extremam concurrere: Neque enim methodi intelligentia potes uti, niſi omnia argumentorũ, enuntiatorum, ſyllogiſmorum genera notiſſima & exploratiſſima habeas: neq; exercere, niſi omnia illa multiplicibus & variis omnium meditationum commentationumque generibus exercueris: Labor inventionis, magnus eſt; labor judicii in enuntiato, major eſt; labor judicii in ſyllogiſmo maximus eſt: ſed labor methodi, ex omnibus illis antecedentibus laboribus cumulatus eſt: præterea longé ſummum longéque graviſſimum adjungit, in proviſione, & contemplatione diſpoſitionis univerſæ. Qui poſſint in Repub. partem aliquam politici muneris obire, pleriq; reperientur: qui ſtatũ civitatis univerſum partibus omnib. perſpicere & tueri poſſint, rari erunt. Ergo methodũ doctrinæ declarare, facillimũ quidẽ eſt: at exercere uſuq; expromere, difficillimũ: Veruntamẽ ne magnitudine difficultatis quiſquã logicę artis ſtudioſus deterreatur: hæc difficultas eſt doctoris & magiſtri, nõ eſt auditoris, nõ eſt diſcipuli; eſt artẽ ædificantis & cõſtruentis, nõ ædificatã

artem

artem cognoſcentis:eſt agricolæ arantis,iterantis,tertiantis:eſt ſerentis,non eſt metentis;radices deniq; præceptori & compoſitori amariſſimæ ſunt, fructus autem diſcipulo ſuaviſſimi: & tamen etiam quavis difficultate magnitudo dignitatis & amplitudo major & amplior ante oculos conditori ipſi ſubjicitur.Itaq; non hominum inventũ, ſed donum deorum,methodica lex efficitur;Prometheuſq; in ſchola deorum Logicam hanc edoctus,ad homines detuliſſe dicitur: poëticis fabulis argumentum, quód Prometheus auxilio Minervæ ignem de cælo clepſit,

Poſt ignem æthereæ domo ſubductum,

ait Horatius.Deinde(ut Ovidius) hoc igne hominem

Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

Etenim hoc igne cæleſti Prometheus, ſeu Logicus (quiſquis primus ille fuit)in artium conſtructione, idem quod Deus in elementorum compoſitione effecit. Quid? in prima naſcentis mundi origine, nonne

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis?
Mollia cum duris ſine pondere habentia pondus?

Quid deinde ait poëta?

Hanc Deus, & melior litem natura diremit:
Nam cælo terras & terris abſcidit undas:
Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab æthere cælum.

Sic porró in prima humani generis ætate, omnia quæ poſtea comprehenſa ſunt artibus,vaga diſperſaq; ferebantur:in grãmaticis literæ,in rhetoricis tropi & figuræ,in logicis argumentũ, enuntiatũ, ſyllogiſmus, methodus:In arithmeticis & geometricis,numeri & magnitudines: cæteraq; in cæteris artibus genera: Tũ Prometheus, tãquam proviſor cæleſtis & divinus inſtituit,& ſuis quęq; terminis ac finibus concluſit: primum & generaliſſimum ſummo in ſolio, intermedias ſubalternarum differentias & ideas in medio ſpatio,infimas in ultimo collocavit. Et, ſi vera eſt de tempore, Platonis interpretatio, de patriarchis Hebræorum, Noëus aliquis Prometheus hic fuit, tot annorum millibus antequam in Græcia Logicæ vel Dialecticæ nomen eſſet auditum. Logicæ itaque methodi prudentia, & difficultatem,& dignitatem tantam obtinet,ut divinũ potiús donũ, quám humanum inventum Platoni videatur.

Atque Socraticum methodicæ legis procœmium adhuc eſto : Lex ipſa deinde á generalibus ad ſpecialia deſcribi-
» tur. Cúm ex vno quidem & multis conſtent entia, quæ
» perpetuó dicuntur eſſe, finemque & infinitatem in ſeipſis
» inſitam habeant: neceſſe eſt his ita conſtitutis, ſemper
» unam ideam de unoquoque ſtatuentes, quærere: invenie-
» mus enim, cúm inſit: ac ubi ſumpſerimus, poſt unam duas
» conſiderare: ſin minús, tres aut alium quempiam nume-
» rum: deinde unumquodque iſtorum rurſus ſimiliter, do-
» nec noveris, quod ab initio, cúm propoſitum eſt, non ſo-
» lúm quod unum & multa, aut infinita, ſed etiam quot: In-
» finiti veró ideam non priús ad multitudinem adhibere,
» quám omnem ipſius numerum pervideris, qui eſt inter-
» medius inter infinitum & unum: tum veró unumquodq;
» in infinitum abeuntium prætereas, ac valere ſinas. Dii igi-
» tur (uti dicebam) hanc nobis viam commonſtrarunt, mu-
» tuæ inter nos & diſciplinæ & doctrinæ. Adhuc Socratica methodicę legis informatio deſcriptioq; fuit eadē, quæ in Phædro antea fuerat: Illic ideę duæ in perpetua bene compoſiti animalis forma nominabantur, definitionis generalis altera, altera ſpecialis ſubinde partitionis: Hic λογικώτερον καὶ πλατωνικώτερον, tota perpetuaque artis forma duobus finibus terminiſque finitur ac terminatur, πέρατι καὶ ἀπειρίᾳ, fine & infinitate: In Phædro illud πρῶτον καὶ ὕστατον, primum & extremum dicebatur: Comprehenſa autem duobus his finibus intermedia genera, proprio nomine hic non appellantur, quæ ὑπάλληλα Ariſtoteli antea fuerunt. Ergo cúm hæc omnia homogeneorum genera conſtiterint, ideæ, quæ fuerant in Phædro, appellantur pauló ſecus: Primo loco una exigitur, generalis nempe & univerſalis definitio, quam Socrates ideo nos inventuros affirmat, quia ea ſine dubio ineſt: Secūdo loco Διχοτομία generum poſtulatur, ſi ſit: illa enim eſt difficultas, de qua in categoria diſtributionis tractatum eſt. Quapropter ſi perfectus ille diſtributionis numerus defuerit quemvis alium proximum Socrates permittit: & hic non ſecunda idea, ſed duæ, tres, aut quotlibet á Socrate dicuntur: Tertió ut diſtributa genera rurſus pariter & definiantur & diſtribuantur ad extremam uſque infinitorum multitudinem,

titudinem, præcipitur; donec propoſitum initió totũ ſubjectum genus modis omnibus exploratũ & perſpectum ſit: non ſolùm quæ unitas, & quæ multitudo, ſed etiam quàm multiplex in eo quidque ſit: infinitatis autem idea (qui terminus infimus eſt) non priús ad concludendum adhibeatur, quàm totus intermediorum & ſubalternorum generum numerus tractatus & explicatus ſit: Poſtremó infinitorũ & individuorũ multitudo rejiciẽda. hic Socrates cæleſtẽ Promethëi ludum cõcludit: Hęc ſchola (inquit) deorũ, cúm hominũ magiſtri & doctores eſſent: hic ludus olim fuit, quo nos inter nos artes & diſcere & docere valeamus. Atque Socraticæ definitionis propoſitæ ἀπόδειξις ejuſmodi eſt, ἀπαγωγὴ etiam quædam additur. Eorum veró hominum qui ſapientes perhibentur, unum «
quidem utlibet aſſecuti ſunt, at multa, celeriús tardiúſve «
expediunt, quàm deceat: poſt unum veró, infinita repenté: «
media autem ipſos effugiunt, quibus diſcretum ſepara- «
tumque eſt illud genus quoque Dialecticæ ruſſus, & quo «
litigioſé rationes inter nos conferimus. Hic Socrates Dia- «
lecticum appellat, qui methodicam iſtam diſſerendi facultatem adeptus ſit, ut poſſit inſtitutam quæſtionem á ſummo fine per intermedias ideas ad infinitatẽ ultimam deducere: Sophiſtam contrá, qui nullam intermediorum generum methodum ſequutus, repenté á ſummo decidat ad infimum. In Charmide, Dialecticus factus eſt medicus animi: In Phædro, Dialecticus ille inter homines, tãquam deus aliquis habitus eſt: In Philebo autem dono deorum beatus efficitur. Ariſtotelis ἀπαγωγὴ deducebat ignorantiæ & oblivionis viam, ſi vera & legitima intelligentiæ & memoriæ via relinqueretur; Platonis ἀπαγωγὴ deducit, philoſophicæ & artificioſæ methodi ignarũ aut contemptorem, non dialecticum illum deo cuidam ſimilem; ſed captioſum, fallacemque nebulonem ac ſophiſtam futurum. Denique cúm duos ſummos tot ſeculorum, tot populorum magiſtros in unitatem methodi tam mirabiliter conſentientes & conſpirantes animadvertimus; quî Platonicum, quî Ariſtotelëum philoſophum putemus, qui contraria tantæ veritati ſophiſmata tueatur? Pars tertia teſtimonii Platonici tertii é Philebo ſupereſt, de exemplis,

quibus expoſitam methodi definitionem philoſophus il-
luſtravit:Exempla autem tria ſunt. primum de Gramma-
tica,alterum de Muſica, tertiũ de motibus corporis; quo-
rum,propter longitudinem,ſatis erit ſummam propoſuiſ-
ſe.Grammatica Platonis tempore, erat in literis ſcriben-
» dis & legendis. Vox quidem(ait) nobis utique eſt. & rur-
» ſus,infinita eſt multitudine, & omnium & cujuſque. Neu-
» tro horum,ait Socrates,Grammatici efficimur: ſed com-
» prehenſione generum intermediorũ in vocalibus & con-
» ſonis,& ſpeciebus utriuſque generis:Sic in Muſica, vox eſt
» una:deinde ſpecies duę,grave & acutum:& tertium genus
» ὁμότονον.quibus item muſicus eſſe non poſſis,ſed perceptis
» intervallorum quibuſque modis atque harmoniis. Ter-
» tium exemplum de motibus ipſius corporis: in quibus e-
» juſmodi quædam affectiones inſunt, per numeros in
» rhythmis & metris dimenſæ.his veró propoſitis exemplis,
rurſus Socrates contraria via ab infinitate ſpecialiſſima
per intermedia genera ad generaliſſimum finem aſcen-
dendo,docet,artes omnes inventas eſſe: idque Gramma-
ticæ rurſus exemplo:quód Grammaticę primus inventor,
primó in ſingulas literas inciderit,numero & multitudine
infinitas: tum collegerit certum numerum, unde ſpecies
vocalium conſonarumque diviſerit: deinde vocalium &
conſonarum genera magis univerſalia diviſerit:deniq; ait
» de Teutho Ægyptio invẽtore Grammaticæ; Cúm autem
» videret á nemine noſtrum,neq; unum ipſum per ſeſe ſine
» univerſis ipſis percipi poſſe: vinculum ratiocinatus, quod
» eſſet uelut unum, atq; hæc univerſa unum quodammodo
» efficeret: artem, quæ una in ſeipſa eſſet, cognominando,
» Grammaticam appellavit. Hũc extremum tertii teſtimo-
nii verſiculum, P.Ramus valde commendabat,quód me-
thodus á Platone valde idoneo nomine vinculũ artis no-
minaretur,quo tota artis univerſę materia & coagmanta-
tio vinciretur.Homerus 8.Iliados σειρὴν χρυσείην,catenam
auream fingit,qua Juppiter mundum univerſum colliga-
tum regit:Quam Plato in Theęteto de ſole interpretatur.
At P.Ramus ad Platonis laudem,vinculum hoc methodi-
cum,catenæ illi aureæ mirificé comparabat;cujus annulis
perſimiles eſſent in methodo generum,ſpecierum, diffe-
rentia-

rentiarum, proprietatum, connexi inter ſe colligatiq; nodi. Platonem igitur intelligimus tam multis, tamque nobilibus teſtimoniis, in affirmatione ſingularis methodi Ariſtoteleūm eſſe; aut potiùs Ariſtotelem eſſe Platonicum; magnamque utriq; philoſopho contumeliæ notam ab iis inuri, qui commenta ſophiſmatum cōtrariorum tam obſtinaté defendunt. Quapropter ſuaſionis confirmatio adhuc argumentis ſuis declarata eſt; & rationibus illis intelligentiæ memoriæque ſummis; & teſtimoniis Ariſtotelis, Hippocratis, Platonis; Sed tamen quoniam ita recepimus, contraria quoque nobis agenda atq; audienda ſunt. Quid igitur contra tantam & veritatem & authoritatem dici poteſt? Certé verbo plurima á plurimis ſcriptoribus effuſa ſunt, re nihil. Principium omnis in tota philoſophia erroris illud unum fuit, credere, omnia quæ uſquā ab Ariſtotele in Ariſtoteleā bibliothecā collecta eſſent, velut oracula eſſe: nullas leges judicandi propoſitas habere: denique nequaquam tales Ariſtotelis diſcipulos eſſe, qualis Ariſtoteles Platonis fuiſſet; non philoſophico, ſed ſervili ingenio. hic error interpretū Ariſtotelis Græcorum Latinorumq; perpetuus fuit; & eorum deinde hominum, qui tales interpretes ſunt ſecuti. Offenderunt igitur Alexander, Ammonius, Porphyrius, cæteriq; ejuſdem familiæ philoſophi, docti quidem homines (ut ſæpe dictum) & multis bonis artibus eruditi: ſed tamen neque judicio ſatis liberi, neq; ſatis uſum artis aſſecuti, de cujus præceptis diſputarent. Enimvero excitabatur hic P. Ramus, & philoſophos omniū gentium in tanta quæſtione attentos eſſe cupiebat: Etenim quæſtio iſta, fundamentum eſt philoſophiæ univerſæ ſtabiliendæ, & cujuſvis doctrinę confirmandę: quæſtio eſt de prima ſummaq; logicæ civitatis lege; qua conſervata, ſalus artium, tanquā civium, retineatur. Si methodus legitima, ſit accepta; omnes artes facilé (ut dixi) intelligentur, facilé ediſcentur: Eadem autē repudiata, omniū artiū jura violari perfringiq; neceſſe eſt: artes omnes infinita caligine & difficultate obruētur ac ſepelientur. Quare diligenter attentéq; hoc unū conſideretur. Si interpres quiſquam, multiplices & varias methodos inducere cupiebat, primúm Ariſtoteleï Philoſophi pſona erat deponēda: deinde

Ariſtotelis illa & ſententia, & ſententiæ demonſtratio de unica doctrinæ methodo, expugnanda. Quomodo enim Ariſtoteléus videatur, qui Ariſtotelis etiam virtutem inſectatur? quomodo vera fuerit contradictionis tā manifeſté pars utraq;? Unica eſt artis methodus, ait Ariſtoteles: Non eſt unica artis methodus, ait interpres. Unica eſt artis methodus (ait Ariſtoteles) á generalibus ad ſpecialia: quia ſola hæc, via eſt intelligentiæ & memoriæ: cōtraria á ſpecialibus ad generalia, & intelligētiam & memoriam confundit. Quid hîc interpretes, qui omnia Ariſtotelis dicta velut oracula tuentur? quid ad iſta reſpondent? obſtupeſcunt & obmuteſcunt: qua enim fronte dicere auderent, viam in artibus inſtituendis eam tenendam eſſe, qua intelligentia rerum impediatur, qua memoria confundatur? Etenim quamlibet fabrorum incudem cerebro ſuo anté diſperſerint, quám vel tantillam methodi hujus veritatem queant imminuere. Sed tamen ut error iſte penitus & radicitus ex animis hominum evelleretur; omnia ſibi diſcutienda P. Ramus propoſuit, quæ ſimplices & credulos homines in errorem impellere potuerunt; & alia, quæ ipſi nunquam fortaſſe cogitarunt, tamen pro eorum defenſione in medium proferre ſtatuit: omnes Ariſtotelis hac de re locos expendere é Logica, Phyſica, Ethica, Philoſophia prima: Denique quicquid contrá omnino diſputatum ſit ab interpretibus, aut diſputari poſſit, ſtudioſé accuratéque diſcutere. Quæſtio igitur ante òculos habeatur, An unica ſit methodus doctrinæ collocandæ, omniſque diſputationis ad bene & perſpicué docendum ordinandæ, á generalib. ad ſpecialia. Hanc eſſe unicā P. Ramus pro Ariſtotele confirmat: interpretes inficiantur: inficiationis igitur cauſſam, quæcunque reddi poſſit, attēdamus. Multi ſunt in Ariſtotelis bibliotheca cōtrarii loci de multis methodis: interpretes etiam græci contrarii ſunt. Hæc enim erat P. Ramo bipartita refutatio. Quid tum? inquam. An leges in Ariſtotelis civitate neſcimus eſſe, quibus qui pareant, boni & juſti cives habentur? rebelles autem, ſeditioſi, ſcelerati, exterminantur? ſic antea contradicentium rerum pars altera, quæ ſine dubio vera eſſet, eſt conſervata á P. Ramo: oppoſita, rejecta & exploſa eſt. Sed audia-

audiamus Ariſtotelis locos, qui contra unitatem methodi ab interpretibus afferantur. Primus eſt Ariſtotelis locus in Categoriis de Priore, quód aliud alio prius quinque « modis dicatur: hinc methodi quinque (ſcilicet) interpreti- « bus videbuntur; quia methodus diſponit priora priore loco. At his modis omnibus generalia ſpecialibus priora ſunt, & unica methodus Ariſtotelea hos omnes modos recipit: & tamen quinquepartita iſta diſtributio, quibuſdam ſuis partibus ad methodum nihil attinet. Primó quidem « & præcipué ſecundum tempus, quo ſenex juvene prior di- « citur. Eſto, inquam: ſic enim generalia ſpecialibus in natura rerũ priora ſunt: ſic in procreatione hominis priús tempore eſt animatum, quám animal: & animal, quám homo: &; [illegible]is tota natura perfecté explicari intelligique poteſt abſque ſpecie. & tamen hic modus nihil attinet ad quæſtionem methodi: in methodo enim quæritur notitię, claritatis, intelligentiæ ordo, non temporis: Omnia comprehenſa diſciplinis & artibus, perpetua ponũtur; nihil ſtatuitur temporarium; ut ex lege *κατὰ παντὸς* priús eſt intellectũ. Deniq; in ordine methodico, & in collocandis præceptis, iſta temporis cõſideratio nulla eſt: neq; prius illud primó & præcipué recté dicitur. Secundum, quod nõ con- « vertitur ad eſſentiæ cõſequentiam. Sic unũ eſt prius duo- « bus; quia ſi duo ſunt, eſt unum, nõ contrá. Atqui hoc etiam « modo, generalia ſunt priora ſpecialibus: Nec híc conſequentia cõvertitur á generali ad ſpeciale: & illo cõſequentiæ ordine, generalia & univerſalia ab Ariſtotele anté definita, declarantur: ut unum magis ſit univerſale & generale, quám duo: Sic punctũ magis univerſale, quám lineam, 4. cap. 1. Poſterior. fecit Ariſtoteles. Hic modus propiús ad quæſtionem attinet: conſecutio enim á ſpeciali ad generale, nõ contrá, methodicam ordinis anteceſſionem cõprehendit: Atque id multó magis præcipuum in methodica prioris quæſtione fuerat. Et tamen in iſto conſequentiæ non converſæ judicio, diligenter attendendum eſt, quid dicatur: Si homo eſt, animal eſt; non contrá: Ergo animal (ais) eſt quiddam magis generale, quám homo: & doctrina de animalis natura generalior erit, quám de natura hominis. At ſi ita diſſeras, Omne animal vivit: Ergo o-

mnis homo vivit;non contrá. non protinus idcirco judi-
cabis,ſecundam propoſitionem, magis eſſe generalẽ pri-
ma.Illa enim conſecutio,Si homo eſt,animal eſt,non con-
trá.animal genus non aſſumit generaliter,ſed ſpecialiter:
nec aliud dicis, quám ſi diceres, Si homo eſt, aliquod ani-
mal eſt;non contrá.At in ſecundo exemplo genus aſſumis
generaliter, ideoq; conſequentiæ converſio contraria eſt,
Si omne animal eſt,omnis homo eſt; non contrá. Ideoq;
antea monuimus in topico generis & ſpeciei, genere ge-
neraliter affirmato,affirmari ſpeciem;nõ contrá: ut ſpecie
quolibet modo affirmata, affirmaretur genus ſpecialiter;
non contrá:& híc repeto, ne quid ea res quenquam poſſit
conturbare;putetq;, ſpecialia quæ ſunt, illo conſequentiæ
converſæ judicio, generalia fieri. Revertor igitur ad terti-
» um prioris modũ: Tertiũ, ſecundum quendã ordinem:ut
» in demõſtrativis ſcientiis,principia ſunt priora lineamen-
» tis:in Grammatica,literæ priores ſyllabis.Atqui hic tertius
modus,totus eſt methodicæ quæſtionis:Sic enim genera-
lia in artibus Ariſtoteles priora ait eſſe:quin & principia &
elementa, ad illam Ariſtotelẽi univerſalis & generalis an-
té poſitam definitionẽ, generalia & univerſalia ſunt, cúm
inſint in pluribus. ſed tamen hic modus quæſtionem me-
thodicam tantúm cõtinet,quæſtionis explicationem non
continet;neq; docet,quid antecedere,quidve ſequi debeat:
ut ſecundus modus docuit,univerſalia & generalia ſingu-
» laribus & ſpecialibus priora eſſe. Præterea præſtabilius ac
» honorabilius, πρότερον τῇ φύσει,prius natura videtur; ut in
» civitate,principes reliquis civibus. Quarto igitur modo,
quod honore antecellit, prius dicitur. Sed hic modus(ut
etiam nominatim ait Ariſtoteles) feré eſt alieniſſimus: ut
revera quæſtionis methodicę eſt alieniſſimus:in qua quę-
ritur præſtantia notitiæ & claritatis, nõ autẽ dignitatis &
potentiæ. Et tamen hic alieniſſimus modus,etiam gene-
ralibus convenit; quæ Ariſtoteles hoc ipſo honoris verbo
antea jam in topico generis honorabiliora dixit eſſe, quia
cauſſam contineant:Ergo ut temporis,ſic dignitatis ordo,
nihil ad methodum.Interea caſus(τῇ φύσει)notetur nobis,
ad quæſtionem aliam poſtea differẽdum:quod latiné red-
dendũ(natura)ablativo caſu,non(naturæ)dativo.Additur
præterea

præterea & quintus Prioris modus: Ex his quæ cõvertuntur (ait) ſecundum eſſentiæ conſequentiã, quod cauſſa eſt, quodammodo alteri ut ſit, dicatur meritó τῇ φύσει πρότερον, natura prius: ut vera definitio. Quiſquis tamen hunc quintũ Prioris modum ſic ad convertentia alligavit, peccavit in legem καθόλου πρῶτον, quia generale ſpecialiter expoſuit. Quicquid enim cauſſa eſt alteri, ſive reciprocum, ſive non reciprocũ, prius eſt cauſſa & natura: Quinetiam hinc temporis & ordinis prioritas (tanquã diceretur) exiſtit. Itaq; generaliter ita pręcipi debuit, Quicquid eſt cauſſa, prius eſt: & tum generalia dicerentur hoc etiam quinto modo priora ſpecialib. cúm generalia ſint ſpecialiũ cauſſæ, ut toties ex Ariſtotele repetitũ eſt. Quare de quinq; modis Prioris ultimus hic, & quæſtionem, & quæſtionis explicationem (licet parum logicé) attamen complectitur. Denique quinq; iſti modi Prioris, non quinq; modos methodi faciunt: ſed omnes unicæ Ariſtotelis methodo á generalibus ad ſpecialia conveniunt: primuſq; temporis, & quartus dignitatis, præcipué nihil huc ſpectant: é reliquis, tertius habet quæſtionem, quam ſecundus non reciprocæ conſequentiæ, & quintus reciprocæ cauſſæ interpretantur: ut tanquam notius pręcedat, omnino quicquid cauſſa ſive reciproca, ſive non reciproca fuerit. At in hoc quinto modo memoria teneatur etiã manifeſtior dativus, τῇ φύσει: cúm quod cauſſa ſit notius & prius, id notius & prius dicatur τῇ φύσει. hoc enim ad quæſtionem aliam, ut prædixi, attinebit. Quapropter concludebat híc P. Ramus, totum hunc locum de quinq; modis Prioris, cum illa Ariſtotelea methodi ſingularis & unicæ philoſophia conſentire: & tamen hæc quinq; partita diſtributio Prioris refellitur ab Ariſtotele ipſo in proximo capite; cúm docet, ἅμα, ſimul, duo quælibet eſſe, primó κατὰ τὸν χρόνον, ut quorũ ortus eſt ſimul: deinde τῇ φύσει, ut quæ convertuntur, neque alterum alteri cauſſa eſt: ut relata, duplum, dimidium: ut ſpecies ſub eodem genere oppoſitæ: De quinque modis illis, duos híc tãtúm philoſophus retinet, tempus & naturã ſeu cauſſam: cúm tamen tempus in quæſtione methodi & ordinis, nullum momentum habeat, ut jam dixi. Quare ad methodicã quæſtionem de antecedentiũ & conſequẽtium ordine,

ſola cauſſa ſpectāda eſt;& abſoluté prius & notius dictum eſt,quod eſſet cauſſa. Atq; interea notabimus,in hoc capite dativū (τῇ φύσει) quater in hoc ſermone adhiberi, ut bis antea adhibitus eſt:neq;τῇ φύσει,aliud eſſe,quám τῇ αἰτίᾳ. Quamobrē ut hęc proluſio cōcludatur,primus hic ex Ariſtotelis bibljotheca locus neminem turbare debuit,ut artis methodum multiplicem opinaretur;quia tam multos Prioris modos videret:cúm hi modi,in unam methodum ſingularem cōveniant:vel potiús,quód ex omnibus quinq; modis,unus cauſſæ modus ad hanc methodicam quęſtionem ſolus referendus ſit. Secunda Prioris diviſio eſt 2.c.1.
» Poſter. quæ jam nobis explicata eſt, quód prius & notius
» dupliciter dicatur,nobis & natura:unde valentes hi Logici, duo methodi genera invenerunt, alterū á notiorib. natura,alterū ab iis quæ ſunt notiora nobis.At partitio iſta(á quocunq; Ariſtoteles collegerit)inepta & ridicula eſt: & ſi legitima maximé eſſet,maximéque logica; attamen duas methodi artificioſæ ſpecies nō conſtitueret:De partitionis elegantia primúm dicatur:etenim totus hic de duob.prioris & notioris generib.locus,Eubulidem potiús authorem quám Ariſtotelē judicē oſtendit.Cōſideretur igitur quid iſta prioris & notioris bipartita diſtributio præcipiat. Notiora nobis eſſe,ait hic locus, quæ ſenſui viciniora ſint: remotiora autē, ἁπλῶς καὶ τῇ φύσει, abſoluté & natura eſſe notiora.Ecquid illud(Nobis) inquā,ſignificat? nónne hominibus? Quid illud (τῇ φύσει) nónne idem quod ἁπλῶς? Quænā igitur erit iſta cōparatio rerum cognitarum? Singularia ſunt homini notiora, Singularia ſunt abſoluté & natura ignotiora.Rogabat híc P.Ramus,quodnā & quám logicum genus cōparationis id eſſet: Nā cúm dicis,Generale,eſt notius abſoluté & natura:híc modum notitiæ declaras;cui,non exponis.cúm autem dicis,Speciale, eſt notius nobis.híc cognitorem cauſſæ definis,hominē quippe: modum autem cognitionis nō exprimis. Ergo illic judex & cognitor;non judicii, non cognitionis modus declaratur:híc veró, modus judicii & cognitionis declaratur, reticetur judex & cognitor. Quare Logica comparationis hujus valde eſt ἄλογος:& interpretes híc valde ſudarunt: alii interpretantur (nobis) id eſt noſtris ſenſibus: τῇ φύσει,
id eſt

id eſt menti: quomodo & Ariſtoteles loquutus videtur antea κατὰ τὸν λόγον, κατὰ τὴν αἴσθησιν, ſecundum rationem, ſecundum ſenſum. At (inquam) ſpeciale híc, niſi proprium ſit & individuum, ſub ſenſum cadere nõ poteſt: cujuſmodi tamen ſpecialia in artibus (excepta Aſtrologia) nulla Ariſtoteles admittit; ſenſilia omnia rejicit, univerſalia tantúm retinet. Quid igitur? quid hac miſera prioris & notioris diſtributione fiet? Alii interpretes neſcio quam novam huc interpretationẽ attulerunt. Deus bone! commemini abhinc annos quindecim, cúm philoſophus quidam in hac urbe neſcio unde peregrinus, ad P. Ramum ſuper hac quæſtione ſolicité ac ſæpius ventitaret, tandẽ meditatam & diu commentatam ſolutionem Gordii hujus nodi attuliſſe; quód diceret caſum (τῇ φύσει) non idẽ eſſe quod ἁπλῶς, ſed τῇ φύσει, naturæ, per dativum caſum interpretabatur: ſicuti docti homines in quibuſdam Ariſtotelis locis latiné eſſent interpretati: & per naturam, dicebat á philoſopho Deum intelligi: ut (Nobis & Naturæ) ſignificarent, homini Deoque: & Ariſtoteli placuiſſe, ſpecialia eſſe homini notiora generalibus, generalia Deo abſoluté eſſe notiora ſpecialibus. quem philoſophum recordor tum comiter & feſtivé á P. Ramo acceptum eſſe: Beaſti me (ait) ô philoſophe: Memoria tenes, quid Ariſtoteles de modis Prioris & Simul in Categoriis præcipiat? πρότερον τῇ φύσει, interpretaris Naturæ, id eſt Deo: Ergo πρότερον τῷ χρόνῳ, τῇ τάξει, τῇ ἀκολουθήσει, τῇ τιμῇ, τῇ αἰτίᾳ, in eodem ſermone Ariſtotelis & eadem re, quid ſignificabunt? An notius tempori, ordini, conſecutioni, honori, cauſſæ? Tempus, erit deus, Saturnus credo aliquis: honor etiam, numen divinitatis inveniet. at logica cauſſæ, conſequentiæ, ordinis, numina quęnam erunt? Tum noſtra quæſtione methodica quid fiet? de diſciplinis humanis loquimur, qua via, non Deo, qui ſcholis noſtris nihil egeat, ſed homini tradendæ ſint. & Ariſtoteles nominatim profitetur, deducendas eſſe ab abſoluté prioribus, id eſt (ut tu vis) naturæ ſeu deo notioribus. deorum ſcholam híc Ariſtoteles, non hominum inſtitueret: denique caſus iſte divinus (τῇ φύσει) ſexies in capitibus de modis Prioris & Simul, accipitur, non divinitus, ſed ad noſtrum hunc ſenſum huma-

nitus: & illic τῇ φύσει, idem eſt quod τῇ αἰτίᾳ: & rectè; cúm natura rei, nihil aliud ſit, quám eſſentia ex cauſſis ſuis conſtituta. Itaque 7.cap.8.Phyſ. πρότερον τῇ οὐσίᾳ dicitur pro eodem, quod in logico Organo πρότερον τῇ φύσει καὶ τῇ αἰτίᾳ. imò quod in eodem illo 7.cap.8.Phyſ. τῇ φύσει. Quin apertiſſimum illud 11.cap.5.lib.in Philoſophia, rem totam planiſſimam facit: ubi κατὰ τὸν λόγον, κατὰ τὴν φύσιν, pro τῇ φύσει á philoſopho uſurpatur. Quibus auditis, philoſophus ille erubuit; nec apparuit poſtea. Ergo videmus anxietatem hominum mirabilem, dum tam ſophiſticam notioris partitionem, ab Ariſtotele ipſo præſertim reprehenſam, retinere cupiunt. Da mihi (inquã) ut ſenſus comparationis requirit, notam ſpeciem, notum genus: & quære, utrúm ſit notius: nec adde jam, vel homini, vel naturæ: Satis enim conſtat, neque ad deos, neque ad animantes mutos & rationis expertes hanc quæſtionem attinere, & hominum cauſſa id quæri: tum enim captio comparationis intelligetur. Comparato ſolem cum ſtella fixa aliqua; & quære, de duabus ſtellis utra clarior: comparatio logica & legitima erit. quæſtio erit claritatis, nõ temporis: tumque tibi reſpondebit Aſtrologus, ſolem eſſe clariorem: quia luce ſolis ſtella fixa accenditur, nõ contrá: Ita reſpondebit híc Logicus, genus eſſe clarius & illuſtrius ſpecie, quia ſpecies illuſtretur & definiatur genere, non contrá; ut antea in inventione patuit. Falſum igitur eſt, ſpecialia eſſe nobis notiora generalibus: Nec veró ſequitur, ſi ſpecies anté cognoſcatur, quám genus, ſpeciẽ nobis eſſe notiorem genere: nec ex eo concludi poteſt, genera minús eſſe nobis ac noſtris ſenſibus, quám ſpecies, nota: nõ enim efficitur, ſi ex tenui candela magnam aliquam facem accendero, non eſſe nobis & noſtris ſenſibus facem candela clariorem: Ita minimé efficeretur, genera quám ſpecies, quamvis ab illis orirentur, non eſſe notiora clarioraque. Imó veró totum contrá eſt: Quantó enim communior cognitio fuerit, tantó nobis notior: ut lumina tantó ſunt illuſtriora clarioraque, quantó majora atque ampliora. Quinetiam ſingulis rebus percipiendis, generales illæ notitiæ in primis vel in ſenſus occurrunt: Priús animal, quod eminus movetur, quám hominem eſſe dicimus: & hominem

nem, quám Socratem; quod Ariſtoteles in Phyſicis docet: imó inde theorema opticum factum eſt Halaceno 72. numero lib. 2. & Vitellioni 72. theoremate 3. Quód generales viſibilium ſpecies priús occurrunt oculis quám ſpeciales. Quamobrem quiſquis vel Eubulides, vel Antiſthenes, vel quivis alius, genera notioris ita partitus eſt, ut diceret, é notis alia eſſe notiora nobis, alia natura, cruciatū diſcendi cupidis propoſuit: Vix enim credibile eſt, quot ex hoc uno velut abyſſi puteo, tenebræ & caligines per omnes artes diſperſæ ſint. Sed tamen ſiqua logici ſalis mica hinc aſſumi poſſit, illa eſt, quæ ab Ariſtotele in Topicis, in prima Philoſophia anté nobis eſt expoſita: Alia nobis rudibus & rerum imperitis notiora ſunt, alia ingenio maturiore clariora: quo tempore, & nobis, & natura ſunt eadem notiora prioraque: Neque Eubulidis partitio jam tum vera fuerit. & quidem ſi de duobus coloribus quæratur, uter ſit clarior: aut de ſonis, uter acutior: non quæretur, uter cæcis aut lippis ſit clarior, uter ſurdis aut ſurdaſtris ſit acutior: ſed uter viſu, uter auditu bene affectis: Et illa ſunt Ariſtotelis nimirum ſimilia, abſoluté bona bonis, abſoluté ſana ſanis, abſoluté nota doctis & eruditis. Ergo ſecunda iſta partitio Prioris, eſt ridicula & inepta: Sed (quod erat ſecundum) ſi maximé eſſet legitima maximéque logica: attamen duplex methodus ordinandæ artis & informandæ, minimé omnium hinc aſtrui ab interpretibus potuit: Quid enim dicerent híc interpretes? priore illa á notioribus nobis & ſpecialibus via, artes inveniri? id enim etiam dicunt. At in hac quæſtione, de artis ordine, cúm inventa ſeparatimque judicata materia ſit, valdé inepté atque imperité reſpondent: hæc enim pars Logicæ, de inveniendis generalibus per inductionem ſpecialium, præmonſtrata eſt in categoria diſtributionis, in topico generis & ſpeciei: neque híc omnino quæſtio eſt de rebus inveniendis. Itaque ſic reſpondere, ſic interpretari, eſt aperté ludificari, aperté nugari. Tum veró quid Ariſtoteli interpretes hoc ipſo in capite reſpondebunt? Quamvis duo modi ſint (ait Ariſtoteles) Prioris; attamen omnis ars & ſcientia, á cauſſis primis & immediatis procedit. Quare partitio Prioris non

ſolúm inepta & fatua eſt; ſed ad multiplicem ordinandæ
artis methodum prorſus nihil efficit. Ac ſi jam nobis ex
eodem erroris fonte locus idem ex Ethicis & Phyſicis &
Philoſophia prima proferatur, de duobus illis prioris &
notioris modis, nobis & natura; proptereaq; duas eſſe ar-
tis methodos: Ariſtoteles interpretibus ſuis reſpondebit,
quod jam reſpondit: Non propterea formandæ & figu-
randæ artis duas formas, duas figuras eſſe. In Ethicis res
apertior & manifeſtior eſt, & antea jam ſatis explicata: At
in Phyſicis (inquient) res longé urgentior & vehementior
eſt. Quid igitur híc Ariſtoteles premit vel urget? id (in-
quam) quod P. Ramus: Nam cúm philoſophus præcepiſ-
ſet, in explicanda Phyſica, á cauſſis & principiis ordiendum
„ eſſe: tum ait: Naturalis eſt nobis via é notioribus nobis &
„ clarioribus, ad clariora natura & notiora. Quod interpre-
tes Græci ſic interpretantur, ut dicant, ab Ariſtotele tradi
modum declarandi principia, ſi quid difficultatis habeāt:
A principiis eſt ordiendum, ait Ariſtoteles. tum ſi quis di-
cat, principia non omnibus ſemper eſſe notiora, ut rudio-
ribus & imperitis: Nihilominus (reſpondeat Ariſtoteles)
eſt ab iis incipiendum. ſed ſi ſubobſcurum principium ali-
quando fuerit, declarandum erit inductione aliqua ſenſi-
lium & familiarium exemplorum, explicatione commu-
nium & popularium argumentorum. hæc Græcorum in-
terpretum, vera & Ariſtoteleæ philoſophiæ in primis con-
ſentanea interpretatio eſt. Quapropter Phyſicus hic locus,
duarum methodorum non poteſt, niſi ſponte errantibus,
errorem adferre. Eadem partitio iteratur 5. cap. 1. Phyſic.
„ clariús & manifeſtiús, quód notiora alia ſint ſecundum
„ rationem, alia ſecundum ſenſum: ſecundum rationem
„ univerſalia, ſecundum ſenſum ſingularia. Iteratur Prio-
„ ris partitio, ſed trifariam, 7. cap. 8. Phyſic. nempe τῇ ἀκολου-
„ θήσει, τῷ χρόνῳ, κατὰ τὴν οὐσίαν. ubi οὐσία jam pro αἰτία
ponitur. Sed ſatis ſuperque reſponſum, tempus nihil eſſe
methodicæ quæſtionis: conſequentiam autem & eſſen-
tiam ſeu cauſſam, in unicam Ariſtotelis & ſingularē me-
thodum congruere. Quarto loco eadem revocantur in
„ Philoſophia 1. cap. 5. lib. quód principium ſit aliquando,
„ unde optimé res inchoatur: ut in diſciplinis, non á primo
ſemper

ſemper inchoatur, ſed unde diſcipulus facillimé condiſcat. Sed locus idem jam fuit ad 1.cap.1.Phyſic. & de partis alicujus inductione ſic intelligi locum neceſſe eſt. Licet igitur Alexander etiam errorem ſuum indidē revocet, quod Ariſtoteles illic inceperit á ſenſilibus: at incepit á principiis maximé generalibus & univerſalibus. Genera veró notioris & prioris in eadem philoſophia repetuntur 11.cap.5. lib. quód prius ſit loco, tempore, motu, potentia, ordine, notione: eaque duplici, (ut antea citatum eſt) item natura, quæcunque accidit eſſe ſine aliis, alia veró ſine illis minimé: qua diviſione uſum Platonem Ariſtoteles illic ait: & id antea fuit prius conſequentia, item prius ſubjecto. Híc igitur genera Prioris octo é ſophiſta aliquo per Ariſtotelem colliguntur. At locus cadit in ordinis prioratum; ut natura & ſubjectum in rationem: neque reſponſionem majorem hæc confuſio requirit. Neque veró in Philoſophia id tantúm fuit: Ibidem notioris duo genera 4.cap. 7.lib. repetuntur. Ariſtoteles diſputaturus adverſus ideas univerſales, ait á ſenſilibus & in materia poſitis incipiendum. Operæpretium enim (ait) tranſire ad notius: Omnis enim diſciplina ſic fit omnibus per minús nota natura ad nota magis. & hoc opus eſt, ut in actionibus, feciſſe ex cuique bonis omnino bona, unicuique bona: ſic ex iiſdem notioribus, natura nota, ipſi nota. Hic locus extremus, etiam videatur interpretibus é duobus notioris generibus duo quoque artificioſæ methodi genera facere: & incipiendum á ſpecialibus potiús eſſe: quia ut Legiſlator é bonis ſingulorum, univerſale & abſoluté civibus bonum colligit: ſic doctor artis, ex iis quæ ipſi, id eſt (ut Alexander interpretatur) ignoranti nota ſunt, deducit natura nota. híc primó notabis dici cuique notum, quod antea nobis notum dicebatur: & ὅλως καὶ τῇ φύσει, jam pro eodem accipi, ut antea ἁπλῶς, καὶ τῇ φύσει, κατὰ τὸν λόγον, κατὰ τὴν φύσιν. Neque hic locus de univerſæ artis ordinatione, ſed de inductione ſingulorum ad univerſale declarandum loquitur, ut locus ille ad 1.cap.1.Phyſic. quod & ejuſdem loci conſequens litera clariús oſtendit: Singulis nota & prima, quadantenus nota ſunt, & parum aut nihil habent entis, id eſt (ut Alexander ait) veritatis. híc philoſophus

prima dicit, quæ dixerat antea priora: & talium rerum cognitionem ait eſſe infirmæ, aut potiús nullius veritatis. „ tum ſequitur, Attamen ex malé quidem notis, ipſi autem „ notis, omnino nota noſſe conandum eſt, tranſeundo (uti „ dictum eſt) per hæc ipſa. His verbis Ariſtoteles perſpicué docet, ſpecialia homini nota eſſe ἠρέμα καὶ φαύλως, quadantenus & malé, id eſt imperfecté: generalia, ὅλως καὶ τῇ φύσει, omnino & natura. Ut jam partitio tota hæc Eubulidea, nihil aliud ſignificet, quám quod antea dictum eſt: é notis, alia eſſe quodammodo & ex conditione captuque ingenii notiora; alia aſſe ἁπλῶς, ὅλως, κατὰ τὸν λόγον, τῇ φύσει: abſoluté, omnino, ſecundum rationem, natura notiora: & noſtrum philoſophum, τῇ φύσει, id eſt naturæ, tanquam Deo, interpretantem, valde ridiculum efficit. Veruntamen poſtremus hic Ariſtotelis locus ab Ariſtotele ipſo temere inductus eſt: Erat enim illi de eſſentia tum phyſica & ſenſili, tum divina & ſeparata differendũ: cúmq; ſibi priús agendum de phyſicis & ſenſilibus ſtatueret, unde lucis aliquid ad divinas intelligendum accederet, (ut ex Scholis P. Rami metaphyſicis ad eum locum percipies) tum, inquam, theorema hoc induxit temere, quia qui progreditur á Phyſica ad Theologiam, progreditur á natura clariori & magis communi ad natura obſcurius & magis ſpeciale: quod Ariſtoteles etiam facere voluit, qui τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ phyſicis ſubſtituit. Quamobrem valeat Eubulides, cum prioris & notioris ſui partitione, qua totas omnium diſciplinarum ſcholas tam vehementer obſcuravit: prioris & notioris genera modó quinque, modó duo, modó tria, modó octo: neque quinque, neq; duas, neque tres, neque octo artis ordinandæ collocandæque methodos Ariſtoteli, Ariſtoteleam illam intelligentiæ viam recordanti, perſuadebunt. Atque hoc primum de multitudine methodorum argumentum, videmus quomodo ſumptum ſit ex Ariſtoteleæ bibliothecæ locis perverſé detortis, neque ad rem quicquam attinentibus. Secundum eſt ab interpretibus Ariſtotelis; qui duas methodos in Organo, analyſin & geneſin, id eſt reſolutionem & compoſitionem commenti ſunt: ut per Analyſin, cogitemus primó ſummum finem; deinde fini proxima: poſtremó

ſtremò reliqua. ut erunt propinqua vel remota, ita priùs poſteriúſve cogitemus. Per geneſin contrà, opus ordinemus ex eo loco, ubi analyſis deſierat: tandemque concludamus, ubi analyſis inceperat. Simplicius in Categoriis appellat θεωρίαν καὶ πρᾶξιν, contemplationem & actionem; & explicat exemplo domus; cujus primùm finis cogitetur, tum tegumentum, deinde parietes, fundamenta, foſſio terræ denique: & hæc illi eſt analyſis ſeu θεωρία, à cujus extremo deinde πρᾶξις incipiat, à foſſione nempe, tum ad fundamenta, deinde parietes, tandem ad tectum perveniat. At hoc exemplum de unius ſingularis ædificii architecto, mente architectonicam complexo, hîc & falſum & ineptum eſt. Nam cùm architectus de ædificio certo cogitat, totam ſimul ideam materia formaq; comprehenſam complectitur; deinde ad opus acceſſurus, materiam primùm è lapide, ligno, cæmento comparat; deinde coagmentat & architectatur: Sic cùm grammatico vel logico loquendum aut diſſerendum eſt, primò copiam verborum vel argumentorum, deinde ſyntaxim vel diſpoſitionem meditatur. At interpretes iſti beati non animadvertunt, hîc quæſtionem non eſſe de uſu artis inventæ & conformatæ; ſed de artis (cùm totæ ejus partes inventæ & ſeparatim judicatæ fuerint) forma & collocatione. Tum veròquód ajunt, artes inveniri primùm à ſummo fine per ſubalternas partes deſcendendo ad infima: imperitiſſimé ac turpiſſimé labuntur; nec recordantur quæ ſunt ab Ariſtotele 14.1.Poſter.& 18.cap.2.Poſter. tam magnificé tamq; copioſé propoſita, inductione ſingularium rerum generalia & univerſalia artium documenta inveniri; tandemque cùm particulatim inventa fuerunt, incipiendo à natura prioribus & notioribus, generatim collocari; ut tot Ariſtotelis locis jam patuit. Quare interpretes Ariſtotelis, ſe prorſus ignaros vel immemores Ariſtotelęę philoſophiæ, in his tam anilibus deliramentis profitentur. Et tamen hæc methodus interpretum duplex, videtur é tertio capite tertii Ethici ad Nicomachum deducta eſſe: ubi Ariſtoteles ait, deliberationem, eſſe inquiſitionem & inventionem quandam, non finis, ſed ad finē deinceps mediorum, donec perventū ſit ad primam cauſſam, «

» quæ ultima ſit in inventione: mediaque iſta invenire, per-
» inde eſſe, atque figuram geometricam retexere: tandem-
» que ultimum in analyſi ſeu reſolutione, eſſe primum in
» geneſi ſeu generatione. Hæc Ariſtotelis verba de conſul-
tatione & conſultationis executione, verba ſunt interpre-
tum de duabus methodis. Logica denique Ariſtotelis de
genere deliberativo, videatur interpretibus Logicam de
duabus methodis attuliſſe: Sed tamen neq; hic Ariſtote-
lis locus verus eſt, neque interpretes ſententiam Ariſtote-
lis, ad duas methodos rectè tranſtulerunt. Ariſtoteles ait,
finem non quæri in deliberatione, ſed aſſumi: quod ve-
rum eſt. Videtur autem, hîc certum inventionis ordinem
præcipere: quod tamen perpetuum non eſt. Ac ne quis
ſcholaſticus & imperitus rerum, in deliberatione civili res
valde reconditas & abſtruſas agi putet; teſtimonia exhi-
bebunt Demoſthenis & Ciceronis deliberationes in am-
pliſſimis civitatibus habitæ. in quibus non certo illo ordi-
ne, connexa inter ſe argumenta; ſed conſentanea, diſſen-
tanea, comparata, omnia denique argumentorum gene-
ra (ut res tulit) adhibentur. Somnium igitur eſt philo-
ſophi, de logica inventione, & deliberationis, & omnis
quæſtionis communi, non ſatis accuratè recordantis: De-
inde cõparatio ἀναλύσεως καὶ γενέσεως deliberativæ cum
geometrica, valde eſt hîc abſurda: Geneſis enim, quæ dici-
tur à Geometris, eſt à principiis generalibus deducta con-
cluſio: Analyſis eſt item explicatio inverſa, è ſuppoſita con-
cluſione ad ipſa principia, ut patet in Euclidis elementis,
1.2.3.4.5. propoſit. 13. & in Archimede 2. de ſphæra, & Pap-
po lib. 7. Imò qualis vera & utilis analyſis eſt in quadrati &
circuli lateribus & radicibus retexendis: nam in cæteris il-
lis locis eſt ſophiſma planè deridendum: ut P. Rami Scholę
illic oſtendunt: quale hîc in deliberatione nihil eſt: Analy-
ſis enim, quæ modò Ariſtoteli dicitur, eſt ipſa met delibe-
ratio diſputatioque deliberantis: quæ à generalibus eſſe
poſſit, ut quælibet alia diſceptatio: non eſt illa retexta Pe-
nelopes tela: Geneſis autem deliberationis, omnino nul-
lum eſt logicum opus, ſed ipſa μηχανὴ καὶ πρᾶξις, id eſt ad-
miniſtratio & effectio rei; quæ non argumentis, ſed ma-
nibus & pedibus, cęteriſque corporum inſtrumentis pera-
gitur.

gitur. Sic deliberationis Manilianæ analyſis, Ciceroniana fuit oratio: γένεσις autem Pompejana, tot milibus hominum terra marique armatorum expeditio. Quamobrem tota hæc deliberativę ἀναλύσεως καὶ γενέσεως & deſcriptio, & cum geometrica analyſi geneſique comparatio, fallax admodum & captioſa eſt. neque etiam ſi vera ſit, ab interpretibus rectè tranſlata eſt ad duas methodos: Primò finē interpretes cogitandum præceperunt, quem Ariſtoteles ponendū eſſe dicit: deinde geneſin ſumpſerunt pro compoſitione argumentorum, nō pro executione & effectione ſumpti conſilii, ut Ariſtoteli placuit. Quare interpretes toto cælo hîc aberrarunt, & turpi fœdoq; ſophiſmate philoſophiam deinde contaminarunt: Hinc enim pleriq; alii interpretes ſeducti (in quibus Galenus numeratur) commenta iſta methodorum per omnes artes diſperſerunt. Enimvero ex interpretibus Ariſtotelis, Galenus omniū nobiliſſimus, cujúſq; in Ariſtotelis Logicā varia monumenta extiterunt, de multitudine methodorum ſcholas omnes præcipuè complevit, præcipuèque P. Ramo objectus eſt, ideoq; præcipuè animadvertendus. Vir hic, ingenio ſingulari fuit, eruditione varia & multiplici, eloquentia licet ἀσιατικωτάτῃ, attamen legentibus non ingrata: judicio ab omni opinionis ſervitute liberrimo; ut Hippocrati, Platoni, Ariſtoteli, addictos, ſervos appellet. Verùm quamvis tantus tamque egregius philoſophus; attamen huc neque ingenii, neque doctrinæ, neq; eloquentiæ, neq; judicii dignum quicquam attulit: nec Ariſtoteli ſanctior Galenus in Logicæ erroribus eſſe debuerit, quàm Ariſtoteles Galeno fuit in erroribus anatomiæ: Appellat igitur Galenus methodum, modò ſuo ipſo methodi nomine, modò θεωρίαν, ut Simplicius, modò διδασκαλίαν τάξεως, initioque noni libri de Placitis Hippocratis & Platonis ita definit: Ego verò (ait) affirmo, quæſitarum rerum veritatem te « adepturum eſſe, ſi primùm viæ ad eam ducentis initium « cognoveris; à qua aberrans, in multos rationum errores « incides. Iiſdem autem indiciis, quibus principium adeptus « ſis, obtinebis, quid è principio ſecundum, deinde ſimiliter tertium, ac deinceps unumquodque conſequatur. Hæc « methodi definitio Galenica, eſt obſcura: videtur enim

Simplicii analyſin & θεωρίαν dicere; ſed mox ibidem de Hippocrate apertiús loquitur: quód Hippocrates initium faciat ab iis,quæ ſunt maxima,& omnibus cognitu facilli-
» ma: Hæc (ait tum Galenus) qui aſſecutus erit, poterit fa-
» cilé ad proxima inter ſe & conjuncta deſcendendo paula-
» tim pervenire. Hîc Galenus clarior eſt;& Hippocratis methodum antè propoſitam, rectè & perſpicuè declarat: ut videatur definire methodũ, quam P. Ramus definivit. Sed Galenus methodum ita definitam, modó unicam, modó duplicem,modó triplicem,imperitis quibuſdam & P. Ramo in hac quæſtione obſtrepẽtibus videtur efficere. Primus igitur eſt locus,dum illo ipſo Hippocraticæ methodi argumento probare vult, ſimilitudinis & diſſimilitudinis accuratam notionem ad methodicã cujuſlibet artis conſtitutionem ſatis eſſe. Atqui Galenus, Hippocratis authoritate hîc abutitur;hanc artificioſæ diſpoſitionis formam in hoc Hippocratis loco non animadvertit; ſed quæſtionem, ad quam diſceptandam & deducendam, methodus hæc ab Hippocrate adhibebatur, pro methodo ipſa accepit: & ſimilitudinis diſſimilitudiniſque quæſtionem, pro quæſtionis ipſius explicatione & tractatione ſumpſit: ſimilitudinemque ac diſſimilitudinem nobis tradidit pro methodo, quæ principia, quæ maxima & facillima, & notiſſima, deque iis derivata ſecunda, tertia, quarta, ſuis quæque locis inſtitueret. Similitudo quidem & diſſimilitudo, argumenta (ſi aptè ſumantur) illuſtria quidem illa & ſplendida ſunt; & Empiricorum analogiſmum illum continent, de quo in optima ſecta Galenus tam multa diſſerit, & in Empiricæ ſectæ compendio: At ordinis nullam nobis viam oſtendunt: Nec Hippocrates, ſimilitudinis & diſſimilitudinis argumentum illud, pro diſpoſitione & ordine artis tradidit, ſed viam & hoc, & cæteris argumentis utendi docuit. Materia domus, eſt in lapidibus, lignis, cæmentis: forma domus, eſt in lapidum, lignorum, cæmentorum apta compoſitione & collocatione: lapis, forma domus nõ eſt. Ita eſt in methodico ordine; materia, eſt in cauſſis, effectis, genere, ſpecie, toto, parte, ſimilitudine, diſſimilitudine: forma methodicæ diſpoſitionis, eſt in ordine primorum, ſecundorum, tertiorum. Et quidem Galenus quamvis interpretum

terpretum commenta illa verbis loqui videatur; attamen reipſa & exemplis docet, ſimilium & diſſimilium nominibus nequaquam perpetui in arte tota ordinis formam ſibi propoſitam eſſe; cùm idem & diverſum, commune & proprium, ſimile & diſſimile pro eodem capiat. Itaque veré judicabat P. Ramus, temeré Galenum híc ſibi objici. Atque id ſcholaſticum magiſtri alicujus ſomnium fuiſſe ſuſpicabatur: Galeni inventum & judicium nullum eſſe arbitrabatur. errorem hunc totũ non aliunde profectum, (ut ſæpé jam in Ariſtotelicorum interpretum erroribus monuit) quàm quia Logica definita his nulla ſit, partium nulla diſtributio facta ſit; ut intelligeretur methodus ipſa denique in certa Logicæ & ſua parte conſtituta. Hæc igitur Galeni Logica eſt, de prima methodo ſimilitudinis & diſſimilitudinis: cujus etiam Platonem pari atque eadem fide faceret authorem, atque Hippocratem fecerat. Plato enim ſimilitudinem & diſſimilitudinem ſæpe adhibuit & laudavit: methodum tamen artis ordinandæ in ſimilitudine & diſſimilitudine nullam uſquam collocavit. Secunda Galeni doctrina eſt de duabus methodis, ad artium conſtitutionem maximé (ut ait) neceſſariis: alteram διαιρετικὴν vocat, á primo & generaliſſimo per medias differentias ad individua: (Illa eſt interpretum ἀναλυτικὴ ſeu θεωρητικὴ) alteram vocat συνθετικὴν, quæ contrá ab individuis per medias differentias aſcēdit ad generaliſſimum & primum: & iſta videatur πρᾶξις, σύνθεσις, γένεσις interpretum. Atqui P. Ramus tot locis antea productis, ſecundam iſtam methodum quam univerſæ artis ordinandæ Galenus videtur efficere, propoſitis duobus illis fœdiſſimis ex una tautologia ſophiſmatis, tam acriter refutavit, ut non pigeat modò, ſed pudeat repetere. Sed tamen magis eſt admirabile hoc etiã loco adverſarii ingenium, quàm in prima methodo fuerat. Methodum ſimilitudinis & diſſimilitudinis antea probare contenderat authoritate Hippocratis & Platonis: qui uterque nihil unquam de tali methodo cogitaſſet: Hic veró duas iſtas ὁδοῦ καὶ ἀνόδου methodos, clariſſimis illis & illuſtriſſimis é Phædro Phileboque teſtimoniis affirmare nititur; duaſque Platonis illas ideas, definitionis partitioniſque, putat eſſe

methodos duas, *συνθετικὴν καὶ διαιρετικὴν*. At mirifice methodice (ajebat hîc P. Ramus) quid hîc agis! utrúm nobis, duobus Phædri Philebique locis perſuadere vis, duas contrarias eſſe contrariis inter ſe viis methodos; cúm unica & ſingularis á generalibus ad ſpecialia tam ſplendidé tamque magnificé prædicetur? quæque ſola perfecti animalis formam in Phædro celebratam refert, cúm primó definiat, deinde partiatur? Hæc ſola (ut Philebus teſtatur) omnes artes, ignis ſui luce clariſſima hominibus perſpicuas effecit: ſolaque catenæ ſuæ vinculo, artes in unum corpus compoſuit. *ὁδοιπορίαν* quidem in Philebo Socrates propoſuit: *ἀνόδῳ συνθετικῇ* artes quidem primó repertas eſſe docuit: ſed contraria *ὁδῷ διαιρετικῇ* tradendas eſſe, deſcendendo á ſummo illo fine per media ad infinitatem. Quamobrem P. Ramus hoc loco philoſophos omnes obteſtabatur & orabat, ne quid ſimpliciter crederent; Platonis locos cum his Galeni dogmatis conferrent; cernerentque oculis, quod animis vix perſuaderi poſſet. Galenus Platonem, Ariſtotelem, Pollucem præceptorem, alioſque permultos, ut ſimpliciter credulos irriſit; qui nullo adhibito judicio, nullo de rebus experimento ſumpto, temere ſcriptis atque auditis rebus & opinionibus ſtultis (ut ipſe loquitur) crediddiſſent. Virtutem igitur Galeni imitemur: nec hominis gratia, eorum ſimiles efficiamur, quos meritó á Galeno pro fatuis idiotis reprehenſos arbitramur. Optima ille voluit; nos idem velimus: non omnia potuit; nos aliquid pro noſtra parte conemur: in Galeno, Galeni virtutes imitemur; nec inertem inexperientiam, omnis erroris ac temeritatis magiſtram (ut Plato, ut Ariſtoteles cenſent) á Galeno interprete tantopere damnatam, in Galeno ſequamur. Attamen ſi quis æquior eſſe volet; intelliget é Galeni exemplis, Galenum nihil hîc de perpetua artis collocatione cogitaſſe; ſed judicaſſe duas ideas, diviſionis & definitionis, ad omnem tractationem ſingulares eſſe. Sed interpretum verbis ambigué utitur, & incautos fallit: neque Logicam diſtinctã habuit. Verúm his tam multis commentis adhuc inſolentiora ſunt ea quæ de tertia methodi doctrina objiciuntur. Sunt enim tria capita, ait Galenus: Primum circa compoſitionẽ & diviſionem:

ſecun-

ſecundum circa conſequentium & repugnantium cogni- «
tionem: tertium præterea, quod circa mutuam rerum «
comparationem, tum majorum, tum parium, tum ſimi- «
lium: quibus reſpondet ejuſdem & diverſi cognitio. Hæc «
adhuc Galeni verba ſunt, quibus tres novæ methodi ad totas artes diſponendum dicuntur proponi. at (inquam) potiús retexerentur ſuperiores etiam, jam contextæ. Methodus ſimilitudinis & diſſimilitudinis, unica primúm facta eſt: hac trium methodorum partitione á Galeno damnaretur: nec certé ulla præcipué de tribus efficitur. διαίρεσις καὶ σύνθεσις, duæ diverſæ methodi factæ priús erant: híc é duabus una cõficitur. At impoſſibile eſt, unam & eandem artem utroque ordinis genere ſimul inſtitui. Secundo capite, conſequentium & repugnantium conſideratio, methodus efficitur. At μαχόμενα, repugnantia quæ Galeno dicuntur, ſi ſint Ariſtotelis ἀντικείμενα, oppoſita, argumẽti quidem logici magnum & amplum locũ complectuntur: ordinis tamen & methodicæ diſpoſitionis ſymbolum nobis nullum oſtendunt: ἀκόλουθα, conſequentia, exceptis diſſentaneïs, & diſſimilibus, omnia feré argumentorum genera continent: cauſſæ enim ex effectis plerunque, & viciſſim ex cauſſis effecta conſequuntur: & in cæteris argumentis eodem feré modo. At argumenta, materiam artium & diſputationum (ut antéjam dixi) præbent: formam, ſpeciem, collocationem, id eſt methodum, non præbent. Tandem veró comparatorum genera, majorum, minorũm, parium, ſimilium, quam artificioſæ collocationis & methodi vel obſcuriſſimam notam habent? Ingentem librum parabolis & comparationibus impleveris: quid obſtabit, quó minús liber iſte cõfuſiſſimé, ac ſine ulla methodo progrediatur? Nec enim comparatio, ut ejuſdem ac diverſi conſideratio, ullam continet in ſe admonitionem, quid primum, quid ſecundum, quid tertium eſſe debeat: id eſt, methodi nullum ſymbolũ, nullum ſignum, nullum documentum habet: materies eſt informis. Nihil igitur iſto loco Galenus, Ariſtotelis unicam ordinandæ artis methodum offendit, nihil refellit; temeréque ab imperitis hominibus P. Ramo objicitur: neque enim judico, his verbis Galenum quicquam de perpetua ordinatione

totius artis cogitaſſe; & obtrectationis adverſus unicam Ariſtotelis methodum calumnia manifeſtior eſt. Tot igitur tamque varias methodos tibi Galenus efficit: modó unam, modó duas: modó unam illam relinquit, & é duabus his unicam facit, duaſque alias inſtituit: omniáq; hæc tam varia, tamque ſine methodo effuſa, in uno & eodem libro tradit. Poſtremus ſupereſt Galeni de methodis
» locus. Tres ſunt (ait in arte medica) omnes doctrinæ, quæ
» ordinem & diſpoſitionem ſequuntur. Prima quidem ex fi-
» nis notione & intelligentia ſecundum ſolutionem inſti-
» tuta: Secunda veró ex eorum compoſitione, quæ per reſo-
» lutionem fuerint inventa. Tertia autem ex definitionis
» diſſolutione in qua nunc inſiſtimus: vocare veró licet ejuſ-
» modi doctrinam, non ſolúm definitionis diſſolutionem,
» ſed etiam explicationem, ut quidam nominarunt: aut re-
» ſolutionem, aut diviſionem, aut (ut nonnulli alii) expla-
» nationem, aut expoſitionem, ut alii. Hæ trium methodorum Galeni definitiones ſunt: in duabus primis Galenus contra morem ſuum, vehementer obſcurus eſt, iiſque illud interpretum ἀναλύσεως καὶ γενέσεως commentum complectitur. Prima methodus, ait, eſt ex notione finis per ἀνάλυσιν: ut interpretum ἀνάλυσις καὶ γένεσις, plané ſit Galeni ἀνάλυσις καὶ σύνθεσις, reſolutio & compoſitio: tantúmque pro interpretum verbo γενέσεως, Galenus verbum συνθέσεως uſurpavit. Galenus ipſe id affirmat; quia docet, prima methodo res inveniri, ſecunda res inventas componi: nominatim quidem de prima in ipſa prima id non dicit, ſed nominatim dicit in ſecunda; cúm dicit, ſecunda componi quæ per reſolutionem primæ ſint inventa: ſed ne qua dubitatio ſit, utrúm Galenus dicat, artes prima methodo reſolutiva ſeu diviſiva inveniri; Galenus ipſe in libello de conſtructione artis medicæ, teſtis locupletiſſimus eſt: ubi ſibi nominatim proponit á notione finis methodum, eamque philoſophis omnibus probatam ait eſſe: neque ſatis eſſe deſiderium veri ad inventionem eorum quæ invenienda proponantur, niſi viam ea ipſa inquirendi expeditam teneas: denique toto libro nihil niſi inventionem & inveſtigationem loquitur: & in ore ſemper habet architecturæ exemplum, ab interpre-

tibus

tibus Ariſtotelis ſibi traditum: bonaque pars libri in exempli illius odioſa iteratione conſumitur. Quæ Galeni ſententia cúm ejuſmodi ſit; certé Galenus ſecutus eſt commentum illud Ariſtoteleorum interpretum: & in utriſque Analyſis eſt una; Galenique Syntheſis, interpretumque Geneſis una: analyſiſque ſic á fine generaliſſimo primoque deorſum per ſubalterna ad ſpecialiſſima deſcendens, διαίρεσις erit, quam Galenus appellavit antea: ſyntheſis contrá, á ſpecialiſſimis per ſubalterna ſurſum aſcendens ad finem primum & generaliſſimum, ſyntheſis erit eadem, quæ dicta & definita priús eſt. Tertia methodus ſatis aperté explicata eſt, quæ nempe ex definitione, & definitionis explicatione cônſtat. Verumenimvero, per Deum immortalem (exclamabat híc P. Ramus) ô Philoſophi, ô Galeni ſectatores & æmuli (quorum in Academia Pariſienſi, & in reliquis orbis Chriſtiani academiis doctiſſimum, & in omni literarum doctrinarumque genere florentiſſimum numerum & prædicabat libenter, & ex animo complectebatur & colebat) mecum ſtudioſé & attenté quæſtionem infinitis hominum ſcriptis agitatam perpendite. Alicui veſtrum fortaſſe (cui adverſus Ariſtotelem dicere, audacia tantúm videretur) furor hic eſſe videbitur, quód in Galeni (quem gentes ac nationes omnes pro maximis ejus in hominum genus meritis, jure meritiſſimo in cælum pené tollunt: quem ipſe omnibus poſt illa aurea vetuſtatis liberaque ſecula, philoſophis antepono) quód in Galeni methodos, inquam, liberiús inquiram: ſed furor hic, Platonis furor fuit, Ariſtotelis furor fuit, Galeni denique furor fuit: quo incenſi, vigiliis, laboribus, ſtudiis ſapientiæ totos ſe penitus dediderunt: ejuſque gratia, homini nemini pepercerunt, & veras atque humanæ vitæ neceſſarias artes quærere & parere modis omnibus contenderunt: falſas & inutiles refellere & damnare nō formidarunt. Philoſophia Platonis, Ariſtotelis, Galeni, magnam quidem partem, præſtantium artium confirmatio eſt: ſed multó maximam, vanarū opinionum refutatio eſt: imó, ſi decē in partes horum hominū philoſophiam doctrinamq; totā diviſeris; vix ac ne vix quidem

decima pars in ſolidæ utiliſq; ſcientiæ confirmatione fuerit: reliquæ omnes partes in refutationibus occupatæ reperientur. Quare ſi, quod Plato, quod Ariſtoteles, quod Galenus in primis cum ſua ſumma gloria fecerunt, id enitor & contendo; cur á Platonis, ab Ariſtotelis, á Galeni ſectatoribus & æmulis de ſtudio ſimili judicium tam diſſimile nunc audio? Platonis, Ariſtotelis, Galeni conſilium, voluntas, principium; meum conſilium, mea voluntas, meum principium eſt: experientiam, uſum, utilitatem, finem rerum in tradendis artibus ſibi propoſuerunt: opinionem magiſtrorum & authoritatem nullam ſibi propoſuerunt. Sic P. Rami pro philoſophica methodo expromebatur amor. Et memini, cúm Italorum & Germanorum quorundam philoſophorum & medicorum diligentiam doctrinamque admiraretur; ut immoderatum tamen quoddam in his erroribus defendendis ſtudium deploraret. Nam ſi colligantur quæ á medicis de ſophiſmatis iſtorum ordinum ſcripta ſunt, oceanus videatur. Ergo miſſa Galeni authoritate, Galeni methodos ſpectemus: videamus utrúm artificioſæ materiæ jam inventæ ac judicatæ diſpoſitio, forma, collocatio, triplex, an unica ſit: utrúm tres ſint τάξεως διδασκαλίαι, ἀναλυτικὴ, συνθετικὴ, ὁρικὴ, vel ὁριστική. Docet Galenus, analyticam methodum dignitate principem eſſe: id verum eſt. docet, hac methodo finem primó, deinde finem ſequentia, ſecunda ſecundo, tertia tertio, quarta quarto loco paulatim conſtitui: & illud eſt, quod de unica & ſingulari methodo tantopere, & tam ſæpe ex Ariſtotelis & ſententia & philoſophia dicitur: quód generaliſſimum primó, deinde ſubalterna, tum ſpecialiſſima, vera methodus conſtituat. At Galenus docet, iſta via artes inveniri: id falſum eſt. artes enim (ut jam dixi) omnes inductione ſingularium & ſpecialium, per ſubalterna, ad generaliſſimum aſcendendo, ſunt inventæ; ut Plato docuit, ut Ariſtoteles tantopere confirmavit: imó, ut Galenus ipſe plurimis locis de Empiricis diſputans, exponit; cúm docet, ſingularium exemplorum experientia, obſervatione, hiſtoria, generalia artium documenta inveniri, & ratione confirmari: Et Galenus optimé mortalium omnium didicerat, medicinę obſerva-

obſervationes primò ſingulares in Æſculapii templo conſecratas eſſe, unde Hippocrates generalia medicinæ decreta conſtituiſſet: ut inde ſatis conſtet, Galenum cùm hęc ſcriberet, ſcholaſticis nugis captum, cætera illa minimè recordatum eſſe. Quare Galenus hìc lapſu interpretum labitur; & ab his fallacibus magiſtris, falſa doctrina decipitur. Neque hìc excuſandi Galeni gratia dicere jam poſſum imperitam vel obtrectationẽ vel calumniam eorum, qui P. Ramo adverſantur: Galeni ſententiam talem & talibus verbis conceptam Ariſtoteles averſabitur: falſam, falſam (inquam) affirmabit eſſe. Eſt enim interpertum falſa illa analyſis, quam antea refutavimus: & tamen Galenum de tali inventionis methodo, in hac diſpoſitionis conſtituta & definita methodo opponere, impudẽs ſophiſma fuerit: neque enim hìc de logica inveniendarum artium agitur. Ars enim inveniendi (ut prædictum eſt) & artes & reliquas omnino res omnes, prima pars fuit logicæ artis, taliſque methodus primo artis libro fuit. Hìc (inquam) nulla quæſtio eſt de inventione artium, ſed de tota ipſarum conformatione; cùm ſingulę ipſarum partes inventæ, imò ſeparatim judicatæ fuerint. Quapropter temere opponis à Galeno, contra quæſtionem diſpoſitionis methodicæ, Methodum inventionis aliam eſſe: tanquam confuſè de qualibet methodo, non autem de artificioſæ & ſcientificæ collocationis methodo ageretur. Itaque & res falſa objicitur; quia iſta via nullæ artes primò inventæ ſunt: & ſi maximè vera eſſet, nihil tamen ad rem attineret. Ariſtoteles unicam artis collocandæ viam ait eſſe; & tu contrà ais, aliam eſſe inveniendæ; & in una objectione duplicem elenchum facis, & falſi & alieni. Sed de prima Galeni methodo, & falſa & ad præſentem quæſtionem inepta & aliena, hoc habemus, ab eo dici nunc ἀναλυτικὴν methodum, quæ διαιρετικὴ dicta priùs eſt ab eodem. Secundam methodum συνθετικὴν facit eandem videlicet, quam antea à ſpecialiſſimis per ſubalterna ad primum finem & generaliſſimum. Affirmat, artes ſuperiore methodo inventas, per hanc methodum tandem diſponi & collocari: quod item falſum eſſe, reclamabunt Hippocrates, Plato, Ariſtoteles; & interpretum ſomnium de compoſitione damnabunt: imò

Galenus ipſe, ſi affirmationem hanc diligentiús attenderit, ſine dubio reclamabit, & tales duas methodos improbabit: docebitque, totum contrá eſſe; & artes inductione ſingularium & individuorum per ſubalternas differentias ad generaliſſimum finem aſcendendo inveniri, ſic inventam in primis eſſe medicinam, ſic deniq; artes omnes: & ſic inventas, diſponi & doceri ordine plané contrario, á generaliſſimo ſine per ſubalternas differentias & ſpecialiſſima & individua deſcendendo. Improbabit (inquam) Galenus totam hanc ſophiſticā, & ea ſe deceptum á ſcholaſticis magiſtris eſſe confitebitur: ut tandem etiam in exemplis aperté confitebitur. Cętera de methodis á Galeno quæ P. Ramo objiciūtur, ad imperitiam referri poſſunt eorum, qui tanti viri authoritate abutuntur: At vel judice Galeno, attētiús & accuratiús informato, tam perverſa tamq; præpoſtera, quód artes inveniantur deſcendēdo á generaliſſimo per ſubalterna ad individua, quód ſic inventæ contrá diſponantur aſcendendo ab individuis per ſubalterna ad generaliſſimū, tam perverſa interpretū (inquā) tamq; præpoſtera ſophiſmata ſine dubio reijciētur á Galeno, & é Galeni placitis tollētur. Sed hoc judicium Galeni in proximo capite de exemplis cōmodiús audietur. Atq; hæc de ſecunda methodo ſatis, falſa quidem illa, (ut ſuperior fuit) nō tamen aliena. Ariſtoteles ait, artium partes omnes inventas, diſponendas eſſe á generaliſſima parte per intermedias ad individuas: Galenus cum interpretibus aperté contrá loquitur: diſponendas eſſe ab individuis per intermedias ad generaliſſimam. Contradictio manifeſta eſt: vera autem eſt Ariſtotelis affirmatio; falſa igitur inficiatio Galeni. Quid? definitiva methodus (quam tertiā Galenus hic efficit, quamq; ſe ſecuturū, in conſtructione τέχνης ἰατρικῆς prædicit) quam viam proponit? quid habet in hac quæſtione potius, quám ſimilium, diſſimiliū, parium, majorū, minorum collatio? quám conſequentiū & repugnātium cognitio? quám ejuſdem & diverſi conſideratio? cur, inquam, in hoc potiús argumento, quám in cæteris methodus exiſtimatur? Definitio, argumentum eſt; materiaque eſt, quæ diſponenda, & ordine collocanda proponitur: non eſt diſpoſitionis, nō ordinis, nō methodi formula: quæ moneat,

quid

quid in arte primum, quid ſecundum, quid tertium deinceps eſſe debeat: materia eſt, inquam, quæ locis illis gradatim diſponitur. Si definitio generaliſſima ſit, erit primò loco ſtatuenda: ſi ſubalterna, medio, ſi ſpecialiſſima, infimo. At definitio, per ſe nulla methodicę collocationis eſt ſignificatio; non magis quám genus; quod ſummum, medium, infimum ſimiliter eſſe diceretur: Non magis quám cauſſa; quæ ſumma, media, infima diceretur; nec tamen cuiquam adhuc in mentem venit, methodũ genericam aut cauſſalem fingere. Utrúm veró poſſit in tertia methodo Galenus excuſari? quód non intellexerit definitivã methodũ re ipſa differentem ab aliis duabus, ejuſq; rei á Galeno argumentum eſſe, quód hic dicat definitivã, ipſam definitionis: διάλυσιν, ἀνάλυσιν, διαίρεσιν, διάπτυξιν, ἐξάπλωσιν, ἐξήγησιν, diſſolutionem, reſolutionem, diviſionẽ, explicationem, explanationem, expoſitionẽ. Certé ſic Galenus hic loquitur: at idem loquitur, tres methodos, non duas: & trifariã dividit; & differentiam etiam oſtendit, quód definitiva vincatur á reſolutiva ἀξιώματι τε καὶ μεθόδῳ, dignitate & ordine: at vincat συντόμῳ καὶ μνήμῃ. compendio & memoria: imó, quód definitiva, ſit eſſentialis, aliæ duæ, ſint accidentales: & dicit, in hoc ipſo libro ſe definitivã ſecuturum eſſe: unde ſi liberé judicare voles, nihil aliud judicare poſſis, quám Galeno licet in logicis (ut eſt primo dialecticarum Scholarũ) πολυγραφωτάτῳ, logicã tamẽ nullã diſtinctam fuiſſe; ut intelligeret, logicã aliã εὑρετικὴν, aliã τακτικὴν ſeu κριτικὴν: ut cogitaret, methodũ diſponendæ artis, unã pręcipué logicæ partem eſſe. Itaq; imprudenter (vel impudenter potius) P. Ramo in hac diſtincta Logicæ parte, tres iſtæ methodi objiciũtur. Sed ſatis de Galeni methodis: Una in ſimiludine & diſſimilitudine, duab. in deſcenſu á generalibus, vel aſcenſu ad generalia: itẽ tribus, prima in geneſi & analyſi, ſecunda in conſequentiũ & repugnantium cognitione, tertia in cõparatione: itemq; tribus aliis, prima in analyſi, ſecunda in geneſi, tertia in definitione: In quib. ſi quis dixerit, per repugnantiũ, cõparationis, ſimilitudinis, diſſimilitudinis, definitionis methodos, intelligi non perpetuam iſtam artis collocationẽ, ſed ſingularia argumenta, libenter P. Ramus aſſentietur: ſed tota illa ὁδοιπορία

ὁδοῦ καὶ ἐνόδε, excuſationem hanc capere non poterit:reliquiæ iſtæ hærebunt in ſalebra. quin Galenus (ut proximo capite dicetur) exemplo teſtimonioque ſuo ſcholaſtica hæc de tot methodis cōmenta refutabit, & judicio ſuo condemnabit. Verumenimvero interpretum natio magna eſt: é quibus nonnulli docti & modeſti reperientur fortaſſe, qui nondum ſuaſione tam accurata moveantur; dicantque, methodum á generalibus præſtantem quidem illam eſſe, ſed perdifficilem, planéque interdum impoſſibilem: ut ideo ſola non ſit. At P. Ramus perdifficilem quidem eſſe confitetur, ſed doctori: & cauſſam nōn ſolúm á Platone, ſed á ſeipſo tantæ difficultatis magnā attulit. Sed difficultatem hanc, auditoris & diſcipuli nullam eſſe confitetur: imó facilitatem ſummam, quia ſit illi intelligentiæ ac memoriæ via facillima: ſed tamen in facilitatis argumento inſtent interpretes: citent Platonem in Timæo, de duplici genere differendi, cum duobus rerum generibus congruente: ut res neceſſariæ & immutabiles, neceſſariis & immutabilibus argumentis exponantur: inſtabiles & infirmæ, probabilibus & veriſimilibus. Appellent Ciceronem, duo genera hominum ſimiliter partientem: alterum indoctum & agreſte, alterum expolitum & liberale: propterea que duas methodos duobus hominum generibus accommodandas eſſe diſputent. At hic P. Ramus reſpondere ſolitus eſt, Eubulidem illum (de cujus partitione jam toties dictum eſt) idem ipſum dicere, aliis alia eſſe notiora. itaque quod adverſus illa duo notioris genera reſponſum eſt, adverſus Platonis Ciceroniſq; partitiones reſponſum eſto: tametſi uterque author de argumentis loquitur, non de perpetua enuntiatorum collocatione. Quare locus Timæi, locus Ciceronis, Ariſtoteleam ordinandæ artis unicam methodum nihil offendit, nihil refellit. Sed tamen da mihi (ajebat P. Ramus) exempli gratia, Grammaticam docendam eſſe: dabis Grammaticum profeſſorem omnibus artis ſuæ partibus perfecté eruditum; qui, ut methodica quæſtio requirit, habebit materiam methodi totam in promptu inventam, ſigillatimque judicatam: ordinis ſola quæſtio ſupererit, quo diſcipulum ducat. Si diſcipulus ingenio alacri paratoque fuerit: confiteris, á generalibus

libus ad ſpecialia Grammaticam ordiendam eſſe: & hanc eſſentialem atq; univerſalem methodum longiſſimé præſtare;Hoc igitur tanquam confeſſum confectumq; teneatur.Sin erit diſcipulus idem, rudis &hebes;á ſpecialibus ais incipiendum eſſe.Ergo pro Ariſtotele P.Ramus,vel potiús ipſemet Ariſtoteles pro Ariſtotele tibi reſpondebit: non bajulis ac remigibus, bubulcis & porcariis, id eſt natura ſervis; ſed ingenuis & liberalibus ingeniis, artium liberalium ludos aperiri. Sed tamen ſit truncus hominis quivis,modó utcunque diſciplinæ capax: nihilo minús á generalibus rudem hunc & hebetem informandum eſſe Ariſtoteles reſpondebit: quia via facillima clariſſimaque. Si principium generale aliquod ei fuerit obſcurum, ut definitio, ut partitio Grammaticæ, aut aliud deinceps quidpiam:obſcuritas hæc,erit exemplis familiaribus inducenda,& é medio ſumptis argumentis & popularibus declaranda: Sic Ariſtoteles, ſic(inquam) Ariſtoteles huic objectioni, eheu, quot capitibus & locis reſpondit? Principia ſunt ἄμεσα, ſunt αὐτόπιστα, ſunt ἀναπόδεικτα: attamen ſi cui forté ſint aut ignota,aut obſcura:inductio(ait Philoſophus) præſenti remedio erit.neque tamen in artis quibuſque præceptis inductiones hæ ſunt adhibendæ: extremis tantùm & ſpecialiſſimis in locis exempla adhibenda ſunt. Adhibendæ ſunt ejuſmodi inductiones á doctore, ubi diſcipulum hærere deprehenderit.Remedium illud catholicum,in doctoris mente, non artis ſpecie & forma eſſe neceſſe eſt.Si pergas dicere,viam á ſpecialibus faciliorem: imó (dicit philoſophus) partib. infinitis difficilior erit:turbabit enim intelligentiam,memoriamque obruet: denique totam illam é primo de Partibus animalium ἀπόδειξιν καὶ ἀπαγωγὴν reponet: Itaque quantó rudior & hebetior diſcipulus erit,tantó diligentiús & accuratiús hac via ducẽdus erit.Ecquid (ajunt hic homines iſti eruditi) ſi abſoluté notiora defuerint, quid futurũ eſt? nonne impoſſibilis á generalibus methodus fuerit? Sané (reſpondebat hic P.Ramus) ſi res artis unius homogeneæ, ſint inventæ judicatæque,ut definitio methodi requirit; utque tria tota Ariſtotelis capita,ſeptimum, octavum, nonum in 1. lib. Poſterior. ὁμογένειαν iſtam ampliſſimo certiſſimæ ſponſio-

nis vadimonio confirmant: nunquam futurum eſt, ut deſint generalia ſpecialiaq; aliis alia abſoluté notiora: fieri tamen fortaſſe poterit, ut definitio aliqua partitioq;, ex adjunctis quibuſdā aut diſſentanëis cōparatiſve ſumatur: nec ideo argumentū arguta re ſit abſoluté notius. Quod ſi ſit, commune erit etiam viæ á ſpecialibus ad generalia: quia materies utriuſq; formæ cōmunis erit: attamen totum enuntiatū rei utcunq; definitæ ac partitæ, generale ſpeciali comparatum, ſemper erit abſoluté notius: ut ſi eſſentiam, aut corpus, aut animatum, aut animal, nō abſoluté notioribus argumentis definieris aut diviſeris, argumenta illa nuda, non erunt abſoluté notiora: at arguta res ipſa generalis, ſemper erit abſoluté notior ſpeciali: clariuſq; & notius erit, á generalibus illis deſcendere; quia res illæ genera ſunt inferiorum: ideoq; & cauſſa notiores: taliaq; enuntiatorum poſteriora categoremata erunt in arte univerſa, tanquam in perpetua magni cujuſdam corporis forma nævi quidam: Quód ſi totam aliquam artis partem ignotam eſſe dixerint, ut in metrica, pars magna Stereometriæ: ut in Grammatica Francica, de brevibus & longis ſyllabis proſodia: ſané ubi materia deſit, ibi formam requirere non debes: ſed tamen tum neque tuam á ſpecialibus methodum adhibebis: quia ubi materia nulla eſt, ibi forma nulla poteſt eſſe. via noſtra á generalibus, in hoc exemplo clauſa erit: ſed via quoque erit á ſpecialibus obſtructa: neque tamen methodus iccirco ſingularis & unica eſſe deſinet. Nam ſi quodam orbis loco muti homines aut fatui eſſent: ibi Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticę uſus nullus eſſet: veræ tamē nihilominus eſſent artes; & apud loquentes & ſapientes, uſum fructumq; ſuum retinerent. Quapropter hæc adhuc interpretum feré ſunt argumenta: quibus P. Ramus reſpondendum judicaret: unum tamen erat omnium graviſſimum, & ipſi periculoſiſſimum, cui dicebat ſe nunquam reſpondiſſe, neque reſponſurum eſſe. Ecquodnam? inquies. Contumeliæ, inquam, probra, injuriæ, maledicta, ſimiliaq; ſophiſmata ægrotorum hominum; qui ſi lapidibus appetere medicum, ut verbis potuiſſent; lapidatio valde formidabilis P. Ramo fuiſſet. jugulaſſent (medius fidius) hominem. At P. Ramus vanos iſtos velut

anſerum

anſerum ſibilos perpetuó cōtempſit, ſuſceptamq; methodicæ legis ſuaſionem eó alacriús conſtantiúſque ſuſtinuit; non ſolúm confirmatus illis & argumentorum,& authorum tantis momentis,ſed bonæ atq; integræ mentis conſcientia fretus: quód patrocinium in hac cauſſa tam ſtudioſum tamq; accuratum,confideret eſſe & hominibus utile,& Deo non ingratum.

CAP. 18: *De prima methodi illuſtratione per exempla artium.*

METhodi exempla præcipua ſunt in artibus: in quibus quamvis omnes regulæ generales ſint & univerſales, tamen earum gradus diſtinguuntur,quantóque unaquæque generalior erit, tantó magis præcedet. Generaliſſima loco & ordine prima erit, quia lumine & notitia prima eſt: ſubalternæ conſequētur, quia claritate ſunt proximæ:atq; ex his natura notiores præponētur,minús notę ſubſtituentur:tandemque ſpecialiſſimæ conſtituentur.Definitio itaq; generaliſſima, prima erit:diſtributio ſequetur: quæ ſi multiplex fuerit,prǫcedet in partes integras partitio, ſequet̃ diviſio in ſpecies,parteſq; ipſæ & ſpecies eodē ordine ſunt rurſ⁹ tractādę,ac definiēdę,quo diſtributæ fuerint:& tranſitionū vinculis, ſi lōgior iner eas interſit explicatio, colligādæ ſunt: Id.n. auditorē reficit & recreat.Atq; ut res familiariús accipiatur, exemplo quoq; familiari nobis utendum eſt.Omnes definitiones, diſtributiones, regulæ grāmaticæ repertæ ſint, atq; unaquæque ſigillatim judicata:omniaq; hęc documenta,variis tabellis inſcripta,uná confundantur & conturbentur in urna aliqua , ut in

Ollæ ludo fieri ſolet: Híc ſi quæras, quæ pars Dialecticæ te doceat, has regulas ita confuſas diſponere, & in ordinem redigere: Primó locis inventionis nihil opus eſt, cúm ſint omnia reperta: neque primo enuntiationis judicio, cúm unaquæque enuntiatio probata & æſtimata ſit: neque ſecundo ſyllogiſmi judicio opus erit, cúm ſint omnes ſingularum rerum controverſiæ his de rebus diſceptatæ & concluſæ. ſola methodus ſupereſt. Dialecticus igitur, lumine methodi artificioſæ ſeliget in hac urna definitionem Grammaticæ, (id enim eſt generaliſſimum) & primo loco ſtatuet, "Grammatica eſt doctrina bene loquendi: tum requiret in eadem urna partitionem Grammaticæ, & collocabit ſecundo loco: "Partes Grammaticæ ſunt duæ, Etymologia & Syntaxis. deinceps in eodem vaſe, definitionem Etymologiæ de vocibus ſeparabit, & tertio gradu antecedentibus adjunget: tum vocis partes in literis & ſyllabis, ſpecieſque in vocibus numeri & ſine numero collocabit, exituſq; tranſitionibus aptis colligabit. Atque ita omnium Etymologiæ partium definitiones, diſtributiones, colligationes ordinando, ad exempla ſpecialiſſima in ſingulis deſcendet: Idemque in Syntaxi faciet. Hanc viam omnes" artes ſibi propoſuerunt.

Quamvis] Methodica lex adhuc multis & magnis præſidiis, & rationum & authoritatum, confirmata eſt: refutata etiam, quæ contrá dici poſſe videbantur: Supereſt ut inquirantur teſtimonia ipſarum artium, omniumque omnino rerum, quæ perſpicué doceri velint: ad eamq; rem reliqua methodicæ artis doctrina referatur; contrariaque

(ut

(ut antea factum eſt) etiam comparentur. Prima porró monitio conſtituitur, quamvis generalia in artibus ſint omnia; attamen gradus eſſe ſummos, medios, infimos, & ſpecialia, quæ dicuntur, non eſſe illa ἄπειρα, quæ Platoni: neq; illa ἄτομα, quæ Ariſtoteli dicuntur: ſed minús communia magis communibus comparata. Itaq; Hippocratis μέγιστον καὶ ῥήιστον, Platonis πέρας μοναδικὸν, Ariſtotelis γενικώτατον, primo loco erit: Platonis αἱ μεταξὺ ἰδέαι, ὑπάλληλοι Ariſtotelis διαφοραὶ ſubſequent. Platonis ultimæ ideæ, Ariſtotelis ſpecies ſpecialiſſimæ, ultimo loco erunt.

Multiplex] In diſtributionibus ejuſdem rei variis præcedere debet partitio; quia ex cauſſis eſt; ut antea patuit.

Eodem ordine] Id in præceptis collocare, ridiculum fortaſſe videatur: at vitia contrarii ſophiſmatis, P. Ramus viceſimo libro dialecticarum Scholarum in magnis authoribus adnotavit.

Tranſitionum] Tranſitio inter figuras rhetoricas á Cicerone numeratur: Propoſitio (ait Oratorio tertio) quid dicturus ſis, & ab eo quod eſt dictum, ſejũctio. Quintilianus, ejus laudem nomine partitionis lib. 4. c. 5. complexus eſt: Reficit quoq; auditorem (ait) certo ſingularum partium fine: non aliter quám facientibus iter, multum detrahunt fatigationis, notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam & exhauſti laboris noſſe menſuram, voluptati eſt: & hortatur ad reliqua fortiús exequenda, ſcire quantum ſuperſit: Nihil enim longum videri neceſſe eſt, in quo quid ultimum ſit, certum eſt.

Grammatica] Inductio P. Rami, ad confirmandam methodi unitatem, magna prorſus incipit; quód omnes artifices, poëtæ, oratores, hiſtorici, omnes deniq; homines, qui perſpicué docere longam aliquã materiam ſtatuerũt, illam methodum unicam á generalibus ad ſpecialia conſectantur, licet omnibus partib. non aſſequantur: Primum exemplum eſt de Grammatica; ad quod declarandum, ludus Ollæ (quam vulgus Blancham vocat) comparatur: ut intelligatur, in quæſtione de methodo, nihil opus eſſe præceptis Logicæ antecedentis: neq; hic requiri inventionem rerũ, aut enuntiati, vel ſyllogiſmi judiciũ: in quo feré totus eſt error interpretũ, qui methodi nomine, modó totã Dia-

lecticam, modó partem quamlibet intelligunt. At in Ollæ ludo, cæcus eſt, qui tabellas educit ex urna: qualis Logicus noſter minimé omnium eſſe debet, ſed oculis acutiſſimis, divinoq; potiús, quám humano lumine præditus.

Grammatica] Grammaticam totam Platonicis & definitionum & partitionum idëis ita P. Ramus perſecutus eſt: & licet in materia aſpera & refractária, quæq; feré nullam analogiam catholicam, ſine ânomalia aliqua reciperet: attamen methodicam logici ordinis figuram elegantem admodum impreſſit: ut beneficio talis ordinis, Grammatica partibus artis numeriſq; omnibus abſoluta, multis partibus tamẽ & brevior & facilior habeatur: & homines huic ſingulari methodo tantopere adverſarij, excitari commoveriq; debeant hoc exemplo; cúm videant, artem quæ minimé videbatur, attamen legibus κατὰ παντὸς, καθ᾽ ἀυτὸ, καθόλȣ πρῶτον, á generalib. ad ſpecialia ſic eſſe diſpoſitam & conformatam.

Partes Grammaticæ] Partes Grammaticæ vulgó quatuor factæ ſunt, Etymologia, Syntaxis, Proſodia, Orthographia: at duæ ultimæ, ſunt velut ſanguis ſpirituſque per totum corpus fuſæ; etymologiaq; literarũ, nihil aliud eſt, quám proſodia de ſonis, & orthographia de characteribus literarum: Sic in ſyllabis de colligatione ipſarum, & quantitate: ſic in dictionibus, de accentu & notatione literarum in principio & fine: ſic in tota oratione, de inciſis, membris, periodis pronuntiandis & ſcribẽdis. Itaq; dichotomia primæ partitionis legitima eſt. Quantum veró é methodo lucrum arti Grammaticę acceſſerit, P. Rami Grammatica & Latina & Gręca & Frãcica abũde explicabit: Grammatica tamẽ quorumlibet Grammaticorum, ſeu Græcorum, ſeu Latinorum, id etiam iter ingredi atq; inſiſtere voluit: Itaq; de literis primó, tũ de ſyllabis, tertió de dictionibus, poſtremó de tota oratione præcipit: Interroga quamobrem? reſpondebũt Grammatici, ita aliis alia præpoſuiſſe, quia putarent, antecedentia conſequentibus eſſe magis communia & generalia; antecedentiaq; ſine conſequentibus intelligi poſſe.

Artes] Rhetorica noſtra, P. Rami non ſolúm prælectionibus rhetoricis adjuta eſt, ſed logicis legibus præcipué

digeſta

digeſta compoſitaq;: Neq; veró Rhetorica noſtra ſolúm; ſed Rhetorica Ariſtotelis, Ciceronis, Quintiliani, hunc etiam ordinẽ ſequi voluit: licet aliena plurima hi authores aſſumpſerint; ut, Dialecticam inveniendi & diſponendi. Et quanquam multis in locis plurima contra leges artificioſæ materiæ & formę peccaverint; attamen ſi roges, cur inventionem primam, diſpoſitionem ſecundam, elocutionem tertiam, memoriã quartam, actionem quintã fecerint, logicæ methodi lege á generalib. ad ſpecialia factum ſuũ defendent. Dialectica adhuc á P. Ramo deſcripta, cúm artium reliquarum magiſtra eſſe velit, legi ſuæ in primis obſequi & obtemperare debuit. Neq; porró P. Rami Dialectica id ſolúm præſtitit; ſed Ariſtotelis etiã Logica præſtare voluit: Ariſtotelis enim Logica (ut antiquiſſimi & nobiliſſimi Peripateticorum, Adraſtus ejuſq; adſtipulatores cenſuerunt) habebat inventionem primo loco in Categoriis & Topicis: diſpoſitionẽ deinceps, enuntiati in ἑρμηνείᾳ, ſyllogiſmi in priore analyſi, methodi in poſteriore: vitia tum inventionis, tum diſpoſitionis, in Elenchis. atque híc á generalibus ad ſpecialia pauló juſtiús procedebatur: interpretes veró, qui eo ordine Logicam Ariſtotelis diſpoſuerunt, quo nũc eſt, chaos omnibus Logicis legibus contrariũ commenti ſunt: attamen interrogati de ordine, cur illa præpoſuerint; reſpondebunt, præcedentia magis communia, magiſq; generalia ſibi viſa eſſe, & ſine conſequentibus intelligi poſſe. Arithmetica & Geometria, eam teſtimonii fidem atq; religionem é P. Rami vigiliis, proximis annis manifeſtiús explicabunt. Sed tamen Elementa Euclidis, ex his duab. artibus, licet locis pleriſque magis confuſa, quám compoſita, attamen ſpeciem legis noſtræ in una ſaltem Geometria prætexunt: punctum, lineam, ſuperficiem, corpus deinceps ordinando: & ſic 3. cap. 6. Top. Ariſtoteles nominatim ait, punctum eſſe prius notiuſq; linea, & lineam ſuperficie, & ſuperficiem corpore. Aſtrologia, una artium omniũ confuſiſſima eſt: attamen etiam Ptolemęus in cõſtituenda & cõponenda aſtrorũ doctrina interdũ logicæ methodi legẽ nominatim prętexit. Phyſica porró Ariſtotelis tota, mirabili prorſus & laudabili ſtudio methodũ á generalibus ad ſpecialia conſectatur, definiendo

communiter naturam, tum in genera ſimplicis & compoſitæ naturæ partiendo: ſimplicis, in cælo & quatuor elementis: compoſitæ, in brutis & animatis rebus. In Ethicis autem, definitur primó ſummum bonum é virtutis actione, tum virtutis genera ſpecieſque & differentiæ ad extremum deinceps explicantur. Neq; veró philoſophus methodum á generalibus ad ſpecialia in Ethicis, tantúm ſequutus eſt; ſed ſe ſequutũ eſſe, nominatim libri 3. c. 5. prędicavit. Quid multa? Si qua virtute præſtitit Ariſtoteles (qui certé plurimis & maximis prǣſtitit) hac una nõ modó reliquos philoſophos, ſed ſeipſum longiſſimé ſuperavit; ſed ita tamẽ ſuperavit, ut Socraticos amores illos multis partibus effugientes, non obſcuré oſtenderit. Quamobrẽ omnes liberales diſciplinæ, locupletiſſimo & luculentiſſimo teſtimonio, unicam & ſingularem artis methodum á generalibus ad ſpecialia teſtificantur. hæc P. Rami præmittebatur inductio & inquiſitio. Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Geometria, Aſtrologia, Phyſica, Ethica, á P. Ramo (inquam) producũtur. quæ una voce omnes veriſſimum jusjurandum jurarent, ſibi aliam quám á generalibus viam nullam unquam placuiſſe. Agite igitur, interpretes Ariſtotelis (ubicunque terrarum eſtis) inductionis hujus & anquiſitionis fidem explorate & perpendite. Ad Philoſophorum omnium principia, ad uſum artium & doctrinarum (de quarum methodo & ordine potiſſimúm diſſerimus) ad experientiam redeamus; legem κατὰ παντὸς híc in primis uſurpemus: ac pro omnibus, unus aliquis exoriare, qui interpretum, qui Galeni tot tamq; varias methodos legitimas arbitrere. P. Ramus tam ſtudioſé diſſeruit, methodum diſponendæ artis, ſemper á generalibus procedere: hæc alii cauſſas, alii elemẽta, alii initia, alii principia, alii ſimplicia: imó Ariſtoteles ipſe iis omnibus nominibus appellat, qui αἴτια, qui στοιχεῖα, qui ἀρχὰς, qui ἁπλᾶ nominat. At de verbis ne curioſé ſoliciti ſimus, ut veriſſimé jubet Plato, ut ſæpiſſimé Galenus admonet: rem potiús teneamus. Omnibus artium ſcriptoribus unicam methodum á generalibus placere, P. Ramus pro Ariſtotele contendit; ut á primis & immediatis prænotionibus per ſubalternas ad ſpecialiſſimas deſcendatur: quodq; in artibus

primo

primo loco ſtatuunt, id illis generaliſſimum videri, quia poſſit ejus doctrina facilé ſine conſequentibus accipi: conſequentium non item, ſine præcedentis doctrina. Non dicit (inquam) omnes artifices id penitus aſſequi, neq; nuſquam labi, neq; nuſquã Socraticis amoribus affici: ſed iſta via ſola & unica velle progredi: & artis eam partem, quam cæteris primo loco præponant, illis generaliſſimam, naturaque primam & notiſſimam videri, quam medio loco ſubjungãt, ſubalternã: quã infimo, ſpecialiſſimam. Quamobrem (iterabat hîc P. Ramus, ut pertinacia ingenia diligentiús commonefaceret) facito in omnibus artibus periculum: experieris, hanc methodum ſolúm adhiberi, quæ á maximis & notiſſimis tum menti, tum ſenſui procedat, ut Hippocrates cenſuit: quæ á capite per media ad pedes deſcendat, ut Phædro placuit; quæ ab unitate per medium numerum ad infinitatem deſcendat, ut in Philebo monſtratum eſt: quæ etiam á notione finis incipiens, proxima quæq; partiens ac collocans, ſecundo loco ſecunda, tertio tertia, quarto quarta, quinto quinta, ac deinceps ſimiliter, in ultimis particulis acquieſcat, ut Galenus docere debuit. jam veró in reliquis cõmentitiis methodis facito (ſi lubet, quó magis res confirmetur) idem de iiſdẽ artibus periculum; remq; præſentem, ac velut oculis ſubjectã, experientia præſenti diſceptato: hæc experientia, controverſiæ finẽ adferet. Ceram eandẽ variis formis informari, ſi quis affirmãti tibi negaverit; præſentis operis exẽplo, affirmationis tuæ fidẽ facies: in calefacta & emollita cera Achillem, leonem, Cæſarem effinges. Simillimum certamen nobis eſt: Galenus recté docet (ut affirmas) eandem artis, partibus omnibus inventæ & judicatæ, materiã, pluribus methodis variiſq; ordinibus totam diſponi poſſe: id veró inficiatur P. Ramus ac pernegat: Unicã, eamq; Ariſtoteleam, á generalibus prænotionibus eſſe dicit. Eſto igitur nobis artis unius tota materia; ſed rudis & indigeſta, informis & prorſus confuſa: miſtæ ſint definitiones & partitiones, regulæ omnes ac inſtitutiones perturbatæ: ludus Ollæ denique nobis huc redeat. Agé, duas Galeni methodos, compoſitivam & definitivam hîc experire. συνθετικὴν priús adhibe: Sit hæc materies artis tam confuſa Grãmaticæ: quid

ſecundũ hanc Galeni methodum facies? ſi primo loco ſtatuas ſpecialiſſima, medio ſubalterna, poſtremo generaliſſimũ (ut Galenus tibi præcipere videtur) quid ages? Si duos annos in Grãmaticis puer tibi ſit inſtituẽdus ad tuã iſtam methodũ; primũ annum conſumes in regulis Syntaxeως, ultimis primúm, deinde mediis, tum primis; partiumque orationis nondũ cognitarũ mirificã ſtructuram inſtitues. Anno ſecundo, cúm docueris Syntaxin, ad Etymologiam venies, & partes orationis explicabis; conjunctiones primúm & adverbia, verba deinde & nomina, item ſyllabas, & literas declarabis: ſic enim retrogradus á natura poſterioribus ad natura priora conſcẽdes: atq; in tenebris viatori lumen tutioris viæ non præferes, ſed poné vagantem & errantem, in umbra corporis videlicet occultabis: Qua ſtultitia, quæſo te, quænam major in artibus inſtituendis fingi cogitariq; poteſt? Jamne ſentis, ô philoſophe (ſi quis in hac pertinacia philoſophus eſſe poſſit) jamne ſentis, veram Ariſtotelis ἀπαγωγὴν illam fuiſſe; regreſſionemq; illã á ſpecialib. ad generalia, ignorantiæ & oblivionis viam eſſe? Quid? in Geometria quid facies? quomodo γραμμικαὶ ἀποδείξεις illæ, tantã doctrinæ perturbationem ferent? Elementorum libri ſunt quindecim: decimus quintus tibi primus erit, decimus quartus tibi ſecundus, & deinceps ſic invertentur reliqui; aut ſi qua ſit illuſtrior ϛοιχείωσις (qualem P. Rami ſpero futurã) attamen ſolida primúm, tum ſuperficies, tertio loco linea fuerit, tandẽ definies in pũctum, & magnitudinis affectiones primas. At quas demonſtrationes hic ordo compoſitivus habebit? ex antecedentibus theorematis & problematis, conſequentia, analytica via demonſtrantur: an etiã contrá, per hanc viã poterũt Euclidis poſteriores ꝓpoſitiones é priorib. nondũ cognitis demonſtrari? an conſequentes, principia erunt antecedentium? an Geometras putamus iſtam methodum ſine riſu audituros eſſe? non potiús radio & pulvere talẽ ſophiſtam é cathedra abacturos? Quare ſecunda methodus Galeni, ſecunda ordinis doctrina, nõ modó facilis non eſt (ut antea temere objiciebatur) ſed perdifficilis, ſed plané impoſſibilis: nec adhuc á mortali (quod fando auditũ ſit) quoquam tentata: Ac ſi qui ex iis, qui hos errores tam craſſos, tamq;

palpa-

palpabiles obſtinatè defendunt, ad rem, ad opus, ad exemplum, ad effigiem & veritatem adducantur, & his interrogationibus urgeâtur, utrùm Grammatica poſſit aliter diſponi, quàm ut primo loco ſit litera, ſecundo ſyllaba, tertio dictio, quarto oratio: itē utrùm Geometria aliter diſponi poſſit, quàm ut præcedat punctum lineam, linea ſuperficiem, ſuperficies corpus; negant aliter diſponi poſſe; ſed Logicæ confuſiús perceptæ mirificas ambages, de cauſſarum præſertim generibus permiſcent; neq; cōſiderant tamen, iſta quæſtione cauſſas omnes jam inventas, imó judicatas proponi; nec aliam conſiderationem relinqui, quám quæ prima natura ſit & claritate, quæ ſecunda, quę tertia: Denique rei conſenſio hîc ſumma eſt, verborum & authoritatum mirabilis diſſenſio: ut in iſto Galeni errore verbis defendendo, cúm docet Galenus, artes antea inventas diſponi, á ſpecialiſſimis per ſubalterna ad generaliſſimū finem. Cæteri errores illi de ſimilitudine & aliis argumentis, pro methodicę diſpoſitionis doctrina aſſumptis, errorem ſimplicem habuerunt: At hæc inventarum artium diſpoſitio á ſpecialiſſimis per ſubalterna ad generaliſſimum finem, apertiſſimé in ſophiſticas ſordes ignorantiæ & oblivionis, ab Ariſtotele propoſitas, incurrit. Si diceret Galenus, artes unico modo collocari ab univerſalibus ad ſpecialia; ut de litera, ſyllaba, dictione, oratione, ut de puncto, linea, ſuperficie, corpore dictum eſt; Attamen collocationis hujus triplicem rationem reddi poſſe, aliquid licet falſum, attamen minús abſurdū diceret. At dicere, quod exemplo, uſu, experimēto neq; audierit neq; legerit unquam, imó quod vel opere qualicunq; ſine rubore fingere nō audeat; materiam artiū priús inventam & judicatā, tandē diſponi á ſpecialiſſimis per ſubalterna ad generaliſſimū finē: Id veró, ut prædixi, neq; Hippocrates, neq; Plato, neq; Ariſtoteles, neque attentior ipſe Galenus feret, dormientis vel ſtertentis potiús inſomniū eſſe profitebitur. Perge ad definitivam methodum; ſignumque ejus in eadem illa rudi, cujus voles artis, materia imprime: quid ex ejus forma primum, quid ſecundum, quid tertium, quod denique ordinis indicium ac veſtigium cernes? ante Varronem, Donatum, Diomedem, Priſcianum, vetereſq; Grammaticos, Grammaticæ

artis regulæ diſperſæ quondam fuerunt; quæ tandē compendiaria logicæ methodi via facilé breviterq; ſunt comprehenſæ. Quid ſi, antequam Grammatica ſic ornata eſſet, Galenum de ordinanda Grammatica conſuluiſſes; tibiq; reſpondiſſet, definitivam methodum ſequendā eſſe, rem primúm definiendā; quid feciſſes? Hoc enim reſponſo, neſcires quid primum, quid ſecūdum, quid tertium debuiſſes definire, quam definitionem de tam multis pręponere, quam poſtponere; & quidquid híc ſurſum deorſum miſcueris ac turbaris, quia per definitiones procedes, & definitivam methodum adhibebis: nihil ad iſtam Galeni Logicam peccabis; qua ἀλογία quid ἀλογώτερον fingi poteſt? Experire idem in reliquis artibus: idē reperies. Quare tertia hæc methodus, nulla eſt methodus. Verumenimvero quæſtionem hanc primūm cum philoſophiæ ſalute, cumq; Ariſtotelis laude; deinde quoad fieri poterit, cum Galeni excuſatione concludamus; ſicut antea dubiam hac de re locis aliquot Ariſtotelis ſententiā concluſimus. Galenus de artiū conſtitutione & cōpoſitione tam multa præcepit; in iiſq; præceptis, contra verā Ariſtotelis methodū P. Ramo objicitur. Galenus experientiam, uſum, utilitatem, præceptorum omnium & dogmatū magiſtram unicā eſſe docuit: experientia veró, uſus, utilitas Grāmaticæ, Rhetoricæ, Logicæ, Mathematicæ, & liberalis cujuſvis doctrinæ, unicam methodū illā á generalib. ad ſpecialia, ab univerſalibus ad particularia requirit; ut faciliús diſcatur, ut faciliús exerceatur: Hoc igitur ſatis ſuperq; mihi fuerit ad cōcludendū pro Ariſtotele, quod inſtitui, unicam artis ordinandę viā eſſe, á generalibus ad ſpecialia: neq; cúm ſuperet Ariſtoteles Galenū veritate, par erit Ariſtotelē á Galeno authoritate ſuperari. Reprehenſus eſt Ariſtoteles in quibuſdam veré conſtanterq; á Galeno; patietur viciſſim & Galenus, ſe veré & conſtanter ab Ariſtotele de tanto methodorū ſophiſmate reprehēdi: Quod ut minimé noſtris hominib. mirū videatur, efficiēt duo ſummi in Italia Germaniaqué philoſophi, Hieronymus Cardanus & Jacobus Scheckius; apertè profeſſi, quám valentē Logicū Galenum

» exiſtimarēt. Ridicula ſunt (ait Cardanus in ſua Dialectica)

» quæ Galenus jactat de demonſtratione. Scheckius veró in Apo-

in Apodicticis ſuis, cùm pleroſque Galeni in Logicis errores adnotaſſet; affirmat, Galenum non ſemper demonſtrationum intelligentiſſimum fuiſſe. Itaque Galeni libros de demonſtratione non magna poſteritatis jactura periiſſe. Veruntamen Galeni judicium de Galeno ipſo antea á P. Ramo recepimus: & hic poſtremus locus id potiſſimùm exigit.

—Video meliora, proboque;
Deteriora ſequor.—ait poëta ille.

At ego contrá, (ajebat hic P. Ramus) confirmo, Galenum á ſcholaſticis doctoribus, & Ariſtotelis præſertim interpretibus deteriora didiciſſe, ſcriptoque prodidiſſe; uſu autem atque opere, id eſt mentis ac judicii veritate, ſecutum eſſe meliora. Quid ita? aut quomodo tandẽ id probari poteſt? Attende (inquam) homo es, deus non es; nec tui ſermones, tuis actionibus ſemper reſpondent: Si igitur ubi liber es, ubi quod velis potes: ubi etiam vitæ tuæ profeſſio ſingularis famaque verſatur, ibi uno modo ſemper agas; ubi judicium tuum vis exiſtimem? Certé (opinor) in perpetua actionum, præſertim laudabilium conſtantia. Hoc uſus argumento atque judicio P. Ramus, grammaticos Donatum, Diomedem; rhetoras Quintilianum, Ciceronẽ; philoſophos & mathematicos Ariſtotelem, Euclidem, de maximis rebus appellavit, & admonuit; magiſtroque artium uſu fallaces, artium inſtitutiones pleraſq; refutavit. Ponatur igitur hæc hypotheſis atq; cauſſa: ibi Galeni judicium eſſe, ubi perpetuus Galeni uſus, tanquam nempe perpetua approbatio, fuerit. Si quis igitur de Galeni libris tam multis ullus ſequatur aliam methodum, aliamque diſpoſitionem quám Ariſtoteleam ab univerſalibus ad ſingularia: aut ſi quis ejus liber totus & integer, artem aliquam integram & totam, ſola ſimilitudine & diſſimilitudine artificioſé componat (quæ prima methodus ejus eſt) aut á ſpecialiſſimis per media ad generaliſſimum artificioſé progrediatur, quæ cõpoſitio ejus eſt: aut ſola conſequentium & repugnantium conſideratione artificioſé conſtituat (quæ methodus alicubi de tribus ei ſecunda eſt:) aut ſola comparatione majorum, minorum, parium, aut ejuſdem & diverſi conſideratione artificioſé conficiat (quæ tertia:)

aut ſolo definitionis ordine deducat (quæ de tribus poſtremis ultima eſt.) Ego me (ajebat P. Ramus) in Galeni ſententiam authoritatemque ſervum ſponte devoveam: & quod non videam, attamen quia Galenus dicit, videre me dicam: & quod non teneam, quia Galenus non dicit, comprehendere me fatear. Sin unicam á generaliſſimo per ſubalterna ad ſpecialiſſima viam Galenus in libris omnibus ſibi propoſuit, hoc non ſcholaſticum á magiſtris, ſed proprium & verum Galeni judicium eſſe, pro unica Ariſtotelis methodo concludatur & teneatur. At Galenus ex omnibus philoſophis quamvis diverſis locis, diverſis temporibus, diverſis occaſionibus, nunc diſcipulorum & amicorum rogatu, nunc obtrectatorum impulſu, incredibilem quendam librorum numerum conſcripſerit: viam tamen illam, quam primó diviſivam, quam etiam poſtremó reſolutivam vocat, á prioribus natura & notioribus, ab univerſalibus & generalibus ad ſingularia & ſpecialia ſequi vehementer voluit: ſic in omnibus diſputationibus ſuis ſummam quæſtionem proponit, eamque toto opere dividendo & reſolvendo partes, exequitur: quæ ab univerſalibus & generalibus via eſt: nuſquam á ſpecialiſſimis per ſubalterna ad generaliſſimum artem ullam totam & integram inſtituit, quod reditus compoſitivi eſſet exemplum: nuſquam cæterarum methodorum una aliqua ſola unam artem tradit. Falſaque & fallacia ſunt exempla, particularibus & accidentalibus methodis, Galeni errores excuſantium: umbræ tantúm ſunt magnarum authoritatum, ſimplicibus imponentium, artem nullam totam illis ſuis commentitiis formis efformarunt, neque efformabunt unquam. Mittam de phyſicis, metaphyſicis, medicis confuſa exempla, quibus ſibi & ſuis imponunt. Experiantur in Platonico aliquo de ſolis literis exemplo captionis experte: experiantur in litera, ſyllaba, dictione, oratione; in puncto, linea, ſuperficie, corpore; utrúm pluribus modis artificioſé diſponi poſſint: falli ſe turpiter, & flagitioſé labi protinus intelligent. Quamobrem Galenus judicio ſuo unicam Ariſtotelis á generalibus methodum approbat; in eaque egregiam quandam præſtan-

præſtantis ingenii naturam oſtendit; quæ tam fallacibus ſcholaſticorum magiſtrorum documentis nihil impedita aut retardata ſit, quo minús in uſu ipſo ſerioque opere unitatem methodi, veritatemque ſequeretur. Quæ cúm ita ſint, quis jam de Galeni judicio dubitabit? quis Galeni ſtudioſus, iſtam Galeno tam philoſophicam naturam, tamque fabulis ſcholaſticis invictam invidebit? Galenus exemplo & opere, totáque accurati judicii veritate cum Ariſtotele de unica diſponendæ artis methodo conſentit. Statuamus igitur, Galeni ſtudioſos philoſophos, in iſta cauſſa temere tumultuari; & ab iis tam fœdas notas turpiter tanto viro tanquam probatas & æſtimatas inuri. Unum ſi ad hoc Galeni confirmandum judicium addidero, peroratum arbitrabor. Multa contra Galeni methodos, vel potiús contra neſcio quos Galeni doctrina abutentes fatuos P. Ramus diſſeruit, quamobrem unica ex iis methodus eſſet; reliquæ non eſſent methodi, non eſſent artium collocandarum & ordine perpetuo formandarum modi. Galenus in libro de Arte medica dicit, ſe definitivam methodum ſecuturum; quæ ab Ariſtotelica illa ſingulari & unica, á generaliſſimis per ſubalterna ad ſpecialiſſima, methodo valde quibuſdam differre videatur. Quid igitur? ſi Galenus hanc noſtram diviſivam & reſolutivam (ut appellat) á generalibus ad ſpecialia methodum in hoc etiam ipſo libro ſequatur, & á generaliſſimo per ſubalterna ad ſpecialiſſima progrediatur? quid, ſi alibi dicat ſecundum hanc diviſivam methodum in hujus operis exemplo ſe progredi; quid pluribus Galeni judicium confirmandum ſit; cúm ipſe ſuo facto, ſuo exemplo, ſuo teſtimonio, ſuo ore confirmet? & revera ac veritate doceat, quod anteá dubitavimus, definitivam illam methodum, nullam ordinandæ artis & conformandæ viam ab hac diviſiva & reſolutiva diverſam eſſe? At progreditur, medicamque artem conſtituit partiendo, á ſummó capite per medias differentias ad infimá & individua; nempe per ſalubria, inſalubria, neutra in

corporibus,cauſſis,ſignis: & partitionibus & diviſionibus in hoc toto libro perpetuis utitur; & revera ac veritate docet,definitivam,quam tantopere per ſomniū neſcio quod amplexatur,accidentalem eſſe in perpetui ordinis deductione; reſolutivam autem & diviſivam,quam accidentalem dicebat eſſe, ſubſtantialem potiús in ordine & principalem; quia ſine definitione methodus, vel ea ipſa quam ſequitur,conſtituatur. Quare quod antea propoſui, Galenus apertiſſimé demonſtrat, Logicam nullam ſibi diſtinctam fuiſſe; ut methodum,vel ordinem,vel viam conformandæ & collocandæ artis,intelligeret unam peculiarem logicæ diſciplinæ parté eſſe: & qui confitentur, Galenum Aſiaticum fuiſſe, confiteantur eodem argumento tam malum logicum fuiſſe. attamen interea Galenus in hoc exemplo methodum á generalibus ſequitur: imó veró ſecutum ſe profitetur. Etenim in Compendio ſectæ empiricæ,dum Herophilum citat,medicæ artis ſic propoſitæ, ſic trifariàm diviſæ authorem; methodum diviſivam in hoc exemplo eſſe dicit. Quamobrem Galenus,Ariſtotelis judicium de unico diſponendæ artis ordine,non ſcholaſtica perſuaſione aliqua motus ſequitur; ſed maturioris judicii conſtantia, & perpetui uſus veritate adductus, confirmat. Itaque miſſis importunorum,Galeni ſcriptis abutentium, calumniis; Galeni libertatem,Galeni philoſophicum ſyncerumque veri ſtudium,ſed in primis innixam his fundamentis Galeni experientiam laudemus: imó veró Galeno gratias agamus,qui nos ad meliora & utiliora quærendū, exemplo ſuæ virtutis ac libertatis excitavit: qui nobis de ſuis ſcriptis judicandi regulam, nō fatuam de ipſo opinionem,ſed certam de rebus experientiā præbuit. Tollamus ſcholaſtica tot inanium methodorum ſomniata & inexplorata commenta: quæ Galenus é ſcholaſticis commentariis & dictatis deduxerat: non obſervaverat é veris & excellentibus exemplis. Quamobrem ad extremum P. Ramus exclamabat, & philoſophos omnes invocabat ut meminiſſent,quantum certamē pro Ariſtotelis gloria, quàm fortiter & conſtanter certaviſſet: ſe logicum in notandis aliarum partium Ariſtoteléis elenchis,in topicis inventionis,in criticis & enuntiati & ſyllogiſmi, ſeverum fuiſſe: ſe etiam

etiam in nobiliſſima Logicæ parte, quam Plato donum deorum,cujuſque participem deum appellarit,acrem Ariſtoteleæ laudis patronum ac defenſorem futurum. Cætera Ariſtotelis encomia,magna quidem illa eſſe, in phyſicis,ethicis, & logicis reliquis; ſed hoc eſſe divinum,primamque cauſſam reliquorũ. Ariſtotelis interpretes (quos Galenus verbo ſequitur) viam artis,cúm omnes partes inventæ judicatæque fuerint,collocandæ ab individuis per ſubalternas differentias ad generaliſſimum,fabuloſé,imó diſciplinis omnibus pernicioſé commenti ſunt. Etenim quamvis in commentis impudentibus tam audaces,attamen ſalvo pudore audeant in componenda Grammatica orationem dictioni,dictionem ſyllabæ,ſyllabam literę, vel in diſponenda Geometria corpus ſuperficiei, ſuperficiem lineæ,lineam puncto præponere: audeant, inquam, ſua compoſitiva methodo tentare vel aggredi. Hic clypeus Achillis,haſtaq; P.Ramo eſt, in propugnando Ariſtotele. Extorqueant,ſi poſſint. At licet in ſumma impudentia, attamen pudor erit,contrá vel hiſcere vel cogitare. Quare palmam iſtam Ariſtotelis tam glorioſam teneamus; & ſtatuamus,collocãdæ artis,cúm partes ejus omnes inventæ & judicatæ fuerint, á generalibus ad ſpecialia unicam methodum eſſe,& á fallacium mendaciumque interpretum ignorantia calumniaque vindicemus. Ariſtotelis interpretes (quos Galenus eſt ſecutus) varias & diverſas methodos nugatoriis ſomniis confinxerunt: Ariſtotelis igitur veram doctrinam á ſcholaſtica fallaciũ & mendacium interpretum inertia vindicemus: unicam denique Ariſtoteleam ab univerſalibus & generalibus ad ſingularia ſpecialiaq; methodum; Hippocratis,etiam Platonis, quinetiam Galeni methodum,teneamus.

CAP. 19. *De ſecunda methodi illuſtratione per exempla poëtarum, oratorum,hiſtoricorum.*

Atqui methodus,non ſolúm in "materia artium & doctrinarum adhibetur, ſed in o-

mnibus rebus, quas facilé & perſpicué docere volumus: ideoque poëtæ, oratores, omneſque omnino ſcriptores, quoties docendum ſibi auditorem propoñunt, hanc viam ſequi volunt: "quamvis non uſquequaque ingrediantur atque inſiſtant. Virgilius in Geörgicis diſtribuit propoſitam materiam in quatuor partes, ut anté dixi: primoque libro res communes perſequitur, ut Aſtrologiam, Meteorologiam: deque ſegetibus & earum cultu diſſerit, quæ pars operis prima erat: tumque tranſitio adhibetur initio ſecundi libri:

"Hactenus arvorum cultus & ſydera cæli,
Nunc te Bacche canam.—

deinceps ſcribit generaliter de arboribus, tum ſpecialiter de vitibus: tranſitio ſecunda adhibetur ad tertiam partem, ſed "imperfectior & ſine epilogo, tertii libri initio de bobus, equis, ovibus, capris, canibus:

"Te quoq; magna Pales, & te memorande ca-
Paſtor ab Amphryſo.— (nemus

Tandem initio quarti libri, tranſitio tertia eſt de quarta parte: ſed item imperfecta é ſola propoſitione de apibus:

Protinus aërii mellis ſylveſtria dona
Exequar.—

Sic igitur poëta generaliſſimum primo, ſubalterna medio, ſpecialiſſima extremo loco ponere ſtuduit. "Sic Ovid. in Faſtis, diſpoſitionis hujus gratiá ſequitur: propoſuit initio ſummá operis:

Tempora cũ cauſſis Latiũ digeſta per annum,
Lapſaque ſub terras ortaque ſigna canam.

Mox

Mox ″imploratione facta partitionem anni ſtatuit, factam á ″Romulo primúm in decem menſes: quam reprehendit:

Tempora digereret cúm″ cõditor urbis, in anno
Conſtituit menſes″ quinque bis eſſe ſuo.

Et pauló póſt, Numæ diviſionem pleniorem adjungit.

At″ Numa nec Janũ, nec avitas præterit″ umbras:
Menſibus antiquis præpoſuitq; duos.

Denique poëta communes ″differentias interpretatus diei faſti, nefaſti, ″comitialis, nundinalis, ″calendarum, ″nonarum, ″iduum, tum ″atri; tandem unumquemque menſem ſuo loco proſequitúr, & præfatione ordinis hujus, á generalibus ad ſpecialia ſtudium indicat:

″Hæc mihi dicta ſemel, totis hærentia faſtis,
Ne″ ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt.

Tandem ſingulis partibus expoſitis, tranſitio conjungitur, ut in fine primi & initio ſecundi:

Sed jam prima mei pars eſt exacta laboris,
Cumque ſuo finem menſe libellus habet.
Janus habet finẽ, cũ carmine creſcat & annus:
Alter ut it menſis, ſic liber alter eat.

In ſingulis libris poſtea tranſitiones adhibentur, ſed minús accuratæ.

″Oratores in procemio, narratione, confirmatione, peroratione, hunc ordinem affectant, eumque artis & naturæ, & rei ordinem appellant, & interdum ſtudioſiús affectãtur. ut in ″accuſatione, Cicero primúm proponẽdo, tum partiẽdo: Quęſtor (inquit) Cn. Papyrio c o s. fuiſti ab- «
hinc annos quatuordecim: & ex illa die ad hanc «

» diem, quæ feciſti, in judicium voco. hora nulla
» vacua furto, ſcelere, crudelitate, flagitio repe-
» rietur. Propoſitio hîc & definitio ſummæ rei
eſt: hinc tanquam in hoc judicio generaliſſima
» partitio ſequitur: Hi ſunt (ait) anni conſumpti
» in Quæſtura, & Legatione Aſiatica & Prætura
» urbana, & Prætura Sicilienſi. quare hæc eadem
» erit quadripartita diſtributio totius accuſationis
» meæ. "Quas partes quatuor earumque par-
tium particulas deinceps ſuo quamque ordine
& locó tractavit, & trãſitionibus copulavit tres
» primas tertio libro. Quamobrem (ait) Quæſtu-
» ra iſtius demonſtrata, primique magiſtratus &
» furto, & ſcelere perſpecto, reliqua attendite.
Tum veró expoſitis Legationis criminibus trãſ-
„ itio ad Præturam ſequitur: Verùm ad illam jam
„ veniamus præclaram Præturam, criminaq; ea,
„ quæ notiora ſunt his, qui adſunt, quám nobis,
„ qui meditati ad dicendum paratique venimus.
Tranſitio hęc imperfectior eſt ſine epilogo: tan-
dem principio quartæ orationis, tranſitio eſt
conſimilis ad quartam partem de Prætura Si-
„ cilienſi: Multa mihi neceſſarió, Judices, præter-
„ mittenda ſunt, ut poſſim aliquo modo de iis re-
„ bus, quæ meæ fidei commiſſæ ſunt, dicere: rece-
» pi enim cauſſam Siciliæ: ea me ad hoc negotium
» provincia attraxit. Sic "Livius ſummam ſeptin-
gentorum annorum initio complectitur, tum
per decades dividit.

Materia artium] Methodus eſt artiũ & doctrinarum præcipua illa quidem, ſed tamẽ etiam adhibetur in omnibus omnino variis enuntiatis, homogeneïs, ſuoque vel ſyllogiſmi judicio notis: Deniq; ut enuntiatum enuntiandi;

ſyllo-

ſyllogiſmus, concludendi; quid quoque modo enuntiari concludive poſſit: ſic methodus omnis materiæ, quæ quidem methodici ordinis capax fuerit, ordinandæ & concludendæ commune inſtrumentum eſt: Itaque ad ſuperiorem artium inductionem, & poëtæ, & oratores, omniſque omnino generis ſcriptores, quamvis in jus non vocati, attamen ſua ſponte accurrunt; profitenturque quoties docere volunt, non aliam viam, quàm á generalibus ſibi propoſitam fuiſſe. Exemplis igitur res declaratur.

Quamvis non] Amores Socratici hîc valde apparent: & in poëtis atque oratoribus multi ſunt & frequentes lapſus, erroreſque multi: ſed tamen conſenſus eſt unus & idem, á generalibus ad ſpecialia progredi cupientium. Exemplum Virgilii, gradus methodici hujus ordinis valde notabiles habet: Aſtrologiam primó, Meteorologiam ſecundó, ſegetum culturam tertió, arborum communem conſiderationem, propriámque de vitibus quartó: denique de animalibus quintó: nam primum illud ſine cæteris intelligi poteſt, non contrá: ſecundum ſine primo non poteſt, poteſt autem ſine reliquis: & ſic deinceps. Methodus igitur genere ipſo ſervata eſt: tametſi accuratius in partibus aliquid eſſe potuit: Aſtrologia & Meteorologia, proximæ quidem ſunt: in plantis, præter arbores, viteſque, aliquid eſſe potuit: in animalibus item plenior diſtributio eſſe potuit.

Hactenus] Tranſitio plena, epilogus eſt primæ partis expeditæ de cultura ſegetum & Aſtrologia: & propoſitio eſt ſecundæ, de cultu vitium.

Imperfectior] Tranſitio imperfecta, eſt conveniĕtior, quando longa partis diſputatio non fuerit, ut memoriæ revocatione minimé ſit opus.

Te quoque] Hîc propoſitio tantúm eſt tertiæ partis,

> *—Quæ cura boum, quis cultus habendo*
> *Sit pecori.—*

epilogus ſecundæ partis omiſſus eſt. Talis eſt tranſitio quarto Georgico:

> *Protinus aerii mellis ſylveſtria dona*
> *Exequar.—*

Sic] Ovidius in Faſtis, id eſt in deſcriptione anni per

C

menſes ſingulos, & ſingulorum menſium dies feſtos, profeſtos, faſtos, nefaſtos, hujus methodi ſtudiũ perſpicuum demonſtravit. Propoſitio eſt igitur illa primùm, *Tempora cum cauſſis, &c.* ac pauló póſt etiam pleniús faſti definiuntur hoc modo:

Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis,
Et quo ſit merito quaque notanda dies.
Invenies illic & feſta domeſtica vobis:
Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus avus.
Quæq; ferant illi, pictos ſignantia faſtos:
Tu quoque cum Druſo præmia fratre feres.

Imploratione] Imploratio gemina Ovidii eſt: prima præcedit,

Excipe pacato Cæſar Germanice vultu.

Et mox iterum:

Annue conanti per laudes ire tuorum.

Romulo] Romulus, primus rex Romanorum, annum diſtribuerat in menſes decẽ, Martium, Aprilem, Majum, Junium, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem: Erroris autem illius excuſationem Ovidius affert duplicẽ; quód mulier decem menſes & gerat uterum, & maritum mortuum lugeat: deniq; (ut ait poëta)

Scilicet arma magis, quàm ſydera, Romule, noras
Curaque finitimos vincere major erat.

Conditor urbis] Periphraſis eſt Romuli, á quo Roma condita fuerat.

Quinque] Bis quinque, phraſis eſt poëtica: Cicero bis quinos dixiſſet: ut bis bina, ſepties octonos. Quomodo etiam Virgilius:

Bis quinos ſilet ille dies.—

Numa] Numa, ſecundus rex Romanorum, juſtitia & pietate inſignis, religionem & ceremonias, ſacerdotes, ac pleraque alia inſtituit: inter quæ, Aſtrologia fuit anni ad ſolis curſum accommodati. unde creditus eſt Pythagoræ diſcipulus: falſó tamen, cúm demum Tarquinio regnante, Pythagoras é Samo in Italiam venerit. Numa igitur duos menſes addidit anno Romuli; Januariũ & Februarium: ac Januarium quidem in honorem Jani: geminique

Jani templum condidit; quod apertum, belli; clauſum, pacis iuſigne eſſet.

Umbras] Periphraſis eſt Februarii: Februum, purgamentum Sabina lingua dicitur: hinc (ut author eſt Feſtus) Februarius menſis dictus eſt, quód tum populus februaretur, id eſt luſtraretur ac purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarii, celebrabantur Februa: hiſque diebus, pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis, ſacrificiis, circa ſepulcra accenſis facibus cereiſque, intentus erat. hactenus Feſtus. Ergo nunc poëta per avitas umbras, intelligit Februarium menſem.

Differentias] Has differentias Ovidius ita proponit:

Nec tamen ignores variorum jura dierum,
Non habet officium Juppiter omnis idem.

Deinde faſtum diem & nefaſtum ita definit:

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Verba autem Prætoris erant, jus populo reddentis, Do, Dico, Addico: Do, cúm dabat poteſtatem vocandi in jus: Dico, cúm ſententiam diceret: Addico, cúm rem controverſam attribuebat victori. Deinde poëta dies interciſos definit, qui mané eſſent nefaſti, á meridie faſti:

Nec toto perſtare die ſua jura putaris:
Qui jam faſtus erit, mané nefaſtus erat.

Comitialis] Dies comitialis, quo die populi conventus & comitia habebantur. nundinalis, cúm tribus ruſticæ, dies octo ruſticum opus feciſſent, nono die ceſſarent, Romamque ad mercatum & audiendas leges convenirent.

Calendarum] Calendæ, primus eſt dies cujuſque menſis: numerantur autem in menſe antecedente.

Nonarum] Nonæ ſunt in Martio, Majo, Junio, Octobri, dies á Calendis ſex proximi: in reliquis, ſunt tantúm quatuor. Nonæ dictæ, tanquam novæ præter initium obſervatæ lunæ.

Iduum] Idus, dicuntur illi dies, qui in ſingulis menſibus nonas ſequuntur. Iduare, eſt dividere, Hetruſca lingua: hinc Idus, tanquam diviſiones, quia dividunt nonas á calendis.

Atri] Dies ater, religioſus,infauſtus, quo Reſpubl.malé & infeliciter geſta eſſet. Atri veró dies omnes Romanis erant poſtridie Calendas, Nonas, Idus: Ideóque Ovidio dies iſte proximus appellatur, ab aliis poſtriduanus. has autem quatuor differentias ultimas Ovidius ita complexus eſt:

> *Vendicat Auſonius Iunonis cura calendas:*
> *Idibus alba Ioui grandior agna cadit.*
> *Nonarum tutela deo caret omnibus iſtis:*
> *Ne fallare, caue: proximus ater erit.*

Hac mihi] Hæc (inquit) hærẽtia totis faſtis, id eſt communia generaliaque, ſemel dicta erunt. Lex enim eſt toties cantata, Generalia generaliter & ſemel dicenda eſſe: & illud eſt ordinis methodici beneficium ſingulare, quod ſuo quidque loco poſitum, ſemel dicitur.

Seriem] Híc poeta videtur Ariſtotelis ἀπόδειξιν, vel ἀπαγωγὴν ſignificare; niſi á generalibus ad ſpecialia procedatur, ordinis confuſionem & tautologiam futuram: Itaque ut rectus eſſet ordo, generalia communiáque præpoſuit. Ergo videmus in hoc etiam poëta, methodici ordinis amores; ſed amores Socraticos: permultis enim locis effugiunt. Sed tamen ad P. Rami inductionem, teſtimonium poëtarum hoc erit, methodum á generalibus affectantium.

Oratores] Inducti ſunt primo inquiſitionis loco artifices & doctores artium, ſecundo poëtæ, tertio tandem & oratores ad eandem fidem teſtes adducuntur: Oratores enim Græci pariter & Latini, methodicum quendam ordinem in partibus orationis ſequuntur; cúm jubeant, primo loco eſſe procemium, ſecundo narrationẽ, tertio confirmationem, quarto perorationem: hæc enim primi, ſecundi, tertii, quarti loci collocatio, methodica forma eſt: de quibus tamen partibus Ariſtoteles primam & ultimam non neceſſarias ait eſſe. Quicquid tamen fit, ſive partes illę quatuor adhibeantur, ſive duę tantúm: quoties orator perſpicué docere velit, ſumma quædam cauſſæ præponitur: partes, ſi multiplex ea ſit, deinde dividuntur; ac deinceps explicantur. De ordine veró partium orationis, quæ præcipiuntur ab oratoribus, varia ſunt & incerta: Tullius Oratorio

torio ſecundo collocationem duplicem facit: Altera eſt « (ait) quam affert natura cauſſarum: altera, quæ oratorum « judicio & prudētia comparatur. Nam ut aliquid ante rem « dicamus, deinde ut rem exponamus, póſt ut eam probe- « mus, noſtris prçſidiis confirmandis, contrariis refutandis: « deinde ut concludamus, atque ita peroremus: hoc dicendi « genus, natura ipſa præſcribit. Ut veró ſtatuamus ea, quæ « probandi, docendi, perſuadendi cauſſa dicēda ſunt: quem- « admodum componamus, id eſt vel maximé proprium o- « ratoris prudentiæ. Hæc Tullius de duplici methodo, alte- « ra naturæ & artis, altera judicii & prudentiæ. At methodus hæc altera prudentiæ, κρύψις quædam eſt methodi; non methodus; ut poſtea dicetur. In Partitionibus, varias ordinis ſpecies ad varias quæſtiones Tullius accommodavit: In demonſtrativo genere, aut temporū ſervantur gradus « (ait) aut generum diſtributiones, aut á minoribus ad ma- « jora aſcendimus, aut á majoribus ad minora delabimur, « aut hæc inæquabili varietate diſtinguimus; cùm parva « quædam magnis, ſimplicia conjunctis, obſcura dilucidis, « læta triſtibus, incredibilia probabilibus inteximus: quæ in « exornationem cadunt omnia. Hæc methodorum varie- « tas feré eſt Galeni: at temporum gradus, & generum diſtributiones, in unam veram methodum cadunt: quia generalia etiam, ſpeciatim diſtributa, tempore quoque priora ſunt: & quæcunque tempore priora ſunt, modó ſint homogenea, ſunt etiam magis generalia & communia: ut raptus Helenæ ad interitum Hectoris: quia illud, hujus eſt cauſſa communis, & aliorum malorum, quę tota Iliade continentur. Aſcenſus autem á minoribus ad majora, & deſcenſus á majoribus ad minora, videtur viam Galeni & reditionem anté diſputatas ſignificare; aut certé comparationem, quam Galenus complexus eſt: de quo ſatis antea dictum eſt. Inęqualis autem varietas, poteſt delectationis ordinem quendam docere; de quo mox in κρύψει methodi dicetur. Addit eodem loco Tullius, ordinem in conſiliis neceſſariarum feré partium eſſe; in accuſando, rerum ordinem, contrarium in defendendo. Hæc varietas methodorum eſt in Cicerone, non ad docendum tantúm: illic enim unicum naturæ & artis, re-

rumque ipſarum ordinem profitetur: ſed ad delectandum & movendum, id eſt ad fallendum auditorem. Quintilianus autem diſpoſitionis doctrinam nullam in omnes materias certam tradi poſſe docuit: eandem multitudinem methodorum, quam á Cicerone didicerat, toto ſeptimo libro propoſuit: de quibus rhetoricæ Scholæ P. Rami.

Accuſatione] Unum Ciceronis exemplum materiæ apud oratorem maximæ proponitur. Actio autem Verrina illa, duplex fuit: quam utramque anteceſſerant divinatio & oratio ſecunda. Actio prima tota in teſtium interrogatione fuit: itaque ſcripta non eſt: Secundæ actionis ſuperſunt libri quinque: Initio autem tertii libri, qui primus eſt actionis ſecundæ, hæc propoſitio partitioque adhibetur.

Quas partes] Partitio, genera magiſtratuum ſpectavit, non criminum: Tertia itaque Verrina, crimina Quæſturæ, Legationis Aſiaticæ, Præturæ urbanæ comprehenduntur: totaque trium partium tranſitio duplex eſt: quatuor reliquis Verrinis, explicata eſt Sicilienſis Prætura: quarta Verrina eſt de juriſdictione: quinta de frumento: ſexta de ſignis: ſeptima de ſuppliciis. Quamobrẽ Ciceronis actio, quinque libris perpetuis perorata, methodum á generalibus ad ſpecialia ſibi propoſuit. Ergo oratorium etiam teſtimonium eſt.

Livius] Poſtremi teſtes inquiſitionis, ſunt hiſtorici: hiſtoria enim, etſi res diſſipatas & plerunque valde diſſimiles ſequatur; attamen gradus temporum feré ſequitur; & proponit aliquando ſummam, propoſitumque partitur: Sic Livius ſupra ſeptingentorum annorum hiſtoriam proponit: deinceps, etſi non nominatim, attamen re ipſa per decades, per ſingulos annos opus univerſum diſtribuit. Florus hiſtoriam eandem breviter propoſuit, & in quatuor ætates diſtribuit, apertiore logici ordinis ſtudió. Quamobrem etiam híc P. Ramus anquiſitionis inductionem concludebat; poëtas & oratores & hiſtoricos, in poëmatis & orationibus & hiſtoriis methodum á generalibus ad ſpecialia ſtudioſé conſectari.

CAP.

CAP. 20. *De Crypticis methodi.*

"HÆc igitur in variis enuntiatis homogeneïs, ſuoque vel ſyllogiſmi judicio notis methodus erit, quoties perſpicué res docenda erit. At cúm delectatione motuve aliquo majore in parte aliqua fallendus erit auditor, homogenea quædam rejicientur, ut definitionum, partitionum, tranſitionumque lumina: quædam pro his aſſumentur heterogenea, velut digreſſiones á re, & in re commorationes: ſed præcipué rerum ordo initió invertetur antecedentiaque nonnulla conſequentibus poſtponentur. Itaque ad illam perfectæ methodi regulam, hæc alicubi imperfectior forma, non ſolúm detractis rebus mutila eſt, vel ſuperadditis redundat, ſed ordinis ſui quibuſdam gradibus inverſis præpoſtera eſt. Quod poëta facit majore quadam artificii ſpecie, dum populum ducendum ſibi proponit, id eſt, "belluam multorum capitum: ideoque variis modis decipit: "incipit á medio, ibique primum ſæpe comprehendit, poſtremum denique iñcerto aliquo & inopinato caſu concludit. Sic (ut Horatius ait) Homerus Iliada diſpoſuit:

Nec gemino bellum Trojanũ orditur ab" ovo:
Semper ad eventum feſtinat, & "in medias res,
Non ſecus" ac notas, auditorem rapit: & quæ
Deſperat tractata" niteſcere poſſe, relinquit:
Atque ita "mentitur, ſic veris falſa" remiſcet,
"Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.

Sic″Virgilius Æneam á ″Sicilia excepti, & in convivio″Carthaginis, præterita narrantem fecit: poſtrema variis perturbata ″caſibus induxit. Sic″comici poëtæ, tametſi magno conſilio judicioque, comœdias per actus, ſcenas, officia perſonarum diſtinguunt: efficiunt tamen, ut omnia fortuita & inopinata videantur. ″Oratores verò in civilibus cauſſis ad victoriam omnia referunt. Itaq; non tam docendi, quám permovendi gratia″firmiſſimum quodque primum ab iis collocatur: dum tamen ea quæ æqué excellent, ſerventur etiam ad extremum, & Homerica diſpoſitione, mediocria in mediam turbam atque in gregem conferantur.

Hæc igitur] Epilogus eſt methodicæ regulæ hactenus expoſitæ: cui additur admonitio κρύψεως, occultationis methodicæ cujuſdam, in poëtis & oratoribus; id eſt imperfectæ methodi, quæ non tam ad docendum, quám delectandum, vel movendum pertineat. Itaque hic proprié methodus & ordo non eſt, ſed methodi atque ordinis quædam perverſio. Quæ tamen vix tanta eſſe poſſit, ut vel poëma, vel oratio tota á ſpecialibus ad generalia ſurſum verſus progrediatur: ſed initio hyſterologiam aliquam habet, ut intelligetur. Eſt autem κρύψις methodica, in ellipſi & redundantia partium, vel in earum ordine perverſo: tametſi enim methodica κρύψις proprié opponitur ordini: attamen cúm hic univerſi corporis forma ſpectetur, trunci trunca ſit, neceſſe eſt: ut redundantis ſupervacua: quale utrunque eſt in ſyllogiſmo: ut enim enthymema ſyllogiſmo detraxit, proſyllogiſmus addidit, ordoque trium partium ſæpe perverſus eſt: ita nunc iſta κρύψις ἀμέθοδος, legitimæ illi perfectæque methodo detrahit quædam neceſſaria, inſtar enthymematis; quædam non neceſſaria adjungit, inſtar proſyllogiſmi: hyſterologiam quarundam partium, principio

cipio præſertim, efficit. P.Ramus, quæ generaliter præcipi poterant, breviter hîc admonuit: primúm ad enthymema methodi, detrahantur (ubi periculum fuerit) lumina propoſitionis, partitionis, tranſitionis: Nam eſt «
nonnunquam (ait Quintilianus, libri quarti capite quinto) dura propoſitio: quam judex ſi prævidet, non aliter re- «
formidat, quám qui ferrum medici, priuſquam cure- «
tur, aſpexit. at ſi re non anté propoſita, ſecurum ac nulla «
denuntiatione in ſe converſum intrarit oratio, efficiet «
quod promittenti non crederetur.: interim refugienda «
non modó diſtinctio quæſtionum eſt, ſed omnino tracta- «
tio. Affectibus perturbandus, & ab intentione auferen- «
dus auditor: Non enim ſolúm eſt oratoris, docere: ſed «
plus eloquentiæ circa movendum valet: Cui contraria eſt «
maximé, tenuis illa & ſcrupuloſa in partes ſectæ diviſio- «
nis diligentia, eo tempore, quo cognoſcenti judicium co- «
namur auferre. Hæc Quintilianus de enthymematica «
ellipſi methodicarum partium: unde intelligimus, cur illa detrahenda intelligentiæ lumina, ad eum perturbandum, qui docendus alioqui fuerat. Ac quod Quintilianus ait, non modó partitionem, ſed etiam partium tractationem interdum prætereundam eſſe; Ciceronis eſt documentum Oratorio ſecundo, de partibus quidem rebuſque diſpoſitis, ſed unde diſpoſitionis ſpecies immutatur: Mea
autem ratio (ait Antonius) in dicendo hæc eſſe ſolet, ut «
boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem, «
ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream: á malo autem «
vitioque cauſſæ ita recedam, non ut id me defugere appa- «
reat, ſed ut totum bono illo exornando & augendo diſſi- «
mulatum obruatur. Ac pauló póſt: Duo (inquit) mihi «
ſumo: unum, ut moleſto aut difficili argumento, aut «
loco, nonnunquam omnino nihil reſpondeam: confi- «
teorque, me, ſi quæ premat res vehementiús, ita con- «
cedere ſolere, ut non modó non abjecto, ſed ne rejecto «
quidem ſcuto fugere videar: ſed adhibere quandam in di- «
cendo ſpeciem atque pompam, & pugnę ſimilem fugam: «
conſiſtere veró in meo præſidio, ſic ut non fugiendi ho- «
ſtis, ſed capiendi loci cauſſa ceſſiſſe videar. Alterum eſt il- «
lud, quod ego oratori maximé cavendum & providen- «

„ dum puto, quodque me ſolicitare ſummé ſolet: Non tam
„ ut proſim cauſſis, elaborare ſoleo, quám ut ne quid obſim.
„ non quin enitendum ſit in utroque; ſed tamen multó eſt
„ turpius oratori, nocuiſſe videri cauſſæ, quám non profuiſ-
ſe. Hæc Tullius ante Quintilianum. Quapropter rectè P. Ramus docuit, lumina rerum tollenda, cúm etiam res ipſæ prætereundæ ſint omnino: quod tamē de parte aliqua cauſſæ propoſitæ, aut de præcipuo aliquo argumento, non de tota & univerſa cauſſa eſt intelligendum. Nam ſi tota cauſſa prætereatur, forma præteritæ materiæ nulla erit: Tota quidem cauſſa poteſt omitti. quale Scipionis illud a-
„ pud Livium lib. 48. defenſionis genus eſt: In curia & ro-
„ ſtris juſſus dicere cauſſam; ſine ulla criminum mentione,
„ orationem adeó magnificam de rebus ab ſe geſtis eſt ex-
„ orſus, ut ſatis conſtaret, neminem unquam neque meliús,
„ neque veriús laudatum eſſe: Dicebantur enim ab eodem
„ animo ingenioque, á quo geſta erant: & aurium faſtidi-
„ um aberat, quia pro periculo, non ad gloriam refereban-
„ tur. Conſimilis defenſio in concione fuit; neq; criminibus
„ quicquam eſt reſponſum: ſed inde itum eſt in Capitolium,
„ & ad omnia urbis pulvinaria: Quare quæ præteriri dicuntur á P. Ramo, non ſunt ejuſmodi, ut totam cauſſam contineāt: Potuit enim in Scipionis diſputatione methodus integra eſſe: ſed de parte aliqua, ut mox apparebit. κρύψις denique elliptica methodi erit, velut enthymema eſt ſyllogiſmi: utq; illic propoſitio, vel aſſumptio, vel complexio: ita híc definitio, vel partitio, vel tranſitio prætermittitur. Deniq:, ut enthymema ſyllogiſticum, eſt ōmiſſio partis cujuſdam ſyllogiſticæ, non omnium: ſic hoc velut enthymema methodicum, eſt omiſſio partis cujuſdam methodicæ, nō univerſarū. Atq; ellipſis velut enthymematica, ea eſt: Redundantia autem oppoſita, eſt duplex: ἐντεροχγίνεια, & ταυτολογία. Atq; hæc tota differentia eſt á vera & abſoluta methodo. In ellipſi & redundantia, propoſitio, partitio, tranſitio illic præcipuæ laudis ſunt; hic continuatæ eſſent vitioſæ: digreſſio commoratioque, ſophiſticæ illic eſſent & vituperandæ: hic præcipuum virtutis locum occupaverunt. ſic mutato auditoris ingenio, tanquam ſtomacho, eadem modó ſalubria ſunt, modó ſunt venenata. Ordinis tamen

totius

totius inverſio in methodo nunquam omnino eſſe poteſt, ut ſurſum verſus á ſpecialibus ad generalia procedatur, ſed partis alicujus quædam eſt inverſio. Hæc in ſyllogiſmi partibus inverſio frequentior: ſed quia partes ſunt paucæ, id minús attenditur: at in methodo partium plurimarum, quarum inter ſe lumen pendet ex ordine, confuſio longé notabilior eſt, judiciique confuſionem multó majorem efficit. Res in poëtis & oratoribus diverſa eſt: itaq; ſpeciatim illic exponetur.

Belluam multorum capitum] Horatianum eſt illud primo epiſt. de populo:

Bellua multorum es capitum: nam quid ſequar,
aut quem?

Incipit] κρυπτικὰ ſunt Ariſtotelis tribus locis, 20. cap. 2. Prior. 1. cap. 8. Top. 14. cap. 2. Elench. de quibus antea jam in ſyllogiſmo. Methodicæ autem κρύψεως duo genera P. Ramus propoſuit, poëticum & oratorium. Proprium autem poëticæ κρύψεως illud videatur, á medio incipere, tum per occaſionem aliquam præterita narrare, denique notabili aliquo caſu concludere: quod in arte poëtica multó etiam clariús & accuratiús ab Ariſtotele eſt expoſitum. Sed hæc ordinis perverſio non admodum magna eſt: Homerica enim hyſterologia, itemq; Virgiliana ſecundo libro terminatur: cætera directam methodum habent: nec omnino poëta á medio unquam ſic incipit, quin proponat antea generale quippiam: Sic enim Homerus:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.
Iram pande dea Pelidæ Achillis.

Item Virgilius:

Arma virumq; cano, Trojæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus Lavinaq; venit
Littora.—

Generalis quædam eſt propoſitio: Itaque poëta caput ſummo loco ſtatuit, membra media medio, pedes infimo loco retinet, & á generalibus ad ſpecialia progreditur: ſed in proximis quædam confuſio, quód conſequentia quædam præponantur. Homerus igitur propter ordinis hujus inverſionem talem, dicitur ab Ariſtotele θεσπέσιος divinus, præ cæteris poëtis; quia bellum Trojanum aggreſſus, con-

ſtans & principio, & medio, & fine, non totum complexus ſit, ſed amputarit prima quædam & extrema: tantumque illuſtria, aſſumptis etiam externis, retinuerit. Iliadis artificium hoc κρυπτικὸν, Horatius in arte poëtica interpretatur.

Ovo] Fingunt poëtæ, concubitu Jovis & Ledæ natum eſſe geminum ovum Pollucis & Helenæ: quæ rapta, materies belli Trojani fuit. Ergo Homerus (interprete Horatio) Iliadem non repetivit ab ultima belli origine, id eſt ortu Helenæ.

In medias] Ariſtotelicum eſt illud, á medio incipere: & mediæ res intelligendæ ſunt, quæ tempore ſunt mediæ inter primam originem & finem ultimum.

Ac notas] Et hoc item logicum eſt, á medio incipere, tanquam á notiſſimo, ut antecedentium luce nil opus ſit. Incipitur autem Ilias á precibus Chryſæ ſacerdotis: & ſecundo libro in catalogo navium, præterita comprehenduntur: duo deinceps & viginti libri, gradibus temporum ordinem rectum ſequuntur.

» *Niteſcere*] Sic Ariſtoteles in poëtica: Si Homerus to-
» tum complecteretur, id eſſet nimis magnum, καὶ οὐκ εὐ-
» σύνοπτον, neque ſatis illuſtre: Nunc autem cum una parte
» aſſumpta, epeiſodiis ipſorum multis eſt uſus, ut navium
» catalogo, & aliis epeiſodiis, quibus poëſin diſtinguit. Epeiſodium Ariſtoteli, eſt adventitium acroama jucundumq́: á verbo ἐπείσειμι, ingredior.

Mentitur] De laudibus Homeri una eſt illa apud
» Ariſtotelem in illo opere: Docuit veró maximé Ho-
» merus & alios falſa dicere, uti convenit. Quinetiam i-
» pſum mentiendi artificium é connexi ſyllogiſmi ſe-
» cundi paralogiſmo (ut ibidem eſt) docuit. Materia veró poëmatis, eſt res veriſimiliter conficta: alioqui ſi poëta deſcribit hiſtoriam, ut Lucanus: aut doctrinam aliquam, ut Empedocles: poëta non videbitur. Itaque ait Ariſtoteles ibidem, nihil Empedocli & Homero commune, præter metrum: meritóque Homerus poëta, Empedocles philoſophus appellatur.

Remiſcet] Ἐπεισόδια nimirū ſunt illa, ad gratiam poëmatis extrinſecus aſſumpta.

Primo

Primo ne] In hac tamen veri falſique miſtura, proportio ſymmetriaque corporis ſervatur: & quamvis á medio tempore incipiat, eſt tamē corporis univerſi primum, medium, infimum: eſtq; ſua ſuoq; modo perfecta, perfectiq; tanquam animalis forma. finis autem Iliados, eſt cædes Hectoris: cæteraq; conſequentia, (ut prima antecedentia) ſunt amputata; quia non ſatis illuſtria fuiſſent: Denique etiam Homerus á generalibus ad ſpecialia, licet imperfecté, attamen progreſſus eſt.

Virgilius] Secundum eſt exemplum, ſecundi & poſt Homerum principis poëtæ; qui Homericū artificium imitatus eſt, & methodum á generalibus ad ſpecialia pari modo tenuit: neque incepit ab excidio Trojano.

Sicilia] Locus eſt ſtatim lib. 1.

Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, &c.—

Tempeſtas nempe exorta deſcribitur.

Carthaginis] Secundus liber eſt Æneidos:

Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant, &c.

Caſibus] Multis & variis prælìis, & utrinq; magna cæde factis, tandem Turnus ab Ænea interficitur, in ultionem Pallantis: ut Hector illic ab Achille in ultionem Patrocli. & hîc Æneïs item concluditur. Quapropter uterq; poëta logicam methodum á generalibus ad ſpecialia conſimiliter ſecutus eſt. de materia, & prima & extrema, nonnihil amputavit, addiditque alia: Et hæc formæ prima imperfectio eſt. é materia: tum etiam temporum ordinē invertit, complexus in medio quædam præcedentia: ideoq; & hæc altera eſt inverſio: attamen uterque, & ſummam operis initio propoſuit: & licet in medio quædam turbarit, attamen multo maximam partem ordine collocavit: Duoque homines diligentiam ridiculam hîc navarunt; Qu. Calaber, ut quatuordecim libris Iliada: Maphæus, ut unico Æneïda abſolverent: Erat enim utrumq; opus accurato opificis ſui judicio abſolutum & perfectum.

Comici] Tertium exemplum de comicis. Diſpoſitio enim comœdiæ per actus, & actuum ſcenas & ſcenarum perſonas in progreſſu πϱοτάσεως, ἐπιτάσεως, καταστροφῆς, propoſitionis, intentionis, converſionis, artificium comici

poëtæ magnum demonſtrant: cura tamen ordinis initio inverſi in comico poëmate eſt, ne ordine conſequētia prævideantur: tametſi prologus generale quiddam proponit initió: & actus ſcenæq;, rem totam, ſi non logica partitione, certé partium comica diſtinctione dividunt. Atque hîc etiā methodus á generalibus ad ſpecialia, ſicut in Homero Virgilioq;, ſervatur: nec toto genere poëtica diſpoſitio alia eſt, quám philoſophica: ſed quia delectandi potiús quám docendi cauſſa adhibetur, iccirco quod voluptati conceditur detrahitur intelligentiæ.

Oratores] Oratores quoties docere rem juſtam aperté ſtatuerunt, methodum plenam ſequuntur. At inſidiantur animis audientium quādoque; & voluptatem, aut graviorem aliquem motum, præcipué é rhetoricis præſtigiis, ad pervincendos audientium animos quærunt: ſed occultiús, ne injuſtitia ſuo ipſa indicio pereat. Itaque ſolam docendi ſpeciem præ ſe ferunt; epiſodiaq; illa digreſſionum, commorationum cum poëtis habent communia.

Firmiſſimum] Ex omnibus quæ á Cicerone, quæque á Quintiliano de hoc ordine præcipiuntur, id præcipué eſt notabile, quód ordinē non intelligentiæ, ſed victoriæ ſibi proponunt: ut poëtæ, ordinem voluptatis & gratiæ, de quo
» Tullius ſecundo Oratorio ſic ait: Atq; etiā in illo reprehen-
» do eos, qui quæ minimé firma ſunt, ea prima collocant: In
» quo illos quoq; errare arbitror, qui ſi quādo (id quod mihi
» nunquam placuit) plures adhibent patronos; uti quemq;
» eorum minimū putant eſſe, ita eum primum volunt dice-
» re. Res enim hoc poſtulat, ut eorū expectationi, qui audi-
» unt, quám celerrimé ſuccurratur: cui ſi initió ſatisfactum
» non ſit, multó plús ſit in reliqua cauſſa laborandum. Malé
» enim ſe res habet, quæ nō ſtatim, ut dici cœpta eſt, melior
» fieri videtur. Ergo ut in oratore optimus quiſq;, ſic & in o-
» ratione, firmiſſimum quodq; ſit primum: dum illud tamē
» in utroq; teneatur, ut ea quæ æqué excellant, ſerventur eti-
» am ad perorandum: ſi quæ erunt mediocria, (nam vitioſis
» nuſquam eſſe oportet locum) in mediam turbam atq; in
» gregem conjiciantur. Hæc Tullius: quæ Quintilianus de-
» inde repetit lib.5. cap. 12. Quæſitum etiā, potentiſſima ar-
» gumenta primo ne ponenda ſint loco, ut occupēt animos:

an ſum-

an ſummo, ut inde dimittant:an partita primo ſummoq;, ut Homerica diſpoſitione, in medio ſint infirma:an á minimis creſcant. Quæ prout ratio cauſſæ cujuſq; poſtulabit, ordinabuntur:uno(ut ego cenſeo)excepto, ne á potētiſſimis ad leviſſima decreſcat oratio. Homerica autem diſpoſitio illa eſt Neſtoris 4. Iliad. Equitibus acie prima præmiſſis, levior armatura in ſecunda acie; fortioribus & valentioribus, tanquam triariis, in extrema collocatis. Atq; hic ordo oratorius, quanquam turbatior eſt, quám poëticus; quia non evidentiam docendi, ſed movendi potentiā tantúm ſpectat:attamen hoc ipſo potentiæ argumento, ſatis ſignificat, non niſi á generali & propoſitione & ratione aliqua ad hypotheſin(quæ ſpecialis quæſtio eſt)ſeſe deſcendere: nec unquam á ſpecialibus aſcendere ad generalia. Quamobrem P. Ramus hoc extremo perorationis loco, Muſas omnes dialecticas & Charites logicas appellabat, atq; implorabat, ut tantæ quęſtionis cōcluſioni pręſiderēt, judicioque tot annos de legitima omnium artium, omnium quæ docendi cauſſā ſuſceptæ ſunt, diſputationum forma, adeóq; anima diſceptato, authoritatē ſuam interponerent; hominum in tenebris errantium mentibus lumina præferrent. P. Rami quæſtio eſt, quód methodus artis inſtituendæ atq; informandæ, unica ſit, á generalibus ad ſpecialia. Cauſſā nō in foro, ad Judices: non in curia ad Patres: non in roſtris ad Quirites: ſed ad omniū locorum, omnium temporum, omnium ingeniorum præſides illas deas agitur: & argumentis & teſtimoniis, omnium argumentorum & teſtimoniorum longé graviſſimis, longéq; firmiſſimis: quia methodus hæc ſola ſit intelligentiæ memoriæque; & quidem ab Ariſtotele, Hippocrate, Platone ſingulariter & unicé probata & laudata: vanaque & commentitia ſunt omnia, quæcunque contrá fingi vel excogitari unquam potuerunt. Hæc argumenta ſunt: quia artes omnes ingenuæ, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Philoſophiaque tota in jus appellatæ, viva voce teſtificantur, hanc unicam methodum ſibi cognatam & familiarem eſſe: Poëtæ, Oratores, Hiſtorici eandem teſtimonii fidem, teſtimonii quoq; ſui fide confirmant: qui etiam, licet aliqua parte aliquando voluptati aut utilitati

potiùs quàm doctrinæ inſerviant: attamen cæteris partibus majoribus progrediuntur á generalibus ad ſpecialia. Quid plura? humani ingenii natura adhuc non tulit, ut ars ulla, aut diſputatio longior ulla, tota á ſpecialibus ad generalia progrederetur. Quapropter methodus á generalibus ad ſpecialia, in omnibus rebus perſpicué docendis, unica erit: in quibus autem rebus aliquid erit occultandum, aliquid etiam ipſius occultabitur: ſed ita ut é capite ac partibus reliquis forma corporis & ſpecies appareat.

HABES (LECTOR) AUDOMARI TALÆI PRÆLECTIONES IN DIALECTICAM, EXTREMA IPSIUS VELUT OLORIS VOCE ITA MODULATAS, UT E MULTIPLICIBUS SUAVIS ET ACUTI INGENII MONUMENTIS, FACILE HOC UNUM SUAVITATE ET ACUMINE PRINCEPS HABEATUR. SIC NEMPE,

DULCIA DEFECTA MODULATUR
CARMINA LINGUA,
CANTATOR CYGNUS FUNERIS
IPSE SUI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

INDEX IN PRÆCIPUOS LOCOS DIALECTICÆ.

A

ACHILLES quomodo deprehenſus ab Ulyſſe 58
Adjuncti genera é ſubjectis non requirenda 50
Adjuncti variæ appellationes 60
Adjunctum quid 58
Adverſa adverſorum cauſæ 65
Adverſorum doctrina generalis 75
Adverſorum definitio 74
Aër quare tener dicatur 93
Æſopus 116
Agere & pati, idem 48
Ambitus quid 144
'Ανάλυσις καὶ κριτικὴ idem 201
Analyſis methodus facta ab interpretibus Ariſtotelis 366
'Ανάλυσις quid 198
'Αναπάλιν 117.
Anaxagoras dicit miſtum eſſe quodlibet in quolibet 79
Anaxagoras medium ſtatuit inter verum & falſum Ibidem
Anima litis quæ 193
Antiſthenes negat nil poſſe dici niſi propria oratione 79
'Απόδειξις Ariſtotelea nulla eſt in rerum natura 12
Apologi inventor quis 116
Apologi valde populares Ibid.
Apologi uſus Ibid.
Apologus quid Ibid.
Aqua pluvia 107
Argumenta á primis orta quæ 126
Argumenta derivata ad Logicam pertinent 127
Argumenti diviſio 22
Arguméti inartificialis variæ appellationes 182
Argumentum inartificiale quid 180 & 182
Argumentum quid 20
Argumentum quot nominibus appelletur Ibid.
Argumentum varié accipi poteſt 194
Ariſtippus finem tollit 44
Ariſtoteles doctrinam formæ ſibi arrogat 41
Ariſtoteles quot annos docuerit poſt reditum ab Alexandro 2

D

Ariſtoteles quot libros de Logica compoſuerit 1
Ariſtoteles viam artis formandæ reliquit 2
Ariſtotelis dialectica ab authore abſolvi non potuit ibid.
Ariſtotelis dialectica á veteribus collecta 1
Artianus 51
Ars dux certior quám natura 8
Ars quid ſit ibid.
Artium pręcepta unde profecta 3
Artis formandæ via 2
Aſpaſia 96
Aſſumtio quid 247
Atri dies qui 404
Axioma quid 94
Axiomata quis primus tractaverit 202

B.

Bajæ 225
Bambalio unde dictus 132

C.

Cæſaris locus explicatus de diviſione Galliæ 167
Cæſaris locus explicatus de muris Gallicis 41
Cæſaris locus expoſitus de navibus á ſuis factis 38
Campani bene morati 58
Carna unde dicta 132
Caſus quid 35
Catonis & Cæſaris mores diſſimiles 125
Catulli locus explicatus de eloquentia Cæſaris 92
Catulli locus explicatus de forma Quintiæ 144
Catulli locus explicatus de nuptiis Juliæ 164
Catulli locus expoſitus de perfruendo deliciis 123
Cauſſæ definitio 24 & 25
Cauſſæ diviſio 26
Cauſſæ exteriores quæ 29
Cauſſæ interiores quæ ibid.
Cauſſæ variæ appellationes 25
Cauſſæ præſtantia 24
Cauſſarum ordo 27

Ciceronis loci explicati.

De appellatione armorum Pompejanorum 66
de bello contra Cæſarem 45
de difficultate Conſulatus adminiſtrandi 100
de errore Ligarii 36
de mundi fabrica 32
de Muranæ & Sulpicii æquali dignitate 93
de philoſophia Epicureorum 239
de Romanis Impp. contra Mithridatem miſſis 66

de

de Saſſia Cluentii matre 73
de Sulpicii laudibus 100, 101, 114
de animorum immortalitate 382
de Antonii ebrietate 102
de bello contra Antonium maturé inferendo 123
de bello ab Antonio uná cum Cæſare contra Pompejum geſto 94
de bello contra Cæſarem á Pompejanis ſuſcepto 34
de Cæſaris deſiderio 114
de Catilinæ diſceſſu 83
de Catonis ſenectute 148
de cauſſa belli ſuſcepti incerta 35
de cauſſis victoriæ 31
de Clodiæ impudicitia 82
de Clodii morte 80
de comitiorū perturbationibus 105
de communi uſu artium 159
de continentia Pompeji 113
de copiis Catilinæ 104
de debitione pecuniæ & gratiæ 121
de detecta cōjuratione Catilinæ 186
de differentia pecudis & hominis 76
de Dionyſii tyranni ſacrilegio 129
de ejus odio in Antonium ibid.
de eloquentiæ doctrina 73
de injuria á Piſone & Gabinio accepta 129
de inſolentia Rulli 122
de jure ſui defendendi 189
de morte Clodii 83
de morte contemnenda 80
de officio Conſulis 294
de Pheræo Jaſone 35
de Philoſophiæ & reliquarum artium diſſimilitudine 122
de Poetarum laude 100
de Pompeji fuga ex urbe 163
de Prætoris officio 122
de Servio Sulpicio filio 112
de ſeveritate moderanda 80
de ſpreta ab Antonio gloria 115
de Syllæ defenſione 95
de tribus generibus bonorum 165
de Varronis fundo occupato ab Antonio 124
de Verris crudelitate 101
de Verris ſimulatione 113
de virtutis ſpeciebus 159
quód nil ſit utile niſi honeſtum 292

quód ſaltator ſit ebrius 283
quód ſapiens non perturbetur 282
de amicis juvandis 101
de Aſpaſia 96
de Catilinæ ab urbe egreſſu 76
de prorogata provincia Q. Fratri 115
quód Conſcientia recté factorū cōtenti ſint fortes viri 178
Cicero quot cauſſarum genera fecerit 27
Comitialis dies quid 403
Comparata ad dialecticam pertinent nō ad mathematicam 88
Comparata ſimul eſſe videntur natura 90
Comparatio ficta facilior, vera utilior ibid.
Comparationis partes 89
Comparatio quàm laté pateat ibid.
Comparatorum definitio 87
Comparatorum diviſio 84
Comparatorum Græca nomina 87
Comparatorum privilegiū triplex 89
Concluditur ex falſis verum 250
Concluſio quid 247 & 254
Conjugata repudiata á Quintiliano 127
Conjugatio quid 126
Conjugatorúm appellationes 127
Conjugatorum ſymbolum 128
Conſervare quid 29
Contradicentia nō admittunt medium 79
Contradicentium definitio 76
Contradictio quid 237
Contradictio enuntiati nō eſt quadruplex 203
Contradictio maxima omnium contrarium oppoſitio 79
Contraria æqué ſunt contraria ibid.
Contraria contrariorū non eſſe conſequentia 95
Contrariorum definitio 71
Contrariorum diviſio 70
Cornificius uſum dialecticæ tollit 5
Cratylus negat equum ſemel poſſe ingredi fluviū eundem 79
Curtius 51

D.

Definiendi doctrina antiqua 170
Definire eſt proprium Dialecticæ 174
Definire quomodo oporteat 170
Definitio á quibus repudiata 172
Definitio difficilis 171
Definitio eſt ἀσυλλογίστος 170

Definitionis appellatio 168
Definitionis diviſio 170
Definitionis & diſtributionis inventor Socrates 133
Definitio eſt ſyllogiſtica 170
Definitione & partitione artes perficiuntur 168
Definitionis proprietates 168
Definitionis reciprocatio 169
Definitionis vis quanta 133
Definitionis vitia 134
Definitio perfecta quid 167
Definitio quid 154
Dei locus ubi 55
Democritus ponit vacuum & plenũ in quolibet 79
Deliberationes & conſilia quamvis ad exitum non ſint perducta, effecta ſunt 46
Deſcriptio debet eſſe brevis 176
Deſcriptio & propriũ idem ibid.
Deſcriptionis nomina varia ibid.
Deſcriptio non debet eſſe brevis 177
Deſcriptio quare differat á definitione 176
Deſcriptio quid 175
Deus finis hominis 45
Deus quid 55
Dialectica apodictica, topica, ſophiſtica 11
Dialectica á quibus authoribus petenda 8
Dialectica Ariſtotelis eſt veterum dialectica 1
Dialecticæ artis doctor pictor eſt naturalis dialecticæ 9
Dialecticæ definitio 1
Dialecticæ definitio qualis 7
Dialecticæ duæ partes 15
Dialecticæ finis generalis 14
Dialecticæ naturalis definitio 8
Dialecticæ nomen generale 9
Dialecticæ nomen uſurpatur pro opere artis probabili 13
Dialecticæ non eſt tractare de nominibus & verbis 215
Dialecticæ nullus uſus in Organo 5
Dialecticæ reformandę via duplex 1
Dialecticæ ſubjectum generale 14
Dialectica & Logica idẽ 1
Dialecticæ tres partes 16 & 18
Dialecticæ uſus conjunctus eſt uſu Grammaticæ & Rhetoricæ 4
Dialecticæ uſus non eſt generalis 11
Dialecticæ uſus unde petendus 4

Dialectica neceſſariorum, probabiliũ, contingentium 12
Dialectica quomodo exercenda 4
Dialecticus eſt qui methodicus 353
ἀτχολογία 137
ἀτχολογία á Socrate commendatur 352
ἀτχολογία non impoſſibilis 138
Dilemma non eſt ſyllogiſmus 327
Disjunctionis axioma explicavit Ariſtoteles aliud agens 242
Disjunctionis axiomate nõ intellecto qui philoſophi turpiter lapſi ſint 243
Disjunctivum malé definitum á Proculo 244
Diſparare verbum quid 69
Diſparatorum á contrariis differentia 68
Diſparatorum definitio 67
Diſpoſitionis finis 197
Diſpoſitionis varia nomina 199
Diſpoſitio ſpecies præſtantiſſima pulchritudinis ib.
Diſputare unde dictum 10
Diſſentanea ab Ariſtotele repudiata 64
Diſſentaneorum axioma ibid.
Diſſentaneorum commune axioma ibid.
Diſſentaneum quid 63
Differere unde ſumtum 10
Diſſimilitudinis axiomata 119 & 123
Diſſimilium á diverſis diſcrimen 121
Diſſimilium appellationes 118
Diſſimilium definitio ibid.
Diſſimilium partes 119
Diſſimilium locus cum diverſorum loco ſimilitudinem videtur habere 121
Diſtributio ex cauſſis quid 140
Diſtributio ex effectis quid 145
Diſtributio fit ex omnibus cauſſis 141
Diſtributio generis in ſpecies dicitur diviſio 142
Diſtributio unde petatur 133
Diſtributio in duas partes perfectiſſima ſed difficillima 137
Diſtributio integri in membra dicitur ſectio & partitio 142
Diſtributionis axiomata 144
Diſtributionis definitio 131
Diſtributionis ex adjunctis definitio 165
Diſtributionis ex ſubjectis author Andronicus & Boëtius 164
Diſtributionis ex ſubjectis definitio 163

Diſtributionis partes ſunt conſentaneæ toti, ſed inter ſe diſſentaneæ 137
Diſtribûtionis vis quanta 133
Dis unde dictus 130
Diverſa valent ad diſtinguendum nõ ad concludendum 66
Diverſorum definitio 63
Divinatio quid 311
Diviſio á quibus commendata 135
Diviſio á quibus repudiata 134
Diviſionis axioma 136
Diviſionis vitia 133

E.

Effecta individua ſpecie 47 & 49
Effecti definitio 46
Effectum & eventus idem 47
Effectum & generatio idẽ ibid.
Effectum & motus idem ibid. & 48
Effectus adjunctũ patientis 49
Efficientis doctrinam Ariſtoteles ſibi arrogat 28
Efficiens & movens idem 48
Efficiens per ſe & per accidens 33 & 34
Efficiens quid 27
Efficiens quid cum materia habeat commune ibid.
Efficiens ſi pręcedit tempore eſt ἀσυλλόγιστος 28
Efficiens ſola & cum aliis 31
Efficiẽtis appellationes 28
Efficientis partitio ibid.
Ἐναλλὰξ 118
Ennii locus de domo decora principi viro 121
Ennii locus explicatus de militari arte & eloquentia 99
Ἐντελέχεια καὶ κίνησις pro eodem 48
Enthymema quid 247 & 255
Enthymematis uſus 256
Entis ſpecies decem 50
Entis ſpecies quatuor 49
Entis ſpecies tres 50
Enuntiare quid 200
Enuntiati connexi & disjuncti differentia 240
Enuntiati cõnexi varia nomina 236
Enuntiati disjunctivi quot ſpecies fecerit Boëtius 241
Enuntiati diviſio in ſimplex & compoſitum 221
Enuntiati excellentia 247
Enuntiati proprietates 202
Enuntiati quot partes ibid.
Enuntiati ſegregativi proprietas 238
Enuntiati ſimplicis duo genera 224
Enuntiati ſimpl. partes 222
Enuntiati varia nomina 201

Enuntiatorum catholicorũ judicium ſcientia eſt 219
Enuntiatorum cõtradictio 204 & 205
Enuntiatum compoſitum á quibus inventum 232
Enuntiatum compoſitum á quibus repudiatum 231
Enuntiatum compoſitum quid 230
Enuntiatum congregativũ quid ibid.
Enuntiatum connexũ quid 234
Enuntiatum contingens quid 204
Enuntiatum copulatũ quid 231
Enuntiatum diſcretũ quid 238
Enuntiatum disjunctivum quid 239
Enuntiatum falſum 204
Enuntiatum homogeneũ 209
Enuntiatum homogeneum neceſſarium commune quid 204
Enuntiatum impoſſibile ibid.
Enuntiatum infinitũ 225
Enuntiatum neceſſarium 204
Enuntiatum omne verum eſt aut falſum ibid.
Enuntiatum propriũ 206
Enuntiatũ quid & ejus appellationes 110
Enuntiatum ſegregativum quid 238
Enuntiatum ſimplex quid 221
Enuntiatum verum 204
Enuntiatum verum eſt cõtingens aut neceſſarium ibid.
Ἐποχὴ 314
Eubulidis dialectica qualis 7
Exempla rerum ad genus referenda 161
Exempla ſponſores rationis 162
Exemplis Homeri nõ Chærilι utendum ibid.
Exemplum non eſt ſyllogiſmus 327
Experientia & diligentia idem 143

F.

Februum quid 403
Figuræ nomen pro generibus ſyllogiſmi eſt inſolentius 265
Figura vulgó in ſcholis appellatur contradictio enuntiati 225
Finis cauſſarum præſtantiſſima 43
Finis doctrinam Ariſtoteles ſibi vendicavit 44
Finis duæ ſpecies 43
Finis incitat ad agendũ 47
Finis non videtur pertinere ad Logicam 44
Finis quid 42

Forma

Forma corporea & incorporea ad Logicam pertinet 40
Formæ appellationes variæ ibid.
Formæ difficilis notitia 40
Formæ proprietas duplex ibid.
Forma quid ibid.
Forma ſola de cauſſis congenita ibid.
Fortuna quid 35 & 36
Futurorum cognitio difficilis 206

G.

Gellii locus de disjunctione explicatus 242
Genere invento ſpecies invenire difficile 158
Generis axiomata 159
Generis & ſpeciei privilegiũ commune eſt reliquis argumentis 154
Geneſis facta methodus ab interpretibus Ariſtotelis 366
Genus & ſpecies quantum uſum habeant 149
Genus ignotum reperitur ex ſpeciei definitione 157
Genus malé definitũ á Porphyrio 152
Genus quid 145 & 150
Genus ſymbolum eſt cauſſæ 156
Genus uſurpatur pro ſpecie 151
Geometriæ figuræ locũ occupant 55
Georgica quid 57
Grammaticæ nõ ſunt quatuor partes 217
Grammatica malé dividitur in quatuor partes 142
Grammatica qualis Platonis tempore 354

H.

Habitus & privatio verſantur circa idem 82
Heraclitus omnia ponit in perpetuo motu & fluxu 79
Heterogenea in poemate reprehenſa 334
Homeri verſu victi Megarẽi ab Athenienſib. 192
Homo finis rerum naturalium 43
Homogenea in arte & in proſa eſſe omnia 334
Homo nõ ab humo dictus 131
Horatii locus de ebrietate explicatus 52
Horatii locus explicatus de ſtulto populi judicio 117
Horatii locus explicatus q. avari ſint ſervi 293
Hortenſius 51
Hypotheſis duplex Boëtio 232
Hypotheſis quid Ariſtoteli ibid.

I.

Icarus 93
Ideæ definitio 157

Idus quid 403
Imparium axiomata 99
Imparium diviſio ibid.
Indefinitis rebus nil ſimpliciter poteſt concludi 263
Inductio non eſt ſpecies argumentationis 136
Inductio nō eſt ſyllogiſmus 327
Inductio quid 133
Inventio argumentorū nō pertinet ad Rhetoras 194
Integri definitio 140
Integrum & membra ſunt ſymbola cauſſarum & effectorum 142
Intellectus judicium veritatis 221
Inventionis definitio qualis 20
Judicandum antequam inveniendum 192
Judicii partitio 200
Judicium & diſpoſitio idem 196, 197 & 198
Judicium quid 196
Juriſperiti connexum ſyllogiſmum malé explicant 313
Jusjurandum quid 194
Juvenalis locus de fortuna expoſitus 38
Juvenalis locus de vera nobilitate expoſitus 100

K.

καθ' αὑτὸ, lex juſtitiæ 205
καθ' ὅλου πρῶτον, lex veritatis ibid.
κατὰ παντός ibid.
κρύψις in enthymemate & proſyllogiſmo 255 item in inverſo ordine partiū ſyllogiſmi 258
κρύψις methodica in ellipſi & redundantia partium, vel in earum ordine perverſo verſatur. 408

L.

Leges tres Ariſtotelis de materia artis 209
Legum Ariſtotelearū quantus uſus 205
Lex quid 117
Lex quotuplex 189
Liguſtrum quid 116
Loci definitio 52
Locus corporearum & incorporearum rerum 55
Locus & ſubjectum idem 56
Locus malé definitus ab Ariſtotele 54
Logicæ nomen pro parte altera artis uſurpatur 13
Logicæ nomē refertur propriè ad numerum 10
Lucus unde dictus 132
Ludus unde dictus 130

M.

Magiſtratus quid 117
Majoris & minoris differentia 105
Majoris proprietas rhetoricę gradationi affinis 100
Majorum axioma ibid.
Majorum notæ 99
Majus & minus mutuó ſe explicant 106

Marcelli Grammatici dictum in Tiberium imperatorem

Martialis locus explicatus de ebrio cerdone 82

Martialis locus explicatus de Fabulla 80

Martialis locus explicatus de paribus factis ejus & Maximi 96

Martialis locus explicatus de pauperum conditione 82

Martialis locus explicatus de ſerviture 71

Martialis locus expoſitus de zoili natura 62

Martialis locus expoſitus, quód nemo ingenio alterius cedat 192

Materia corporea & incorporea pertinet ad Logicam 37

Materiæ appellationes variæ ibid.

Materię doctrinam Ariſtoteles ſibi arrogat ibid.

Materia quid ibid.

Mathematicorum elementorum qui authores putentur 3

Medium in ſyllogiſmo dicitur impropriè 250

Membrum quid 140

Metaphora eſt ſimilitudo contracta 112

Methodi ab enuntiato & ſyllogiſmo differētia 315

Methodi inventor Prometheus 323

Methodi notatio 336

Methodi ordo deducitur á ſcientia per cauſſas 344

Methodum exercere difficile, declarare facile 350

Methodus á ſpecialibus ad generalia ſophiſtica eſt 344

Methodus dicitur vinculū artis á Platone 354

Methodus duplex Galeno 343

Methodus eſt unica artis faciendæ Ariſtoteli 340 Hipp. 345 Platoni ibid.

Methodus eſt unica artis faciendæ Ramo 337

Methodus Galeno modó una, modó multiplex 369

Methodus interpretib. Ariſtot. non unica 356 & 357

Method⁹ lex princeps legū artis informandæ 332

Methodus quid 331

Mæcenas quis fuerit 143

Methodus ſignificat quodlibet diſputationis genus & doctrinæ 337

Methodus eſt in rebus notis 334

Methodus inveniendarum rerū á ſpecialib. ad generalia progreditur 341

Minoris appellationes apud Euclidem 104

Minoris axioma 105

Minoris definitio 102

Minoris notæ 104

Modificata enuntiata ſunt

ſophiſtica 228
Motus appellat. variæ 50
Motus eſt effectum 46
Motus & actio idem 49
Motus definitur ab Ariſtotele malé 48
Motus grammaticus 51
Motus ſpecies quatuor 49
Mundi tres partes inhabitabiles eſſe, falsó veteres crediderunt 7

N.

Natura principiũ motus 49
Natura priora quæ 27
Neceſſitas quid 34
Negatio nullam ſcientiam facit 79
Notatio Dialectici propria 131
Notatio ex omnib. primis argumẽtis deducitur ib.
Notationis appellat. 130
Notationis definitio 129
Notationis & nominis mutua affectio 132
Notationis grammaticæ & dialecticæ differẽtia 130
Notatio quibus commendatiſſima 131
Notatio rerum qualis eſſe debeat ibid.
Notiꝰ eſt natura & nobis 335
Notius natura duobus modis dicitur ibid.
Notius natura remotius á ſenſu ibid.
Notius nobis quod ſenſui vicinius ibid.
Notum abſoluté dicitur, ꝙ nobis mente bene affectis notum eſt 336
Notum nobis & unicuique idem 336
Numa qualis fuerit 402

O.

Opinio á quib. repud. 220
Oppoſitorum axioma 68
Oppoſitorum definitio 67
Oppoſitorum differentia á diverſis 68
Ordo memoriæ pater 343
Ovidii loci explicati.
De ætate ferrea 73
de amore conciliando & retinendo 95
de amore conciliando 66
de fugiendo amore 29
de miſera pauperum conditione 95
de miſeriis exilii 92
de amoribus Leandri 244
de amoris remedio 61
de animaliũ ſpeciebus 158
de authore reditus illius ab exilio 112
de cauſſa exilii ſui 35 & 315
de cauſſa malorum carminum 284
de conjugali amore 160
de crudelitate Phalaridis & Buſiridis 104
de medendo amori 101
de nõ fallẽdis mulierib. 295
de Romuli & Auguſti differentia 106
de Solis ſplendore 38
quód magnanimi non ſint invidi 283

Para-

P.

Paralogiſmus quid 252
Pares cum paribus 189
Paria ficta eſſe poſſunt 95
Parium axioma 96
Parium conſectaria 95
Parium conſectaria non ex omnibus contrariis deduci poſſe ibid.
Parium definitio 84 & 91
Parium proprietas 94
Pariũ ſymbola novem 92
Parmenio 51
Partes ex quibus componitur totum 142
Partis definitio 133
Partitio non poteſt ſimpliciter enuntiari 223
Partiũ orationis ordo 405
Pecoris nomine quid Grãmatici intelligant 143
Pericles 51
Philotas Ibid.
Phyſicæ non eſt tractare de cauſſis, motu, loco, tempore 215
Phyſiognomonia in adjunctis [illegible]atur 62
Pignus argumentum ſtultorum 193
Plato cõmunicationes dixit formas eſſe rerum 41
Platonis locus explicatus de malé natis civib. abigendis é civitate 63
Platonis locus explicatus, quód Philoſophi adminiſtrare Rempublicam debeant 190
Poetarum verſus ad quid utiles Ibid.
Pons aſinorum dicitur inventio medii in ſyllogiſmo 251
Prętor quibus verbis uteretur in reddẽdo jure 403
P. Ramus qua re motus ad ſtudiũ Mathematicæ acceſſit 89
Privantium appellationes Græcæ 81
Privantium definitio Ibid.
Privatio differẽtia efficitur ab Ariſtotele 139
Privatio nihil eſt 82
Privatio quid Ibid.
Propertii locus explicatus de diverſis ſtudiis hominum 67
Propertii loc⁹ explicatus de amãtium ſervitute 128
Propoſitio quid 247 & 253
Propria animalium variorum 62
Proprium quid 61
Proprium triplex 62
Proſyllogiſmus quid 247
Protagoras tollit contradicentia 79
Proverbia ſunt argumenta inartificialia 189
Pyropus unde dictus 130
Pyrrho ex relatis ἀκαταληψίαν deduxit 72
Pythagorëi numeros dixerũt eſſe rerum omnium formas 41

Q.
Qualitatis nomen generale 101
Quãtitas mathematica 89
Quæſtio quid 195
Quantitatis generale nomen 89
Quintiliani locus expoſitus de portorio 72
R.
Relata mutuæ ſunt ſibi cauſſæ 72
Relatorum definitio Ibid.
Rhetorica malé dividitur in quinque partes 142
Rhetoricæ quatuor partes 16
S.
Sapientum dicta 190
Satrapes 105
Seges quid 143
Senſus judices veritatis 221
Senſus moventur rebus extrinſecus accidentib. 57
Sidus quid 143
Similitudinis axiomata 114
Similitudinis definitio 111
Similitudinis diviſio 108
Similitudinis & diſſimilitudinis laus 111
Similitudinis notæ 112
Similitudinis varia nomina 111
Similitudo à quibus philoſophis retenta 112
Similitudo á quibus philoſophis repudiata 111
Similitudo continua quid 109 & 117
Similitudo & diſſimilitudo methodi á Galeno fiunt 370
Similitudo disjuncta quid 108
Similitudo nõ pertinet tantùm ad Mathematicos 115
Similium affectio mutua duplex 117
Singularia conſiderãtur in diſciplinis 264
Sophiſtica rejicienda 13
Socrates execratur eos qui utilitatem ab honeſtate ſejungunt 7
Sorites non eſt ſyllogiſmus 327
Specialia nõ ſunt nobis notiora generalibus 362
Speciei axiomata 160
Species ſymbolũ effecti 156
Species ignota generis definitione invenitur 157
Species malé definitur á Porphyrio 155
Species quid 145
Steſichorus 151
Subjecti definitio 52
Subjectum & ſpecies á Porphyrio obſcurantur 54
Syllogiſmi connexi modos plures malé putavit eſſe Boetius 317
Syllogiſmi cõnexi uſus notus Ariſtoteli, non doctrina 306
Syllogiſmi disjuncti modos decem fecit Boetius impe-

imperité 327
Syllogiſmi diviſio 260
Syllogiſmi judicium cum judicio cōnexi & disjunĉti enũtiati cōvenit 250
Syllogiſmi partes 246 & 253
Syllogiſmi ſimplicis altera ſpecies non debet demonſtrari 281
Syllogiſmi ſimplicis altera ſpecies quid 278
Syllogiſmi ſimplicis modi quot & genera 261
Syllogiſmi ſimplicis prima ſpecies 271
Syllogiſmi ſimplicis prima ſpecies á Valla ſublata imperité 274
Syllogiſmi ſimplicis prima ſpecies malé definita ab Ariſtotele 272
Syllogiſmi ſimplicis ſecunda ſpecies ab Ariſtotele non ſatis definita 279
Syllogiſmi termini tribus plures non ſunt 250
Syllogiſmi uſus non eſt totus Logicæ uſus 248
Syllogiſmo cōcluditur dubia quæſtio tãtúm 249
Syllogiſmorum definitiones ſunt ſyllogiſmorum principia 292
Syllogiſmorũ genera non bono ordine ab Ariſtotele tradita 267
Syllogiſmorum reductio vana 269
Syllogiſmus ab Ariſtotele non ſatis definitus 252
Syllogiſmus compoſitus Ariſtoteli nullus 307
Syllogiſmus cōpoſitus quid 305
Syllogiſmus connexus omnium frequentiſſimus 315
Syllogiſmus cōnexus quid 306
Syllogiſmus disjũĉtus quid 321
Syllogiſmus disjunĉtus uſitantúm notus Ariſtoteli 322
Syllogiſmus non debet demonſtrari 267
Syllogiſmus oſtenſivus & conditionalis ſophiſtici 309
Syllogiſmus proprié quid ſignificet 251
Syllogiſmus proprius á Peripateticis é Logica tollitur imperité 264
Syllogiſmus quid 246 & 249
Syllogiſmus reſpondet regulæ aureæ 259
Syllogiſmus ſimplex & cōpoſitus malé definitus á Peripateticis 263
Syllogiſmus ſimplex in duo genera bene dividitur 265
Syllogiſmus ſimplex poteſt conſtare ex compoſitis omnibus enũtiatis 263

Dialectica neceſſariorum, probabiliū, contingentium 12
Dialectica quomodo exercenda 4
Dialecticus eſt qui methodicus 353
ἀιχολογία 137
ἀιχολογία á Socrate commendatur 352
ἀιχολογία non impoſſibilis 138
Dilemma non eſt ſyllogiſmus 327
Disjunctionis axioma explicavit Ariſtoteles aliud agens 242
Disjunctionis axiomate nō intellecto qui philoſophi turpiter lapſi ſint 243
Disjunctivum malé definitum á Proculo 244
Diſparare verbum quid 69
Diſparatorum á contrariis differentia 68
Diſparatorum definitio 67
Diſpoſitionis finis 197
Diſpoſitionis varia nomina 199
Diſpoſitio ſpecies præſtantiſſima pulchritudinis ib.
Diſputare unde dictum 10
Diſſentanea ab Ariſtotele repudiata 64
Diſſentaneorum axioma ibid.
Diſſentaneorum commune axioma ibid.
Diſſentaneum quid 63
Diſſerere unde ſumtum 10
Diſſimilitudinis axiomata 119 & 123
Diſſimilium á diverſis diſcrimen 121
Diſſimilium appellationes 118
Diſſimilium definitio ibid.
Diſſimilium partes 119
Diſſimilium locus cum diverſorum loco ſimilitudinem videtur habere 121
Diſtributio ex cauſſis quid 140
Diſtributio ex effectis quid 145
Diſtributio fit ex omnibus cauſſis 141
Diſtributio generis in ſpecies dicitur diviſio 142
Diſtributio unde petatur 133
Diſtributio in duas partes perfectiſſima ſed difficillima 137
Diſtributio integri in membra dicitur ſectio & partitio 142
Diſtributionis axiomata 144
Diſtributionis definitio 131
Diſtributionis ex adjunctis definitio 165
Diſtributionis ex ſubjectis author Andronicus & Boëtius 164
Diſtributionis ex ſubjectis definitio 163

Diſtributionis partes ſunt conſentaneæ toti,ſed inter ſe diſſentaneæ 137
Diſtributionis vis quanta 133
Dis unde dictus 130
Diverſa valent ad diſtinguendum nõ ad concludendum 66
Diverſorum definitio 63
Divinatio quid 311
Diviſio á quibus commendata 135
Diviſio á quibus repudiata 134
Diviſionis axioma 136
Diviſionis vitia 133
E.
Effecta individua ſpecie 47 & 49
Effecti definitio 46
Effectum & eventus idem 47
Effectum & generatio idẽ ibid.
Effectum & motus idem ibid. & 48
Effectus adjunctũ patientis 49
Efficientis doctrinam Ariſtoteles ſibi arrogat 28
Efficiens & movens idem 48
Efficiens per ſe & per accidens 33 & 34
Efficiens quid 27
Efficiens quid cum materia habeat commune ibid.
Efficiens ſi præcedit tempore eſt ἀσυλλόγιςος 28
Efficiens ſola & cum aliis 31
Efficiẽtis appellationes 28
Efficientis partitio ibid.
Ἔναλλαξ 118
Ennii locus de domo decora principi viro 121
Ennii locus explicatus de militari arte & eloquentia 99
Ἐντελέχεια καὶ κίνησις pro eodem 48
Enthymema quid 247 & 255
Enthymematis uſus 256
Entis ſpecies decem 50
Entis ſpecies quatuor 49
Entis ſpecies tres 50
Enuntiare quid 200
Enuntiati connexi & disjuncti differentia 240
Enuntiati cõnexi varia nomina 236
Enuntiati disjunctivi quot ſpecies fecerit Boëtius 241
Enuntiati diviſio in ſimplex & compoſitum 221
Enuntiati excellentia 247
Enuntiati proprietates 202
Enuntiati quot partes ibid.
Enuntiati ſegregativi proprietas 238
Enuntiati ſimplicis duo genera 224
Enuntiati ſimpl. partes 222
Enuntiati varia nomina 201

Enuntiatorum catholicorũ judicium ſcientia eſt 219
Enuntiatorum cõtradictio 204 & 205
Enuntiatum compoſitum á quibus inventum 232
Enuntiatum compoſitum á quibus repudiatum 231
Enuntiatum compoſitum quid 230
Enuntiatum congregativũ quid ibid.
Enuntiatum connexũ quid 234
Enuntiatum contingens quid 204
Enuntiatum copulatũ quid 231
Enuntiatum diſcretũ quid 238
Enuntiatum disjunctivum quid 239
Enuntiatum falſum 204
Enuntiatum homogeneũ 209
Enuntiatum homogeneum neceſſarium commune quid 204
Enuntiatum impoſſibile ibid.
Enuntiatum infinitũ 225
Enuntiatum neceſſarium 204
Enuntiatum omne verum eſt aut falſum ibid.
Enuntiatum propriũ 206
Enuntiatũ quid & ejus appellationes 110
Enuntiatum ſegregativum quid 238
Enuntiatum ſimplex quid 221
Enuntiatum verum 204
Enuntiatum verum eſt cõtingens aut neceſſarium ibid.
Ἐποχή 314
Eubulidis dialectica qualis 7
Exempla rerum ad genus referenda 161
Exempla ſponſores rationis 162
Exemplis Homeri nõ Chærili utendum ibid.
Exemplum non eſt ſyllogiſmus 327
Experientia & diligentia idem 143

F.

Februum quid 403
Figuræ nomen pro generibus ſyllogiſmi eſt inſolentius 265
Figura vulgó in ſcholis appellatur contradictio enuntiati 225
Finis cauſſarum præſtantiſſima 43
Finis doctrinam Ariſtoteles ſibi vendicavit 44
Finis duæ ſpecies 43
Finis incitat ad agendũ 47
Finis non videtur pertinere ad Logicam 44
Finis quid 42

Forma

Forma corporea & incorporea ad Logicam pertinet 40
Formæ appellationes variæ ibid.
Formæ difficilis notitia 40
Formæ proprietas duplex ibid.
Forma quid ibid.
Forma ſola de cauſſis congenita ibid.
Fortuna quid 35 & 36
Futurorum cognitio difficilis 206

G.

Gellii locus de disjunctione explicatus 242
Genere invento ſpecies invenire difficile 158
Generis axiomata 159
Generis & ſpeciei privilegiũ commune eſt reliquis argumentis 154
Geneſis facta methodus ab interpretibus Ariſtotelis 366
Genus & ſpecies quantum uſum habeant 149
Genus ignotum reperitur ex ſpeciei definitione 157
Genus malé definitũ á Porphyrio 152
Genus quid 145 & 150
Genus ſymbolum eſt cauſſæ 156
Genus uſurpatur pro ſpecie 151
Geometriæ figuræ locũ occupant 55
Georgica quid 57
Grammaticæ nõ ſunt quatuor partes 217
Grammatica malé dividitur in quatuor partes 142
Grammatica qualis Platonis tempore 354

H.

Habitus & privatio verſantur circa idem 82
Heraclitus omnia ponit in perpetuo motu & fluxu 79
Heterogenea in poemate reprehenſa 334
Homeri verſu victi Megarëi ab Athenienſib. 192
Homo finis rerum naturalium 43
Homogenea in arte & in proſa eſſe omnia 334
Homo nõ ab humo dictus 131
Horatii locus de ebrietate explicatus 52
Horatii locus explicatus de ſtulto populi judicio 117
Horatii locus explicatus ꝙ avari ſint ſervi 293
Hortenſius 51
Hypotheſis duplex Boëtio 232
Hypotheſis quid Ariſtoteli ibid.

I.

Icarus 93
Ideæ definitio 157

Idus quid 403
Imparium axiomata 99
Imparium diviſio ibid.
Indefinitis rebus nil ſimpliciter poteſt concludi 263
Inductio non eſt ſpecies argumentationis 136
Inductio nõ eſt ſyllogiſmus 327
Inductio quid 133
Inventio argumentorũ nõ pertinet ad Rhetoras 194
Integri definitio 140
Integrum & membra ſunt ſymbola cauſſarum & effectorum 142
Intellectus judicium veritatis 221
Inventionis definitio qualis 20
Judicandum antequam inveniendum 192
Judicii partitio 200
Judicium & diſpoſitio idem 196, 197 & 198
Judicium quid 196
Juriſperiti connexum ſyllogiſmum malé explicant 313
Jusjurandum quid 194
Juvenalis locus de fortuna expoſitus 36
Juvenalis locus de vera nobilitate expoſitus 100

K.

καθ' αὑτὸ, lex juſtitiæ 205
καθ' ὅλου πρῶτον, lex veritatis ibid.
κατὰ παντὸς ibid.
κρύψις in enthymemate & proſyllogiſmo 255 item in inverſo ordine partiũ ſyllogiſmi 258
κρύψις methodica in ellipſi & redundantia partium, vel in earum ordine perverſo verſatur. 408

L.

Leges tres Ariſtotelis de materia artis 209
Legum Ariſtotelearũ quantus uſus 205
Lex quid 117
Lex quotuplex 189
Liguſtrum quid 116
Loci definitio 52
Locus corporearum & incorporearum rerum 55
Locus & ſubjectum idem 56
Locus malé definitus ab Ariſtotele 54
Logicæ nomen pro parte altera artis uſurpatur 13
Logicæ nomẽ refertur proprié ad numerum 10
Lucus unde dictus 132
Ludus unde dictus 130

M.

Magiſtratus quid 117
Majoris & minoris differentia 105
Majoris proprietas rhetoricę gradationi affinis 100
Majorum axioma ibid.
Majorum notæ 99
Majus & minus mutuó ſe explicant 106

Marcel-

Marcelli Grammatici dictum in Tiberium imperatorem
Martialis locus explicatus de ebrio cerdone 82
Martialis locus explicatus de Fabulla 80
Martialis locus explicatus de paribus factis ejus & Maximi 96
Martialis locus explicatus de pauperum conditione 82
Martialis locus explicatus de ſervitute 71
Martialis locus expoſitus de zoili natura 62
Martialis locus expoſitus, quód nemo ingenio alterius cedat 192
Materia corporea & incorporea pertinet ad Logicam 37
Materiæ appellationes variæ ibid.
Materię doctrinam Ariſtoteles ſibi arrogat ibid.
Materia quid ibid.
Mathematicorum elementorum qui authores putentur 3
Medium in ſyllogiſmo dicitur impropriè 250
Membrum quid 140
Metaphora eſt ſimilitudo contracta 112
Methodi ab enuntiato & ſyllogiſmo differētia 315
Methodi inventor Prometheus 323
Methodi notatio 336
Methodi ordo deducitur á ſcientia per cauſſas 344
Methodum exercere difficile, declarare facile 350
Methodus á ſpecialibus ad generalia ſophiſtica eſt 344
Methodus dicitur vinculū artis á Platone 354
Methodus duplex Galeno 343
Methodus eſt unica artis faciendæ Ariſtoteli 340 Hipp. 345 Platoni ibid.
Methodus eſt unica artis faciendæ Ramo 337
Methodus Galeno modó una, modó multiplex 369
Methodus interpretib. Ariſtot. non unica 356 & 357
Method⁹ lex princeps legū artis informandæ 332
Methodus quid 331
Mæcenas quis fuerit 143
Methodus ſignificat quodlibet diſputationis genus & doctrinæ 337
Methodus eſt in rebus notis 334
Methodus inveniendarum rerū á ſpecialib. ad generalia progreditur 341
Minoris appellationes apud Euclidem 104
Minoris axioma 105
Minoris definitio 102
Minoris notæ 104
Modificata enuntiata ſunt

ſophiſtica 228
Motus appellat. variæ 50
Motus eſt effectum 46
Motus & actio idem 49
Motus definitur ab Ariſtotele malé 48
Motus grammaticus 51
Motus ſpecies quatuor 49
Mundi tres partes inhabitabiles eſſe, falsó veteres crediderunt 7

N.

Natura principiũ motus 49
Natura priora quæ 27
Neceſſitas quid 34
Negatio nullam ſcientiam facit 79
Notatio Dialectici propria 131
Notatio ex omnib. primis argumẽtis deducitur ib.
Notationis appellat. 130
Notationis definitio 129
Notationis & nominis mutua affectio 132
Notationis grammaticæ & dialecticæ differẽtia 130
Notatio quibus commendatiſſima 131
Notatio rerum qualis eſſe debeat ibid.
Noti' eſt natura & nobis 335
Notius natura duobus modis dicitur ibid.
Notius natura remotius á ſenſu ibid.
Notius nobis quod ſenſui vicinius ibid.
Notum abſoluté dicitur, quod nobis mente bene affectis notum eſt 336
Notum nobis & unicuique idem 336
Numa qualis fuerit 402

O.

Opinio á quib. repud. 220
Oppoſitorum axioma 68
Oppoſitorum definitio 67
Oppoſitorum differentia á diverſis 68
Ordo memoriæ pater 343
Ovidii loci explicati.
De ætate ferrea 73
de amore conciliando & retinendo 93
de amore conciliando 66
de fugiendo amore 29
de miſera pauperum conditione 95
de miſeriis exilii 92
de amoribus Leandri 244
de amoris remedio 61
de animaliũ ſpeciebus 158
de authore reditus illius ab exilio 112
de cauſſa exilii ſui 35 & 315
de cauſſa malorum carminum 284
de conjugali amore 160
de crudelitate Phalaridis & Buſiridis 104
de medendo amori 101
de nõ fallẽdis mulierib. 295
de Romuli & Auguſti differentia 106
de Solis ſplendore 38
quód magnanimi non ſint invidi 283

P.

Paralogiſmus quid 252
Pares cum paribus 189
Paria ficta eſſe poſſunt 95
Parium axioma 96
Parium conſectaria 95
Parium conſectaria non ex omnibus contrariis deduci poſſe ibid.
Parium definitio 84 & 91
Parium proprietas 94
Pariũ ſymbola novem 92
Parmenio 51
Partes ex quibus componitur totum 142
Partis definitio. 133
Partitio non poteſt ſimpliciter enuntiari 223
Partiũ orationis ordo 405
Pecoris nomine quid Grãmatici intelligant 143
Pericles 51
Philotas Ibid.
Phyſicæ non eſt tractare de cauſſis, motu, loco, tempore 215
Phyſiognomonia in adjunctis [illegible]atur 62
Pignus argumentum ſtultorum 193
Plato cõmunicationes dixit formas eſſe rerum 41
Platonis locus explicatus de malé natis civib. abigendis é civitate 63
Platonis locus explicatus, quód Philoſophi adminiſtrare Rempublicam debeant 190
Poetarum verſus ad quid utiles Ibid.
Pons aſinorum dicitur inventio medii in ſyllogiſmo 251
Prętor quibus verbis uteretur in reddẽdo jure 403
P. Ramus qua re motus ad ſtudiũ Mathematicæ acceſſit 89
Privantium appellationes Græcæ 81
Privantium definitio Ibid.
Privatio differẽtia efficitur ab Ariſtotele 139
Privatio nihil eſt 82
Privatio quid Ibid.
Propertii locus explicatus de diverſis ſtudiis hominum 67
Propertii loc⁹ explicatus de amãtium ſervitute 128
Propoſitio quid 247 & 253
Propria animalium variorum 62
Proprium quid 61
Proprium triplex 62
Proſyllogiſmus quid 247
Protagoras tollit contradicentia 79
Proverbia ſunt argumenta inartificialia 189
Pyropus unde dictus 130
Pyrrho ex relatis ἀκαταλη-ψίαν deduxit 72
Pythagorẽi numeros dixerũt eſſe rerum omnium formas 41

Q.

Qualitatis nomen generale 101
Quãtitas mathematica 89
Quæſtio quid 193
Quantitatis generale nomen 89
Quintiliani locus expoſitus de portorio 72

R.

Relata mutuæ ſunt ſibi cauſſæ 72
Relatorum definitio Ibid.
Rhetorica malé dividitur in quinque partes 142
Rhetoricæ quatuor partes 16

S.

Sapientum dicta 190
Satrapes 105
Seges quid 143
Senſus judices veritatis 221
Senſus moventur rebus extrinſecus accidentib. 57
Sidus quid 143
Similitudinis axiomata 114
Similitudinis definitio 111
Similitudinis diviſio 108
Similitudinis & diſſimilitudinis laus 111
Similitudinis notæ 112
Similitudinis varia nomina 111
Similitudo à quibus philoſophis retenta 112
Similitudo á quibus philoſophis repudiata 111
Similitudo continua quid 109 & 117
Similitudo & diſſimilitudo methodi á Galeno fiunt 370
Similitudo disjuncta quid 108
Similitudo nõ pertinet tantúm ad Mathematicos 115
Similium affectio mutua duplex 117
Singularia conſiderãtur in diſciplinis 264
Sophiſtica rejicienda 13
Socrates execratur eos qui utilitatem ab honeſtate ſejungunt 7
Sorites non eſt ſyllogiſmus 327
Specialia nõ ſunt nobis notiora generalibus 362
Speciei axiomata 160
Species ſymbolũ effecti 156
Species ignota generis definitione invenitur 157
Species malé definitur á Porphyrio 155
Species quid 145
Steſichorus 151
Subjecti definitio 52
Subjectum & ſpecies á Porphyrio obſcurantur 54
Syllogiſmi connexi modos plures malé putavit eſſe Boetius 317
Syllogiſmi cõnexi uſus notus Ariſtoteli, non doctrina 306
Syllogiſmi disjuncti modos decem fecit Boetius impe-

imperité 327
Syllogiſmi diviſio 260
Syllogiſmi judicium cum judicio cōnexi & disjuncti enūtiati cōvenit 250
Syllogiſmi partes 246 & 253
Syllogiſmi ſimplicis altera ſpecies non debet demonſtrari 281
Syllogiſmi ſimplicis altera ſpecies quid 278
Syllogiſmi ſimplicis modi quot & genera 261
Syllogiſmi ſimplicis prima ſpecies 271
Syllogiſmi ſimplicis prima ſpecies á Valla ſublata imperité 274
Syllogiſmi ſimplicis prima ſpecies malé definita ab Ariſtotele 272
Syllogiſmi ſimplicis ſecunda ſpecies ab Ariſtotele non ſatis definita 279
Syllogiſmi termini tribus plures non ſunt 250
Syllogiſmi uſus non eſt totus Logicæ uſus 248
Syllogiſmo cōcluditur dubia quæſtio tātúm 249
Syllogiſmorum definitiones ſunt ſyllogiſmorum principia 292
Syllogiſmorū genera non bono ordine ab Ariſtotele tradita 267
Syllogiſmorum reductio vana 269
Syllogiſmus ab Ariſtotele non ſatis definitus 252
Syllogiſmus compoſitus Ariſtoteli nullus 307
Syllogiſmus cōpoſitus quid 305
Syllogiſmus connexus omnium frequentiſſimus 315
Syllogiſmus cōnexus quid 306
Syllogiſmus disjūctus quid 321
Syllogiſmus disjunctus uſu tantúm notus Ariſtoteli 322
Syllogiſmus non debet demonſtrari 267
Syllogiſmus oſtenſivus & conditionalis ſophiſtici 309
Syllogiſmus proprié quid ſignificet 251
Syllogiſmus proprius á Peripateticis é Logica tollitur imperité 264
Syllogiſmus quid 246 & 249
Syllogiſmus reſpondet regulæ aureæ 259
Syllogiſmus ſimplex & cōpoſitus malé definitus á Peripateticis 263
Syllogiſmus ſimplex in duo genera bene dividitur 265
Syllogiſmus ſimplex poteſt conſtare ex compoſitis omnibus enūtiatis 263

Syllogiſmus ſimplex quid 260
Syllogiſmus ſimplex ſecundi generis malé definitus ab Ariſtotele 289
Syllogiſmus ſimplex ſecundi generis nõ debet demonſtrari 290
Syllogiſmus ſimplex ſecundi generis quid 289
Syllogiſtica doctrina apud Ariſtotelem quæ vana ſit & inutilis 296
Syracuſarum deſcriptio 179
T.
Tangere ſe quæ dicũtur 56
Tempus & adjunctum idem 61
Tempus quid 59 & 61
Terentii loci explicati.
De amore Pamphilæ 97
de Demea & Mitione 94
de Dori Terẽtiani inconſtantia 80
de hominum erroris facilitate 128
de non indulgendo liberis 105
de Thaide 66
quód amantes ſint conſilii expertes 294
Terra tantúm ſubjectum cæli 154
Teſtimonia á Platone reprehenſa & ab Ariſtotele 182 & 184
Teſtimonii fides à moribus orta 185
Teſtimonii nulla ſunt genera certa 286
Teſtimonii vis 284
Teſtimonii vis ubi ſit Ibid.
Teſtimoniũ facti quid 192
Teſtimonium humanum quid 186
Teſtimonium quid 180
Teſtimonium quotuplex Ibid.
Theſis quid 219
Tibicines nulli Scythæ 58
Tibulli locus expoſitus de ſervitute amantis 77
Tiphys quis fuerit. 161
Totius definitio 133
Totum quid 142
Tumultus unde dictus 132
V.
Vaccinium quid 116
Varro doctiſſimus Romanorum 125
Vates unde dicti 185
Verres unde dictus 132
Veſta unde dicta. Ibid.
Virgilii loci explicati
De Æneæ forma 112
de amicitia 31
de Aſtyanacte 92
de Auguſti beneficiis erga Tytirum 104
de bello fugiendo 76
de cedendo tempeſtati 105
de connubio 45
de Crëuſæ umbra 92
de Damœta & Menalca 97
de Didone venatum proficiſcente 62
de effecto 46
de fama 92 & 178

de

de Imperii Romani excellentia 51
de Marcelli imaturo obitu 123
de perfida Æneæ 29
de Priami dolore 66
de portu novæ Carthaginis 41
de Romæ & reliquarũ urbiũ diſſimilitudine 123
de Veneris & virginis Spartanæ differentia 69
de Ventorum natura 34
de Zonis cæli 166
in Bathyllum 116
Virgilii verſus expoſitus de cultu Deorum 292
Virtutes homini naturales 8
Univerſale quid 337
Uſus artes peperit 162

Z.

Zona torrida habitabilis 166.

FINIS.

Errata.

Pagina 2, *Verſu Ariſt.* Plurima. *Pagina* 6, V. *ἰσορ.* nunquam. *Pag.* 9. V. *ca.* argutias, *Pag.* 10, V. *eſſe*, in areas. *P.* 16, V. *in*, Reſolutio. *P.* 25, V. *et.* conſtituta. *Pag.* 29, V. *ſec.* expellere. *Pag.* 31, V. 4, hoſpes. *Ibid.* V. *tis.* incredibili. *Ibid.* V. *lore*, Euryalus. *P.* 37, V. 5, quidem. *P.* 40, V. *ἑτέρ.τί.* *P.* 46. V. *Ha*, morem. *Ibid.* V. *ult.* Senatus. *P.* 50, V. 1, ἀλλοίωσιν. *Ibid.* V. *ab.* Quapropter. *Pag.* 74, V. *mum*, divinius. *P.* 82, V. *quód*, cęcum: *P.* 88, V. *phia*, ἐν τοῖς μαθ, & *Verſ. ctrin.* exerceant. *Pag.* 91, V. 1, ἤδη. *P.* 104, V. — *quis*, Euryſthea. *P.* 105, V. *gnif.* Satrapes. *P.* 129, V. *Vel*, percontari. *P.* 133. V. 3, Atq;. & V. *ment.* Quapropter. *P.* 136, 1, dirimebat. *P.* 144, V. *tipl.* diſtributionis. *P.* 148, V. *Diſtr.* Diſtributio. *P.* 157. V. *cies opp.* profiteatur. *P.* 177, V. 1, ἐνταῦθα. *P.* 187, V. *res*, paribus. & V. *aud.* periculoſa. *P.* 193, V. *rib.* Damœtas. & V. *ral.* ſolent. *P.* 198, V. *terpr.* ἀναστραπέντων εἰς τὰ οἰκεῖα. *P.* 199, V. *buit.* Priorum, cúm gen. et. enuntiato. *P.* 200, V. *ult. dele* ut, *P.* 219, V. *oc.* appellatur. & V. *non*, capiatur: θέσ. *P.* 221, V. 1, προλήψεις. *P.* 223, V. *na*, προτάσει. *P.* 226, V. *Nec*, putatur. *P.* 227, V. *neq;* Ariſtotelis. *P.* 232, tur, ὑποθέσεως. *P.* 251, V. *rect.* exprimi. *P.* 255, V. *tex.* utilitatem. *P.* 266, V. *ult.* partiendo. *P.* 278, V. *perir.* potes. *P.* 310, V. *tis in* V. conſequentia. *P.* 314, V. καὶ ἀρχῆ. *P.* 354, V. *min.* coagmentatio. *P.* 379, V. *dine:* συνόψει, *P.* 399, V. *lant*, aſſectantur. *P.* 406, V. *ap.* Verrina.